
ROMA

MEMORIA
PHILOSOPHORUM
SEMPITERNA





Francofurti,
apud Martinum Hallervord Bibliop.
Regiomontanum.
Anno. M DC.LXXVII.

H.I. Schollenberger. sc.

MEMORIÆ PHILOSOPHORUM, ORATORUM, POETARUM, HISTORICORUM, ET PHILOLOGORUM.

NOSTRI SECULI

CLARISSIMORUM

RENOVATÆ

Decas Prima,

CURANTE

M. HENNINGO WITTEN.



FRANCOFURTI,
Apud MART. HALLERVORD,
Typis *WENDEL. MOEVVALDI*,

ANNO MDCLXXVII



DIODORUS SICULUS BIBLIOTHECÆ LIB. XI.

ÆQUUM EST, SIMULQUE VITÆ COMMUNI CONDUCIBILE, MALOS EOS, QUI POTESTATEM GESSERUNT, LITERARUM MONUMENTIS VITUPERARI: BONOS CONTRA, ÆTERNIS COMMENDATOS LAUDIBUS ILLUSTRARI. NAM MAIORUM ÆMULATIONE ET MEMORIA PLERUMQUE POSTERITAS AD COMMUNEM BENEFICENTIAM INCITATUR.



VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO.

DN. HERMANNO CONRINGIO,

HEREDITARIO IN SISBECK ET ZWULPSTET, SAC. REG. MAJ. DAN. ET NORW. UT ET SERENISS. DUCUM BRUNSVICO-LUNEBURG.

CONSILIARIO GRAVISSIMO, IN ILLUSTRI AD ELMUM JULIA PROFESSORI PER UNIVERSUM ORBEM EUROPÆUM DECANTATISSIMO,

ICTO, MEDICO, PHILOSOPHO ET POLYHISTORI INCOMPARABILI; DOMINO AC EVERGETÆ SUO IMMORTALI OBSERVANTIA MACTANDO; CUI SICUT IN OMNI SCIENTIARUM ET ANTIQUITATUM STUDIO DOCTIOR HODIE ORBIS

)(2 Sui



SUBMISSIS DEFERT FASCIBUS IMPERIUM;
ITA HANC GRATI MEMORISQUE PLURIMORUM
MERITORUM ANIMI TABELLAM,
QUA NON NULLI ERUDITORUM PRINCIPES,
DOCTRINÆ, VIRTUTIS ET SCRIPTORUM
GLORIA NOSTRO ÆVO CONSPICUI,
POST FATA RENOVANTUR.
SINCERUM MAGIS QUAM PRETIOSUM
DOCUMENTUM,
NON PRO MORIS INDICIO,
SED DEVOTI CULTUS, PIETATIS ATQUE
OBSEQUII SYMBOLO,
IMO VERO EX DEBITO,
M. H. WITTE
OBLIGATISSIMA MANU MENTEQUE OFFERT,
ET PRO RERUM EIUS ÆTERNITATE
AC PACE VOTA,
QUÆ SANCTISSIMA SUNT,
AD SUMMUM RERUM ARBITRUM
FACIT.

ΕΙΣΟΔΙΟΝ

ΕΙΣΟΔΙΟΝ.

PHilosophiam Dei donum esse, ingenii & doctrinæ princeps, Plato, (*a*) prædicavit, quo majus bonum neq; donatum esset hominibus, divino consensu, neq; tribuentium. Hanc, inter varias easdemq; suavissimas mundi nascentis delicias, ADAMUS, stirps & caput humani generis, ab ipso Deo in Paradiso didicit: Omnigenâ quippe tum præditus fuit & sapientiâ & scientiâ. (*b*) Viderat ille effectorem suum, molitorem universi & rectorem, atq; cum eodem sermones familiarissimè miscuerat. Idem orbis recens producti principia ac ortus adspexerat, rerumq; cœlestium, aëriarum, terrestrium, aquatilium naturam sagaci mente indagaverat. Nihil omninò eum latebat, quod acutissimo cuiq; Philosopho fas esset cognoscere. Quare rebus ille omnibus nomina proprietatibus naturæ convenientia apposite indidit. (*c*) ô Deus immortalis!

(a) *in Timæo.* (b) *Sir. XVII, 5.* (c) *Gen. II, 20. Conf. August. Steuchum lib. 1. de per. Philos. c. 1. & Enevaldi Suenonii Nomencl. Adamus §. 24.*



quæ ſcientiarum copiæ, quàm multiplex & exacta cognitio rerum in illo incluſa erat pectore, unde tam diſſimiles & diſcrepantes appellationes, ſuis queq; generibus congruentes, profluxerint? (*d*) Sed Diabolus, ejectis è Paradiſo protoplaſtis, mox erroneę Philoſophiæ ſemina ſparſit. Optimi enim parentis peſſimam prolem, Cainum, excitavit, qui Sophiſtices auctor, civilem perturbavit ſocietatem: Cumq; Oeconomię nimis ſtuderet; primus pondera, menſuras, numeros, & agrorum limites excogitavit. (*e*) Poſtea ABELUS, novæ Philoſophiæ promus condus, juſtitiam coluit, Deiq; præſentiam veritus, virtuti ſtrenuè litavit. SETHUS avitæ virtutis æmulus, ſuccedens, accepta à patre diſciplinas ſuis ſubinde contemplationibus adauxit, ac in liberalem præprimi ſcientiam, cœleſtiumque rerum cognitionem diligenter inquiſivit. Hujus poſteri cùm nominis ſui in iſtis artibus celebritatem à futura diluvii πανωλεθρίᾳ vindicare vellent excitatis duabus columnis ſua invent inſcripſerunt ut ſi lateritiam deleri contingeret, lapidia ſuperſtes hominibus diſcē di copiā faceret. (*f*) ENOCHUM, qui p ē

n

(d) *Perpiniani Orat. XVIII. de divina & hum. Philoſ. p.* 483. (e) *Polyd. Vergelii de Rerum Invent. l.* c. 19. (f) *Joſephus lib.* 1. *Antiq. Jud. c.* 2. *& ex eo Voſſiu de Arte Gram. l.* 1. *cap.* 9.

nâ Justitiæ elatus, supergressus est naturæ terminos, cùm primus mortis decretum ostenderet inefficax, ceu de eo Basilius (g) alicubi loquitur, sapientissimus omnium seculorum Philosophis haud immeritò annumeramus. Publicam namque scholam erexit, in qua veri Numinis nomen profitebatur. Astronom. per diluvium abolitam NOACHUS restituit, annumque ad Solis, menses verò ad Lunæ cursum, primus distinxit. Verùm quid de magno fidei patre, divinæq; familiaritatis viro, ABRAHAMO, (h) dicamus? Ille Orientalem Philosophiam, è Cainitarum quisquiliis corruptam, pristino nitori reddidit. (i) Ille idololatriam artesque Magicas Assyriorum ac Chaldæorum abolienda operam navavit, & ex concinno siderum motu atq; incessu, aliquam esse potentiam, horum quæ curam ageret, Deum nempe, rectè collegit. Quid de ISAACO atq; JACOBO, excellenti naturæ cognitione Illustrissimis Patriarchis, quorum ille à tãto parente plurima sublimioris sciẽtiæ addidicit; hic verò physicali experimento, ut, post pactum cum Socero initum, ovium

(g) *Select. Orat.* 14. (h) *Tertullianus lib. de Resurr. c.* 18. (i) *Hornii Hist. Philos. lib.* 11. *cap.* 8.

caprarumq; greges, quales ipse vellet, fœtus ederent, effecit? (k) Quid de JOSEPHO, occultorum inventore, cujus tanta olim fuit sapientia, ut inter Ægyptios stupendum extiterit miraculum, rerumq; inibi summa potitus fuerit? MOSEN, summi Dei Cancellarium, primi omninò libri scriptorem & Historicum fuisse excellentissimum, formamque administrandi Rempublic. longè optimam delineâsse, post alios Polyhistor & Theologus insignis, Ursinus, (l) evincit. JOBUM, patientiæ florem, Philosophum Arabem; DAVIDEM, Physicum admirandum atque Poëtam eximiè pium; SALAMONEM, omnium, quotquot hodie sunt, aut unquam fuere mortalium sapientissimum, neminem facilè, nisi qui divinis in literis hospes audit, latere poterit. Prætereo cæteros, qui in ipsis pariter humani generis primordiis, omni scientiarum genere præstiterunt, adeoq; ingentem Philosophiæ laudem consecuti sunt. Prætereo Babylonicos, Assyrios, Chaldæos, Ægyptios, Phænices, in artibus recipiendis quondam solertes, inque rerum variarum cognitione perquam sagaces

(k) *Gen.* XXX, 37. *Conf. Valesii de sacra Philos. c.* 9. *I. G. Schmidii Orat, de Contr. Lab. & Jacobi,* (l) *in Annal. sacr. Volum.* 1. *l.* 6. *c.* 6. *& peculiari tr. de Zoroastre, ut & Excell. Dn. Arnoldus in Spicil. p.* 7.

ces. (*m*) Prætereo Indorum Gymnoſophiſtas, Brachmanes ſcilicet, qui non tantùm παλιγγενεσίαν ſtatuebant, ſed & ab hominum oculis remoti, in opacis ſolitudinibus, ſapientiæ ſtudiis operabantur. Adhæc Diſcipulos ſuos ſacramento obligabant, ne myſteria, quæ eſſent audituri, ulli poſthac viventi revelarent. (*n*) Prætereo Perſarum Magos, ob exquiſitam rerum naturalium peritiam undique inclutos, ſed qui artem poſtea ſuam, Dæmonum ope adjuti, in ſuperſtitionem & pecuniæ aucupium converterunt. (*o*) Prætereo Gallorum Druides, morali & naturali Philoſophiâ exercitatiſſimos, animarum æternitatem atq; tranſitum præcipuè docentes. (*p*) A Barbaris ad delicatiores gentes acceſſum faciamus. Inter eas eminet PYTHAGORAS Samicus, Sectæ Italicæ Conditor. Is omnem propemodum Philoſophandi rationem ad numeros traxit, (*q*) recondita bene vivendi præcepta brevibus ſententiis & Adagiis, ſive Symbolis ac Ænigmatibus incluſit, (*r*) & ante omnia diſcipulos docuit tacere. (*s*) Hæc ſi

(m) *Pl. Rever. Dn. Dürrius de Philoſ. ortu & progr. §. 5. & ſeqq.* (n) *Strabo lib. 15. de Geograph.* (o) *Apuleji Apol. ſive orat. de Magia.* (p) *Plinius lib. 6. Natur. Hiſt. c. 44. & Iul. Cæſar de bello Gall. l. 6.* (q) *Valleſii de ſacra Philoſ. c. 70.* (r) *Voſſius de Philoſ. Sect. c. VI. §. 14. & 19.* (s) *A. Gellius Noct. Attic. l. 1. c. 9.*

MEMORIA
PHILOSOPHORUM
SEMPITERNA

REDIBO PLENIOR



Francofurti,
apud Martinum Hallervord Bibliop.
Regiomontanum.
Anno. M DC. LXXVII.

H. I. Schollenberger fc.

MEMORIÆ

PHILOSOPHORUM, ORATORUM, POETARUM, HISTORICORUM, ET PHILOLOGORUM.

NOSTRI SECULI

CLARISSIMORUM

RENOVATÆ

Decas Prima,

CURANTE

M. HENNINGO WITTEN.



FRANCOFURTI,
Apud MART. HALLERVORD,
Typis *WENDEL. MOEVVALDI*,

ANNO M DC LXXVII.



DIODORUS SICULUS BIBLIOTHECÆ LIB. XI.

ÆQUUM EST, SIMULQUE VITÆ COMMUNI CONDUCIBILE, MALOS EOS, QUI POTESTATEM GESSERUNT, LITERARUM MONUMENTIS VITUPERARI: BONOS CONTRA, ÆTERNIS COMMENDATOS LAUDIBUS ILLUSTRARI. NAM MAIORUM ÆMULATIONE ET MEMORIA PLERUMQUE POSTERITAS AD COMMUNEM BENEFICENTIAM INCITATUR.



VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO.

DN. HERMANNO CONRINGIO,

HEREDITARIO IN SISBECK ET ZWULPSTET,
SAC. REG. MAJ. DAN. ET NORW.
UT ET SERENISS. DUCUM
BRUNSVICO-LUNEBURG.

CONSILIARIO GRAVISSIMO,
IN ILLUSTRI AD ELMUM JULIA
PROFESSORI PER UNIVERSUM ORBEM
EUROPÆUM DECANTATISSIMO,
ICTO, MEDICO, PHILOSOPHO ET
POLYHISTORI INCOMPARABILI;
DOMINO AC EVERGETÆ SUO
IMMORTALI OBSERVANTIA MACTANDO,
CUI SICUT IN OMNI SCIENTIARUM ET
ANTIQUITATUM STUDIO
DOCTIOR HODIE ORBIS

)(2 Sum-



SUBMISSIS DEFERT FASCIBUS IMPERIUM ;
ITA HANC GRATI MEMORISQUE PLURIMORUM
MERITORUM ANIMI TABELLAM,
QUA NON NULLI ERUDITORUM PRINCIPES,
DOCTRINÆ, VIRTUTIS ET SCRIPTORUM
GLORIA NOSTRO ÆVO CONSPICUI,
POST FATA RENOVANTUR.
SINCERUM MAGIS QUAM PRETIOSUM
DOCUMENTUM,
NON PRO MORIS INDICIO,
SED DEVOTI CULTUS, PIETATIS ATQUE
OBSEQUII SYMBOLO,
IMO VERO EX DEBITO,
M. H. WITTE
OBLIGATISSIMA MANU MENTEQUE OFFERT,
ET PRO RERUM EIUS ÆTERNITATE
AC PACE VOTA,
QUÆ SANCTISSIMA SUNT,
AD SUMMUM RERUM ARBITRUM
FACIT.



ΕΙΣΟΔΙΟΝ.

PHilosophiam Dei donum esse, ingenii & doctrinæ princeps, Plato, (a) prædicavit, quo majus bonum neq; donatum esset hominibus, divino consensu, neq; tribuendum. Hanc, inter varias easdemq; suavissimas mundi nascentis delicias, ADAMUS, stirps & caput humani generis, ab ipso Deo in Paradiso didicit: Omnigenâ quippe tum præditus fuit & sapientiâ & scientiâ. (b) Viderat ille effectorem suum, molitorem universi & rectorem, atq; cum eodem sermones familiarissimè miscuerat. Idem orbis recens producti principia ac ortus adspexerat, rerumq; cœlestium, aëriarum, terrestrium, aquatilium naturam sagaci mente indagaverat. Nihil omninò eum latebat, quod acutissimo cuiq; Philosopho fas esset cognoscere. Quare rebus ille omnibus nomina proprietatibus naturæ convenientia apposite indidit. (c) ô Deus immortalis!

(a) *in Timæo.* (b) *Sir. XVII, 5.* (c) *Gen. II, 20. Conf. August. Steuchum lib. 1. de per. Philos. c. 1. & Enevaldi Suenonii Nomencl. Adamus §. 24.*



quæ ſcientiarum copiæ, quàm multiplex & exacta cognitio rerum in illo incluſa era pectore, unde tam diſſimiles & diſcrepantes appellationes, ſuis quęq; generibus congruentes, profluxerint? (*d*) Sed Diabolus ejectis è Paradiſo protoplaſtis, mox errone Philoſophiæ ſemina ſparſit. Optimi enin parentis peſſimam prolem, Cainum, excitavit, qui Sophiſtices auctor, civilem perturbavit ſocietatem: Cumq; Oeconomię nimi ſtuderet; primus pondera, menſuras, numeros, & agrorum limites excogitavit. (*e*) Poſtea ABELUS, novæ Philoſophiæ promu condus, juſtitiam coluit, Deiq; præſentian veritus, virtuti ſtrenuè litavit. SETHUS avitæ virtutis æmulus, ſuccedens, acceptas à patre diſciplinas ſuis ſubinde contemplationibus adauxit, ac in liberalem præprimis ſcientiam, cœleſtiumque rerum cognitionem diligenter inquiſivit. Hujus poſteri, cùm nominis ſui in iſtis artibus celebritatem à futura diluvii πανωλεθρία vindicare vellent, exciratis duabus columnis ſua invent inſcripſerunt ut ſi lateritiam deleri contingeret, lapidia ſuperſtes hominibus diſcē di copiā faceret. (*f*) ENOCHUM, qui p ē nā

(d) *Perpiniani Orat. XVIII. de divina & hum. Philoſ. p. 483.* (e) *Polyd. Vergelii de Rerum Invent. l. 1 c. 19.* (f) *Joſephus lib. 1. Antiq. Jud. c. 2. & ex eo Voſſiu de Arte Gram. l. 1. cap. 9.*

nâ Justitiæ elatus, supergressus est naturæ terminos, cùm primus mortis decretum ostenderet inefficax, ceu de eo Basilius (*g*) alicubi loquitur, sapientissimus omnium seculorum Philosophis haud immeritò annumeramus. Publicam namque scholam erexit, in qua veri Numinis nomen profitebatur. Astronom. per diluvium abolitam NOACHUS restituit, annumque ad Solis, menses verò ad Lunæ cursum, primus distinxit. Verùm quid de magno fidei patre, divinæq; familiaritatis viro, ABRAHAMO, (*h*) dicamus? Ille Orientalem Philosophiam, è Cainitarum quisquiliis corruptam, pristino nitori reddidit. (*i*) Ille idololatriam artesque Magicas Assyriorum ac Chaldæorum abolendo operam navavit, & ex concinno siderum motu atq; incessu, aliquam esse potentiam, horum quæ curam ageret, Deum nempe, rectè collegit. Quid de ISAACO atq; JACOBO, excellenti naturæ cognitione Illustrissimis Patriarchis, quorum ille à tãto parente plurima sublimioris sciẽtiæ addidicit; hic verò physicali experimento, ut, post pactum cum Socero initum, ovium ca-

(g) *Select. Orat.* 14. (h) *Tertullianus lib. de Resurr. c.* 18. (i) *Hornii Hist. Philos. lib.* 11. *cap.* 8.

caprarumq; greges, quales ipſe vellet, fœtus ederent, effecit? (*k*) Quid de JOSEPHO, occultorum inventore, cujus tanta olim fuit ſapientia, ut inter Ægyptios ſtupendum extiterit miraculum, rerumq; inibi ſumma potitus fuerit? MOSEN, ſumi Dei Cancellarium, primi omninò libri ſcriptorem & Hiſtoricum fuiſſe excellentiſſimum, formamque adminiſtrandi Rempublic. longè optimam delineâſſe, poſt alios Polyhiſtor & Theologus inſignis, Urſinus, (*l*) evincit. JOBUM, patientiæ florem, Philoſophum Arabem; DAVIDEM, Phyſicum admirandum atque Poëtam eximiè pium; SALAMONEM, omnium, quotquot hodie ſunt, aut unquam fuere mortalium ſapientiſſimum, neminem facilè, niſi qui divinis in literis hoſpes audit, latere poterit. Prætereo cæteros, qui in ipſis pariter humani generis primordiis, omni ſcientiarum genere præſtiterunt, adeoq; ingentem Philoſophiæ laudem conſecuti ſunt. Prætereo Babylonicos, Aſſyrios, Chaldæos, Ægyptios, Phænices, in artibus recipiendis quondam ſolertes, inque rerum variarum cognitione perquam ſagaces

(*k*) *Gen.* XXX, 37. *Conf. Valeſii de ſacra Philoſ. c.* 9. *I. G. Schmidii Orat, de Contr. Lab. & Jacobi,* (*l*) *in Annal. ſacr. Volum.* 1. *l.* 6. *c.* 6. *& peculiari tr. de Zoroaſtre, ut & Excell. Dn. Arnoldus in Spicil. p.* 7.

ces. (*m*) Prætereo Indorum Gymnoſophiſtas, Brachmanes ſcilicet, qui non tantùm παλιγγενεσίαν ſtatuebant, ſed & ab hominum oculis remoti, in opacis ſolitudinibus, ſapientiæ ſtudiis operabantur. Adhæc Diſcipulos ſuos ſacramento obligabant, ne myſteria, quæ eſſent audituri, ulli poſthac viventi revelarent. (*n*) Præterea Perſarum Magos, ob exquiſitam rerum naturalium peritiam undique inclutos, ſed qui artem poſtea ſuam, Dæmonum ope adjuti, in ſuperſtitionem & pecuniæ aucupium converterunt. (*o*) Prætereo Gallorum Druides, morali & naturali Philoſophiâ exercitatiſſimos, animarum æternitatem atq; tranſitum præcipuè docentes. (*p*) A Barbaris ad delicatiores gentes acceſſum faciamus. Inter eas eminet PYTHAGORAS Samicus, Sectæ Italicæ Conditor. Is omnem propemodum Philoſophandi rationem ad numeros traxit, (*q*) recondita bene vivendi præcepta brevibus ſententiis & Adagiis, ſive Symbolis ac Ænigmatibus incluſit, (*r*) & ante omnia diſcipulos docuit tacere. (*s*) Hæc

(m) *Pl. Rever. Dn. Dürrius de Philoſ. ortu & progr.* §. 5. & *ſeqq.* (n) *Strabo lib.* 15. *de Geograph.* (o) *Apuleji Apol. ſive orat. de Magia.* (p) *Plinius lib.* 6. *Natur. Hiſt. c.* 44. & *Iul. Caſar de bello Gall. l.* 6. (q) *Valleſii de ſacra Philoſ. c.* 70. (r) *Voſſius de Philoſ. Sect. c. VI.* §. 14. & 19. (s) *A. Gellius Noct. Attic. l.* 1. *c.* 9.

ſi primâ intueamur fronte, ridicula apparet atq; futilia ; ſin ſenſum propiùs inveſtigemus, & allegoriam eruamus, pretioſos utiliſſimorum artiũ theſauros reperimus. Quorſum & decantatiſſima illa ſpectat litera, ὑψιλὸν, quam à Pythagora, ad exemplum vitæ humanæ eſſe formatam, auctores teſtantur. Ejus prima virgula, unde Character ſurgit, primam hominis ætatem, non in dextrum magis, quàm ſiniſtrum vergentem, h. e. nec vitiis nec virtutibus deditam, notat. Hanc aliquis viam emenſus, illud offendit bivium, duabus ſuperioribus lineis repræſentatum, cujus alterutram partem ingrediatur, neceſſe eſt. Pars dextra arcta admodum & anguſta, ad beatitudinem ducit ; læva, latior & anguſtior ad miſeriam arripit, quoſcunq; ea viæ amplitudo decepit. (*t*) Cæteroquin Pythagoras μετεμψύχωσιν credidit, (*u*) animalium eſu abſtinuit, & ignẽ in meditullio mũdi ſtatuit. (*x*) Qui hæc omnia curatè & penitiùs ſcire deſiderat, βιογράφους Pythagoricos Laërtium, Malchum, Jamblichum & Porphyriũ evolvat, aut inſtar cunctorũ, Scheffęrum, (*y*) orbis Arctoi ſidus hodie fulgentiſſi-

(t) *Vid. Excell. Schalleri Ethica Pythagorica* §. 1.
(u) *Diſſentit hîc B. Scharffius in Inſtit. Logicis p.* 23
(x) *Doctiſſ. Voſſius de Philoſ. ſectis c. VI.* §. 32. 35. & 40. (y) *De natura & conſtitut. Philoſ. Italica ſeu Pythagorica.*

tiſſimum. Nos ex Italia in Græciam, ad illam bonæ eruditionis nutricem, proficiſcamur. Ea quippe jam dudum, veritatis inquirendæ ſtudio, tota exarſit ibidemque Philoſophia trinas ſectas peperit: Poëticam, Jonicam & Eleaticam. (z) Primum igitur locum, antiquitatis jure, ſibi vendicant Poëtæ, qui, ut ſententias & utilia vitę dogmata, velut oppanſo velo tegerent, fabulas finxerunt, quas qui prius non diſcuſſerit & removerit, ad interiora ejus Philoſophiæ, quam docebant, adyta haud penetrabit. (a) Ex nobili horum Philoſophorum ordine ſolummodo impręſentiarum producere lubet Orpheum atq; Homerum, Duum-Viros præſtantiſſimos. Tantâ me hercule eruditione artisq: Poëticæ ſcientiâ ORPHEUS valuit, ut ſuaviſſimâ modulatiōe feras etiã & arbores delinire putaretur. (b) HOMERUM verò ob ſum̃am doctrinã πολυπραγμοσύνης Antioch⁹, multiſcium & omnium peritum Apulejus, patrem liberalium diſciplinarum, Vir Maximus Tertullianus dicebat. (c) Secta inſuper in Græcia claruit Jonica, quam THALES Miletus, ex ſeptem illis ſapientiâ memo-

(z) *Lipſii Manud. ad Philoſ. Stoicam Diſſert.* 7. 8. & 9. (a) *Dn. Dürrius de recondita veterum ſapientia Orat. p.* 13. (b) *Ludov. Vives ad lib.* 18. *c.* 14. *Auguſt. de Civit. Dei*; & *Polyd. Vergil. de rerum Inventor. lib.* 1. *c.* 14. (c) *B. Dn. Dilherrus in Appar. Philol. lib.* 2. *p.* 253. *Conf. Lipſii Philoſ. Stoic. p.* 42.

memoratis viris facilè præcipuus, condidit. Astrologiæ secreta penetravit, Ecclipsin solis lunæq; primus prædixit, & alia invenit. (*d*) Aquam rerum principium censuit, & hinc omnia elementa mundi, ipsumq; mundum, & quæ in eo gignuntur, existere. (*e*) Eleatica Philosophorum Græcorum secta successit, quæ autorem habuit XENOPHANEM, inter cujus discipulos eminuit Eleatis, à quo sectæ nomen profluxit. Quatuor elementa statuit, mundos item innumeros; nubes fieri, cum vapor è sole evectus cogitur; animam esse spiritualis naturæ, Deum esse formæ rotundæ, nec quicquam cum hominibus commune habere, sed totum videre, totum audire, nõ tamen respirare, esseque pariter mentem, prudentiam, æternitatem. (*f*) Hocce verò Philosophorum genus falsè perstrinxit Seneca (*g*) itemq; Lactantius. (*h*) Ex Eleatica postmodum secta provenit Epicurea. Ejus conditor audit EPICURUS. Hic Rhetoricam seu orationis ornamenta neglexit, (*i*) Dialecticam, tanquam pervertentem, planè repudiavit. Sufficere enim, ajebat, Physicis simplicia vocabula (*k*) Animas simul cum corporibus interire

(d) *Diog. Laert. lib. 1. in vita Thaletis.* (e) *August. de Civit. Dei lib. 8. c. 2. Mornæus de Verit. Relig. Christ. lib. 9. p.* 148. (f) *Vossius de Philos. Sectis c. VII.* §. 2. (g) *Epist.* 88. (h) *Divin. Instit. lib. III. c. 6.* (i) *Cicero lib. 1. de finibus.* (k) *Laertius lib. X. in Epicuro.*

interire putavit, Deumq; mortalia curare, pestilentissimo errore ausus est negare *(l)* voluptatem deniq; ita extulit, ut diceret, eam in ipsum quoq; corpus & partem animi sensitivam redundare, & dolores omnes pellere, omnesque perturbationes & molestas commotiones discutere. *(m)* Inde dissipata est fama, Epicuri doctrinam voluptates corporis pro summo bono habere. Atq; hęc merx facilè allexit emtores, & confluxere gregatim ventris mancipia, quæ, ut excusatius cupiditatibus suis servirent, Epicurum Ducem quo jure quave injuria ad suas partes pertrahebant, & honestam disciplinam suis impuritatibus prætexebant. Ideò de Epicuri vita non una omnium erat sententia: Quidam enim eum, ut fœdissimis voluptatibus immersum traducebant; alii rursus admodum pium illum in Deos, patriam & parentes, gravem omoinò & temperantem fuisse contendebant. Imò solo se pane & aquâ sustentasse dicebatur, sic ut splendidè epulari sibi videretur, si paulum haberet casei, ceu ipsemet in epistolis refert. *(n)* Quamobrem non Seneca solùm nomen Epicuri

(l) *Cicero lib.* 1. *de Natura Deorum* (m) *Quid de voluptatibus statuerit Epicurus; dissentiunt Diog Laertius & Cicero, cui Plutarchus adstipulatur, de quibus vid. Heideri Syst. Philos. Moralis part.* 1. (n) *Vossius l.c. VII.* §. 2.

Epicuri ab injuriis & calumniis passim intentatis vindicavit; verùm ipse insuper Lactantius (*o*) patrocinium ejus suscipere non dubitavit summum bonum in animi nō corporis voluptate eum posuisse affirmans. Erasmus (*p*) etiam eam doctrinæ Epicuri sanctitatis laudem assignavit, ut si de veris Epicureis loquamur, nullos magis Epicureos esse pronunciet, quàm Christianos piè viventes. De his aliisque consulendus est (*q*) Petrus Gassendus ὁ μέγας. in limatissimis de Epicuro scriptis. Nos ad sectam pergimus Socraticam, quæ ex dictâ Græcorum Jonicâ ortum traxit. Philosophiâ quippe tum temporis inter perplexas variasque obscuritates fluctuante, tanquam benignum quoddam sidus, SOCRATES emicuit. Is pertæsus, ut D. Augustinus (*r*) observat, rerum obscurarum & incertarum, ad aliquid apertum & certum reperiendum, animum intendit, quod esset beatæ vitæ necessarium. A Physicis igitur ad moralia declinavit, ita ut primus mentem ad definitiones applicaret. (*s*) Hanc verò ut suam doctrinam assequerentur

(o) *Div. Instit. lib. III. c. 7.* (p) *In Colloq. Familiar.* (q) *In Syntagmate Philos. Epicuri, cum refutationibus dogmatum, quæ contra fidem Christianam ab eo asserta sunt, oppositis. Item in libris VIII. de vita & moribus Epicuri.* (r) *De Civit. Dei lib. VIII. c. 3.* (s) *Aristot. lib. 1. Metaph. 6, 1. de part. anim.*

tur Auditores, speculo utebatur, quo se ipsos cognoscerent, & naturæ vel deformitatem vel venustatem intuerentur. (*t*) Philosophiam de cœlo in terram, uti referunt, devocavit, docuitque non prout alii privatim, sed in publico & officinis, animos à vitiis abstrahere, & ad virtutes transdare. Qui licet vitâ castissimus & moribus patientissimus fuerit, accusatus tamen, quod novos & peregrinos Deos coleret, & juventutem corrumperet. Ideo damnatus in carcere, cicutam bibere coactus est. (*u*) Postea Athenienses tanta ejus facti incessit pœnitentia, ut palæstras & gymnasia clauderent, & accusatoribus, ne dicta quidem causâ, supplicium capitis irrogarent; Socratem verò æneâ statuâ publicè honorarent. Hujus discipuli varias denuò sectas condiderunt, quas siccô nunc pede præterimus. Sceptra dein eruditionis PLATONI totius Græciæ facilè doctissimo linguæ non solùm, sed & animi ac virtutis Magistro, delata sunt. Ciceroni tantus, ut malle se se cum Platone errare quàm cum aliis rectè sentire, scribat. (*x*) Locus verò, in quo

(t) *Plutarchus in præc. conjug. Cœl. Rhodius l.XV.c.* 12. *Dn. Dürrius de Philos. ortu & progr.* §.18. (u) *Cicero lib.* 1. *De Orat. Tuscul. quæst. l.* 1. *c.* 29. *Dicta & facta Socratis lege apud Xenophontem, Laërtium & Apulejum.* (x) *Lipsii Manud. ad Stoicam Philos. l.* 1. *Dissert.* 4. *p.* 19.

docuit, Academia dicebatur. Erat is, nemorosus Ecademi Herois fundus, mille passibus ab Athenis distans. Hinc prius Ecademia, unius postea literæ mutatione Academia, nũcupata. Tantopere autem locum reveriti sunt Philosophi veteres, ut nefas putarent ridere istic, nempe quia eum ab omni animi dissolutione purum asservari vellent. (y) Sed quænam in ista Academia explanaverit Problemata, ὡς ἐν παρόδῳ quoque dispiciemus: Deum agnovit unum, summum universi opificem. (z) In epistolis namque aliquotiens expressit: ἂν Θεὸς ἐθέλῃ, si Deus voluerit, Deo dante, Deo favente. Agnovit Eundem Verum, Bonum, Immutabilem, Æternum, Omnipotentem, Immensum, Omniscium &c. Hæc omnia non adeò pridem pluribus demonstravit (a) Henricus Fergius, & quatenus axiomata Platonica cum Oraculis divinis conveniunt, operosè ostendit. Quare isthoc nos labore supersedere possumus. Præterea Mundum esse genitum, & quidem à Deo ex materia coæterna, arbitrabatur; (b) De Ideis multa ab Aristotele discrepantia protulit, (c) & numeris denique, qui-

(y) *Ælianus lib. III. Var. histor. c. 36.* (z) *August. Tom. VII. lib. 6. de Baptismo contra Donat. item Phil. Mornæus de Verit. Relig. c. 3. p. 35.* (a) *in Theologia naturali per totum.* (b) *B. Meisn. Philos. Sobr. Part. 1. Sect. 2. c. 3. p.* 406. (c) *Magirus in Ethic. Arist. lib. 1. c. 8. Piccolomin. gr. 9. c. 23.*

quibus Philosophiam suam obscuravit, & veluti nebulas quasdam offudit, adeò adstrictus fuit, ut numeri Platonici Proverbio (*d*) locum fecerint. Quæ ejus mens fuerit de Anima mundi (*e*) & Fato Stoico (*f*) inter eruditos variè disquiritur. Excessit è vita ipso natali (*g*) anno ætatis LXXXI. Morti vicinus, sortem & fortunam suam extulit, quod 1. homo 2. Græcus, non Barbarus 3. non rationis expers bellua esset natus. 4. in Socratis ætatem ortus suus incidisset. Verùm qui de Mose hoc Atticissante (*h*) uberiorem cognitionem haurire cupit, poterit, ex recentioribus Martinum Schockium, πολυμαθέστατον, adire (*i*) vel ex vetustioribus plures. Nobis jam ex Academia in Lyceum eundem est, &, relictis Athenis, Stagiram invisere animus subit, prout tempus, ordo & chartarum nos monent angustia. Ambulemus, quæso, cum Peripateticis, ad eorum antesignanum atq; regem, ARISTOTELEM. Quis verò & quantus fuerit Philosophus, frustrà planè essemus, si ex instituto id exponere aggrederemur. Abundè enim hoc præstitum à magnis undique viris, Cicerone Plutarcho, Plinio, Quintiliano, Galeno, Macrob. Lact. Arnob.

 Hie-

(d) *Erasmus Chil. 3. cent. 6. Adag. 32.* (e) *Sperlingi in Scalig. Exercit. de Subtilit. Medit. XI. & Barthol. Franci. Disp. II. De Fato c. 2.* (f) *Hugo Grotius de Fato Philosophorum sententias collegit, & peculiari libello edidit. Conf. Germanicum μελέτημα Dn. Danielis VVülfferi de Fato.* (g) *Seneca epist. 58. & Valer. Max. l. 8. c. 7.* (h) *August. De Civ. Dei l. VIII. c. 4. 5.* (i) *In Orat. de Platone & Platon. Philosophia laudibus.*

Hieronymo aliisq; ſine numero. (*k*) Credo tamen, à nemine eruditorum ſublimiùs unquam fuiſſe Ariſtotelem celebratum, quàm annis abhinc XLIV. à τῷ πάνυ, Hermanno Conringio. (*l*) Invitâ hactenus minervâ verſati erant in perſcrutanda rerum natura veteres illi naturæ conſulti: Nullus enim eorum naturalem ſcientiam certis παιδείας & methodi terminis definire auſus eſt. Ariſtoteles autem, ſuſceptâ poſt Platonem publicè docendi provinciâ, in animum, induxit, quæ ab aliis benedicta eſſent, diſcipulis ſuis certa methodo proponere, quæ verò à veritatis linea abirent, emendare, deniq; veram Philoſophiam à falſarum opinionum inquinamentis repurgatam nitori ſuo reddere. (*m*) Quod ejus docendi rationem ſpectat, A. Gellius (*n*) commemorat; Ariſtotelem bis quotidie in Lyceo docere ſolitum: Et veſpertinis quidem horis omnes promiſcuè ad erudiendum admiſiſſe, mane verò non niſi, quorum ante ingenium & eruditionis elementa atq; in diſcendo ſtudium laboremq; exploraſſet. Itaque veſpere quidem pro-

po-

(k) Conf. *Lipſii de Stoica Philoſ. lib.* 1. *Diſſert.* 4. *p.* 16. *Voſſius l.c. p.* 83. (l) *In duabus Orat. de Laude Ariſtotelis, cùm Philoſ. Natur. Profeſſionem aggrederetur.* (m) *Excell. Dürrius de natura & progr. Philoſ. Ariſtotel.* §. 10. & 12. (n) *Noct. Attic. l.* XX. *c.* 5. *Adde, ſi lubet, Nobiliſſ. Conringium in Introduct. Polit. Ariſt. c.* 3. *p.* 579.

positam ἐξωτερικὴν disciplinam, matutino verò tempore τὰ ἀκροαματικά. Hinc commentationum librorumq; Aristotelicorum duæ spespecies natæ sunt; quarum una τὰ ἐξωτερικά, altera τὰ ἀκροαματικά comprehenderit. Si quis proinde moris hujus & Scriptorum discriminis ignarus, in Sacra Aristotelica malo auspicio irruperit, næ ille tantùm abest, ut aliquem exinde fructum sperare queat, ut pro nucleo potiùs putamina, pro floribus venenum retulerit. Cæterùm, An Aristoteles cognoverit Creationem? *(o)* Quid de origine & exitu Mundi senserit? *(p)* Num salutem æternam fuerit adeptus? *(q)* & similes haud ignobiles quæstiones excutere hoc in loco possemus, ni ratio instituti nos retraheret. Notari tamen præprimis meretur, quod superiori seculo Pontificius quidam anonymus, Cornelio Agrippâ recensente, librum ediderit, de salute Aristotelis, in quo pluribus probare rationibus conatur; ipsum fuisse salvatum. Hisce tandem verbis concludit: Sicut Johannes Baptista prodromus fuerit Christi in Gratuitis; ita Aristotelem ejus-

 dem

(o) *B. Meisn. Philos. Sobr. Part.* 1. *sect.* 3. *p.* 410. *& Cl. Rixnerus in peculiari Disp. de hac quæst.* (p) *Certant hac de re viri docti, Vid. B. nostrum Gerh. Loc. Theol.* 32. *de Consumat. seculi* §. 14. (q) *B. Waltherus in Cent. Miscell. Theol.* LXXXVI. *p.* 589.

dem antecurſorem appellari poſſe in Naturalibus. (r) De obitu ejus nonnulli adſerunt, ipſum morti proximum, dolore ac ſpe in lacrumas profuſum, primæ cauſę miſericordiam intentiùs imploráſſe & exclamâſſe: Ens entium miſerere mei; Alii rurſus referunt, quod ſe præcipitem in mare dederit, cū hoc epiphonemate: Quoniam Euripum non capit Ariſtoteles, capiat Ariſtotelem Euripus. (s) Pluſcula hujus commatis aliorumq; memorabilium de Stagirite noſtro, ejusque commentatoribus & diſcipulis, deſiderantem ad Ammonium (t) & Jonſium (u) remittimus. Inter poſteriores ejus diſcipulos familiam ducit THEOPHRASTUS, ſive Euphraſtus, à dicendi ſuavitate propè divinâ ita dictus, cùm ante Tyrtanus vocaretur. Huic Ariſtoteles cum docendi provincia Bibliothecam teſtamento reliquit. (x) Ad ejus ἀκροάσεις confluxerunt circiter bis mille auditores, ut Laërtius & Heſychius atteſtantur. Plurima quidem ſcripta Organica, Phyſica & Moralia adornavit, pauca tamen ad nos pervenerunt, quæ inter Plantarum Hiſtoria, à Theodoro Gaza in linguam Latinam converſa, & characteres Morales Dan. Furlani & Is. Caſauboni Commentationibus illuſtres. Lubet jam ex Academia & Lyceo in Gymnaſium deſcendere more

(r) *Walth. l. c.* §. 3. (s) *Urſin. in Acerra Phil. p.* 30. (t) *in Vita Ariſtot. cum Scholiis Petri Jo. Nunneſii* (u) *De ſcript. Hiſt. Phil. l.* 4. *p.* 339. (x) *Strabo lib.* XIII. *Geogr.*

hodie inverso, quo ex Gymnasiis ad Academias proficiscimur. Docentes ibi cernimus CYNICOS, eorumq; patrē ANTISTHENEM. (*y*) Nomen Cynicorum quidā à Cynosarge, Gymnasio sive publico docendi loco; alii à canina impudentia derivant. (*z*) Hinc Cæl. Lactantius (*a*) quid mirum, inquit, si à canibus, quorum vitam imitantur, etiam vocabulum nomenq; traxerunt? Dictum hunc Antisthenem audivit DIOGENES, quem imperiti plerumque rident, sed Macedonum Rex Alexander M. summè admiratus est. Vivebant Cynici tenuiter; placebat eis simplex & parabilis victus, quippe qui sobriis cibariis utebantur, & solis palliis. Divitias, gloriam, nobilitatemq; contemnebant. Plerique etiam herbis & aquâ tantùm frigidâ fruebantur, operimentisq; fortè oblatis & doliis. Deorum esse, dicebant, proprium, nihil indigere: eorum verò, qui Diis essent similes, minimis egere. (*b*) Homines cæteroquin asperi erant & inculti, quibus pera fuit & baculus, quod Regibus Diadema, sicut signatè de iis loquitur Cœcil. Rhodigin⁹. (*c*) Paucis: Execramur, cū Naziāzēo, (*d*) in Cynica secta impietatē, frugalitatē verò laudam⁹. Huj⁹ propago STOICA est, ἀπὸ τῆς στοᾶς, à porticu Athēiēsi, ubi docti subinde cōvēire & disserere solebāt; ita nuncupata.

(y) *Laërt. de Vitis Philos. lib. VI. p. 365.* (z) *Schallerus in Disp. peculiari de Diog. Cynico* § 7. (a) *Divin. Instit lib. III c. 15. p. 242.* (b) *Vossius l. c. p. 91. & Laërt. p. 432.* (c) *lib. XX c. 24. Conf. de ἀνυποδησία & austeritate Cynicorum Cl. Salmasius in Tert. de pallio p. 386.*

In eo docuit ZENO Citticus, sectæ istius Dux atq; auctor, quem graphicè quoq; depinxit Laërtius, (*d*) antiquitatis indagator sedulus. Vitam ille continentem, adstrictam, & austeritati atque inopiæ propiorem instituit. Hinc ex publico Atheniensium decreto, donatus est aureâ coronâ (raro in id genus hominum honore) quia vitam suam exemplar omnibus proponebat, consentaneam verbis ac doctrinæ. O verè Philosophum! exclamat haud immeritò Lipsius, (*e*) cùm præclarum hocce Xenonis elogium recitâsset. Quæ autem præcipua Stoicorum fuére placita, ὡς ἐν ἐπιτόμῳ apex eruditionis reconditæ, Thomasius (*f*) enucleatè nobis proponit. Duo Stoici rerum omnium statuerunt principia, Deum nimirum & Materiam. Illum porrò duplici considerarunt ratione: (g) Primò ut mentem divinam, ab opere suo, h. e. mundo separatam. Hocq; modô Deus ipsis Spiritus audit igneus. Deinde prout idem spiritus mundo toti est permixtus, ipseq; Mundi Anima, Mundus Dei corpus. Unde mundum, dixerunt, & sentire & intelligere, atq; adeò Deum esse. Æthera, solem, lunam & stellas, quia divinus ignis igni eorum sit permixtus, etiam Deum esse puta-

(d) *Lib.* VII. *p.* 434. (e) *De Philos. Stoica lib.* 1. *Dissert.* X. *p.* 54. (f) *De Stoica Mundi exustione Dissert.* VIII. *& seqq.* (g) *Voss. loco cit. sæpius c.* XIX. *p.* 99.

putarunt. Rebus igitur, per incendium universale, in sua principia solutis, animas reverti crediderunt in Deum, ex omnibus corporibus massam rudem unam. Mundum proinde animâ & mente preditum asseruerunt, sed animam illam dixerunt esse Deum, ita ut mundum informet , ceu forma materiam. (*h*) Quomodo autem hæc Stoicorum à Platonica Mundi anima differat, alii (*i*) jam satis explicarunt. In transitu hîc insignem eorum perstringimus temeritatem , qui Spiritum Sanctum per Animam mundi Platonicam interpretari haud sunt veriti. (*k*) Sed quid demum de famoso isthoc apud Stoicos Fato dicemus? Nihil sanè aliud, quam illud variarum esse impietatum sentinam longè putidissimam. Deo enim omnipotentiam atq; homini omnem planè libertatem adimit. Fingit , Deum causis secundis esse alligatum, Eundemq; scelerum auctorem, & humanam voluntatem necessariò agentem. Hasce ut incrustent impietates Stoicorum Patroni , speciosis divinę voluntatis Providentiæque nominibus suum obvelarunt Fatum. Verùm quid Christo cum Belial, luci cum tenebris, sanctissimæ fidei Christianę

)( )(5 cum

(h) *Barth. Francus disp.* II. *De Fato* §. 17. (i) *Piccolom. cap.* 29. *de Mundo p.* 627. *& Dn. Thomasius l. c. p.* 187. (k) *Idem in Progr. ad Orat. de Columba Pentecostali.*

cum pigmentis ac deliriis Gentilium? Optimè Divus monet Hipponensis Episcopus (*l*) ut, qui ex orthodoxis Dei voluntatem vel potestatem Fati nomine appellat, sententiam teneat, linguam corrigat. Reliquas Stoę opiniones de Mundi Incendio, ejusdemque æternitate, Animarum interitu, nunc minimè licet excutere. Præstitum hoc abundè à θαυμασίῳ nostro Thomasio (*m*) & bonarum literarum vindice, Heinsio (*n*) ac fortè aliis. Nos ex porticu in viam propositi nostri redeamus, & Pyrrhonios seu Scepticos pari modo salutemus. Celebris eorum antesignanus PYRRHO Eliensis, primùm Pictor, mox Philosophus, qui, ut nobilissimè philosophiam tractasse videretur, commentus modum, quo de omnibus nihil decerneret, neque quicquam comprehendi posse diceret. Vocati à doctrina, quam profitebantur, Σκεπτικοὶ, quia semper σκέπτονται, rem considerant, nec unquam decernunt: ἀπορητικοὶ, quia semper ἀποροῦσι dubitant: Ζητητικοὶ, quia semper ζητοῦσι quærunt, nec reperiunt: ἐφεκτικοὶ, quia longæ inquisitioni snon alius eventus, quã ἐποχὴ judicii suspensio. (*o*) His omnia erant incerta, & vehementissimè, ut hoc conficerent, incubuerunt. Novam induxerunt scien-

(l) *August. l.* 1. *de Civit. Dei c.* 1. (m) *De Stoica Mundi Exust. Dissert.* XV. *& seqq.* (n) *Orat.* XXIV. *p.* 275. (o) *Laert. l. c. p.* 675. *& ex eo Vossius l. c. p.* 105. (p) *in Epist.* 88. *circa finem.*

entiam, inquit Seneca, (*p*) nihil ſcire. Hinc illæ Scepticorum voces: οὐδὲν ὁρίζω, nihil definio. Cumq; nonnemo ex iis interrogatus eſſet, quid ſibi, quas circumferret, lances vellent? reſpondit: Lancino in illis rationes, & ad æqualitatem reduco, & cùm accuratè ſimiles & æqualis ponderis video, tunc quæ verior ſit, neſcio. (*q*) Inter illorum aſſeclas referre quoque poſſumus HENRICUM CORNELIUM AGRIPPAM, cujus liber, ſive ingenii oſtentandi ſeu luſus gratiâ, vel ſeriâ etiam voluntate conſcriptus, de incertitudine & vanitate, ſcientiarum, unicũ id agit, ut omni ſcientiâ negata atq; diſciplinis derogatâ, nil ſcire poſſe oſtendat. Decretum ejus erat hoc: Nil ſcire feliciſſima vita eſt. Omnium verò noſtro ſeculo σκεπτικώτατος eſt FRANCISCUS SANCHEZ, Medicinæ Doctor, & in Academia Toloſana Profeſſor regius. Hic libellum edidit ex profeſſo Scepticæ patrocinantem, quem inſcripſit: Nihil ſcitur. Omnia principia negat, ipſam deniq; rationem evertit, ceu pereruditè oſtendit Amiciſſimus quondam meus Commilito, Dn. Jo. Ulricus Wildius. (*r*) Verùm dũ omnia negant, ipſũ quoq; Deũ negare omninò neceſſe eſt. Qui enim de Deo dubitat jam

(q) *Conf. Cicer. in Lucull. & Dn. Schalleri Exercit. in Sexti Philoſophi Pyrrhoniarum hypothypos. lib. III. de certitud. boni moralis.* (r) *In aliquot Diſp. Lipſiæ anno 1664. habitis, ſub titulo: Quod aliquid ſcitur.*

jam Atheus audit. Ad hæc suam undiq; prodeunt φιλονεικίαν seu contradicendi studium. Tota namq; illorum Philosophia nihil aliud agit, quàm quod omnium dogmaticorum decretis atq; axiomatibus contradicat, eáq; quæ omnibus falsa habentur, defendere studeat. Imo scientias & artes quaslibet conviciis sibilisq; magnoperè consectatur, rejicit atque disturbat. Id quod Sextus Empiricus, Agrippa, & novissimè Sanchez, editis scriptis suis, luculentissimè probare voluerunt. Quid? quod Sophisticô geniô omnia pererrint, & quæ nostro quoq; intellectui & sensibus ubivis obvia, negaverint. Rationem adeò oppugnantes ipsam simul naturã quasi furca expulerunt. Sed conscientia convicti, longè aliter mente crediderunt, quàm se verbis explicuisse reperimus. Quamobrem non à D. Augustino (s) solùm, qui frequenter cum istis hominibus disputavit, sed & Schockio (t) atque Wildio, egregiè refutati sunt. Hactenus de vetustiori Philosophia ejusdemq; cultioribus non nihil in medium protulimus. Nunc successit ἐκλεκτικὴ seu Electiva. Ex qualibet enim secta, quę placerent, quæque verissima ac optima putarent, seligebant, & ideò seligentes vocabantur. Sectę hujus novæ, modo ita vocari liceat, quæ ex aliis

(s) *In tribus libris contra Academicos* (t) *De Scepticismo.*

aliis tota compilata, origo POTAMONI ALEXANDRINO attribuitur, Cæsaris Augusti & Tiberii temporibus incluto. Hũc præstantissimi quique Magistrum amplexi fuere, & quidem ex venerando quoque Patrum Ecclesiasticorum choro, Clemens Alexandrinus, Origenes & Lactantius. (*u*) Quoniam verò orbis imperium ad Romanos erat delatum, eò studia liberalium pariter artium, felici auspiciô, cõmigrârunt. Lõgum penè foret, omnes illos recensére, qui Philosophicis disciplinis eximiam aliquam sub Romanis operam dederunt. Nec ipsis Heroibus summisque ævi ejus Ducibus insolitum erat ingenuas didicisse fideliter artes. Cui etenim latet, M. AUR. ANTONINUM, ut alios taceam, & Imperatorem & Philosophum extitisse? Majorem tamen purioris Philosophiæ scientiam, in aliquot Ecclesiæ Christianæ luminibus atque columnis, deprehendimus. Ex illis præcipuè DIONYSIUM AREOPAGITAM, quem Suidas (*x*) virum vocat clarissimum, & ad summum Græciæ disciplinæ fastigium provectum, Philosophiæ Stoicæ consecraneum, producimus. JUSTINUM deinde Martyrem atque Philosophum percelebrem, utpote qui omnes fermè Græcorũ sectas; Pytha-

(u) *Vossius de Sect. Philos. c.* XXI. *p.* 113. (x) *allegante I. C. Hahnio in Insign. Cœli Sionæi sideribus. p.* 8.

thagoricos, (y) Platonicos, Peripateticos, Stoicosq; amore scientiæ curiosè perscrutatus est, jure meritoq; ad hanc quoq; Doctorum classem referimus. Neque Silentio hîc præterire decet illud lacteum Tullianæ eloquentiæ flumen, LACTANTIUM; Philosophicis artibus insigniter imbutum, CYPRIANUM; illum Christianorum Philosopum & Philosophorum Christianissimum, BASILIUM MAGNUM. Alexandriæ insuper ORIGENES, Siccæ ARNOBIUS, Athenis NAZIANZENUS, alii alibi profanas publicè docuerunt scientias. (z) Sed quo dilabimur? Floruerunt, sub augustissimo Romanorum Imperio, SENECA, Philosophus omnium Stoicorum acutissimus, (a) quemq; Tertullianus aliiq; Christianæ Ecclesiæ Doctores suum appellare non dubitarunt: PLINIUS, de quo Poëta cecinit:

Plinius & Titan illustrant omnia: Lucem
Iste dedit terris, artibus ille dedit; (b)

CICERO, cui similem, post homines natos perspicacissimus mundi oculus Sol non videt, non apud posteros visurus est. (c) Omnes verò atque singulos Philosophiæ ac optimarum artium Antistites, immortali quondam inter Romanos gloriâ illustres, enumerare,

(y) *Vid. Colloquium ejus cum Typhone judæo.* (z) *De iis consule Gerhardi Patrologiam, Riveti criticum sacrum, Coci censuram scriptorum Eccles. &c.* (a) *Lact. l. II. c. 9. p.* 147. (b) *Phil. Caroli Animadv. in Agell. l. X. c.* 12. *p.* 414. (c) *Dilherri App. Phil. p.* 264.

alterius indaginis esse putamus. Nos enim hîc Procœmium, non annales, scribimus. Quare è diverticulo in viam. Peripateticam hodieq; Philosophiam in Scholis nostris publicè proponi scimus, adeoq; de ejus fato, & quô ad nos pervenerit modô, parum adhuc hîc dicendum restat. Theophrastum Præceptori suo Aristoteli in Lyceo successisse, suprà innuimus. Illum ex ordine sequutus STRABO Lampsacenus, qui à diligenti naturæ scrutatione, Physici nomen meruit. Post eum defecit genuina philosophandi ratio: Bibliotheca quippe Aristotelis Scepsin translata, in manus imperitorum hominum incidebat, & inclusa ac negligenter habita tenebatur. Post etiam metu, ne ab Attalicis regibus, quibus illa urbs parebat, ad instruendam Pergami Bibliothecam auferretur, sub terra in fossa occultabatur, ibiq; à blattis & humore corrumpebatur. Quum itaq; libri isti aliquandiu cum tineis & situ luctati essent, in lucem denuò emersêre, operâ & studio Apellicontis Teji, qui corrosionibus manum medicam admoturus morbum ipsâ curatione incendit, nec lacunas rectè implevit, & libros Aristotelicos plurimis scatentes mendis edidit. (*d*) Defunctô Apelliconte, Sulla, postquam Athenas in potestatem redegit, Bibliothecam istam transtulit Romã, ubi Andronicus Rhod. ea, quæ circũferũtur,

(d) *Excell. Durrius de Natura, orig. & progr. Philos. Arist.* §. 30. 31.

volumina luci exposuit. (*e*) Ab illo tempore Interpretes varii laborârunt, ut scripta hujus Philosophi aurea à quisquiliis purgarent & majorem iis indies splendorem compararent. Tandem ad GALENUM, eruditionis latifundium, Oceanum disciplinarum omnium ingenuarum artium commune quasi receptaculum, (*f*) deventum est; ut hanc ille Philosophiam suis quoque ingenii radiis illustraret. Totam medendi artem, inquit de eo Vir meritis in Rempublicam literariam Maximus, Conringius, (*g*) superstruxit fundamento Aristotelicæ doctrinæ, nec nisi in paucis ab Aristotele dissentit. Rectè certè rem putantes, non possumus non pronunciare, φιλοσοφήματα ipsius propiora Aristotelis quàm Platonis esse sententiis: tametsi haud ignoremus, posse id παράδοξον videri. Verùm, ut iterum supprimerentur severioris Philosophię studia in Græcia atque Italia, barbaries effecit Muhammedana donec seculô decimô caput efferre licuit, Arabum quorundã industriâ, Averrois maximè & Avicennæ. (*h*) Horum postea lucubrationes, sub dexterrimis Friderici II. Imp. auspiciis, simul cum Aristotele, ex Asia in Europam translatæ,

(e) *Strabo lib.* XIII. *Geograph. & Plutarchus in Sulla.* (f) *Heinsii Orat. p.* 98. (g) *Introduct. in Natur. Philos. c.* 11. §. 17. (h) *Hornii Hist. Philos. lib. V. p.* 292.

tæ, & ex Arabica in Latinam linguam conversæ, hodieq; eruditorum manibus teruntur. Qui hasce autem scientias, seculo XII. & sequentibus excolendas sibi & perpoliendas sumsere, Scholastici dicti sunt. Hi ex quadam LOQUENTIUM SECTA nuncupata prodierunt, sicuti post alios luculenter evincit Hottingerus (*i*) sectam, ajens, Loquentium inter Muhammedanos exorta, Theologiæ Scholasticæ & phrasin & ipsam disputandi methodum suppeditavit. Dicuntur hi Philosophi Ebræo nomine מרכוים ex Arabica ortum trahentes. Sapientiæ illorum columna & fundamentum est: Quicquid cum imaginatione & opinione convenit, illud est possibile, & contra: A sensibus non posse sumi judicium defendunt: Nullum dari in natura infinitũ propugnant: Atomos & Vacuum asserunt, aliaque statuunt, ceu ex peculiari Diatriba sumè Reverendi Theologi, Schertzeri, (*k*) pluribus videre est. Nos relictâ Loquentium sectâ, ejus progeniem, SCHOLASTICOS rectô pede aggredimur. Primi inter eos fuêre Sententionarii, acutissimi habiti, quæstionum,

)()()(distin-

(i) *Hist. Eccles. part. 1. c. 8. p. 454. & Histor. Orient. l. II. c. 6. Prolixè quoq; de hacce egi t secta Ed. Pocockius in Specim. Arabico.* (k) *Disp. de secta Loquentium apud Arabes ad cap. LXXI. seqq. Part. 1. R. Mosis Maimonid.*

distinctionum, problematum in utramqu partem, Academicorum more, disputatore & auctores. Horum Pater, fons & Jovi statua PETRUS fuit LOMBARDUS, Episco pus Parisiensis, qui circa A. C. CIↃ CLX Theologiâ argutis & otiosis quæstionibu obscuratâ, aut per Philosophiam seculare curiositate inutili fædatâ, vim scripturæ e lisit & labefactavit, atque à Christo, à fide, cultu Dei vero, ad tricas inutiles Ecclesian abduxit, sermonemque purum & propriun horrendâ barbarie deformavit. (l) Quatuo libros ex collectis hinc inde Patrum Latino rum, præprimis S. Augustini Sententiis, con fecit, & tantâ quidem cum gloriâ, ut tot Schola Theologorum suum illum Magistrũ agnoscat. (m) Hinc & Sententiarum Magi ster dici solet. Imo Gesnerus in Bibliothe ca refert, (n) suo tempore CCC. extitiss Auctores, qui in Lombardum Commenta rios scripserunt. Hunc secuti ANSHEL MUS, collector glossæ Interlinearis; HU GO DE S. VICTORE: GRATIA NUS, cujus Rapsodia Decretorum in fre quenti usu est, & approbationem meruit pontificalem, atq; inter libros juris Canoni

C

(l) *Micrælii Synt. Hist. Eccles. lib. III. p.* 4. (m) *Trithemius lib. de viris Illustr.* (n) *conf. Carpzovii Isagog. in libb. nostros. Symbol. p.* 388. (o) *De Gratiani Decretis lege Hotting. Hist. Eccl. Part. III. secul* XII.

ci habetur optimus (*o*) PETRUS COMESTOR, à Comedēdó sic nominatus, quod ea dicta Biblica ita memoriter recitaret, quasi in ventrē memoriæ esu condidisset, (*p*) Lombardi frater, Historiæ Scholasticæ conditor: ALEXANDER AB ALES, Doctor irrefragabilis & universalis. Hi omnes in multis, ob dissentientes scribentium opiniones, more scepticorum, nihil definivere certi, sed opinando libertatem permisere. (*q*) Non minùs postea Quodlibetarii, novô & barbarô nomine, nova ac horrenda monstra pepererūt. Alterutram quæstionis partem adversario liberè reliquerūt vel oppugnādā, vel propugnādā sine decisiōe sæpissimè disputarūt nudâ δόξῃ. Huic se gregi associarūt GUALTHERUS, Episcop Pictaviēsis, Minorita, HENRICUS DE GANDAVO, alii. Isti de eruditione sua plurimùm confisi, in disputando rixosi & clamosi, ostentare se magis quàm veritatis inquirendæ ergò, exercere voluerunt. Ex quibus nostro nati sunt seculo Jesuitæ, loquacissimæ ranæ, qui emortuas horum Scholasticorrum nugas in orbem Christianum ex orco reducūt, & alia eorundem σκύβαλα, novo saltem cothurno involuta imperitis pro indico pipere vendunt, quibus nunquā desunt Definitiones, Conclusiones, Corollaria, Propositiones & sexcenta alia.

(p) *Micræl. Hist. Eccles. lib. III. p. 22.* (q) *Binderus in Theol. Scholast. cap. 1. p. 19.*

(r) Præter Sententionarios & Quodlibetarios, duo alia Philosophorum genera esse cœperunt. Unum vetus, locuples in rebus procreandis, quod scientiam rerum sibi vendicat, quamobrem Reales vocantur: Alterum verò novum, quod eam distrahit, avari rerum, nominum atque verborum prodigi adsertores, Nominales ideò nuncupati. Priores iterum hîc quoddam inter se faciunt divortium. Alii quippe sunt Albertistæ, quorum Dux & Coriphæus ALBERTUS, Suevus, Episcopus Ratisbonensis, ob admirandam eruditionem MAGNUS & DIVUS dictus. Alii Thomistæ, à THOMA AQUINATE, sive Comite de Aquino, Italo, quem Angelicum & literarum Oceanum salutârunt; nomen sortiti. Hic Pontificalem dignitatem mirificè propugnavit. (s) Alii porrò Summulistæ, à PETRO HISPANO Cardinali, qui summulas, ceu vocat, Dialecticas conscripsit. Alii deniq; Scotistæ dicuntur, eorumque signifer extitit JOH. DUNS aliàs SCOTU, σκοτεινὸς quasi tenebricosus, ob inexplicabilem & obscuram in scrutando subtilitatem appellatus: Doctorem hunc subtilem, apoplecticum, pro mortuo extulerũt, adeoq; vivus fuit sepultus. (t)

Ab

(r) *Idem l.c.p.21.22.* (s) *Sleidanus de Statu Relig. lib. 1.p.4. & 5.conf. omninò D. Dorschæi Thomas Aquinas, Veritatis Evang. Confessor.* (t) *Micralii Hist. Eccles. Synt. lib. III. p.34.*

Ab hoc Scoto sicut Reales; ita à WILHELMO OCCA, Anglo defluxerunt Nominales. Illi nullam prorsus esse rem communem & universalem, de qua scientia esse posset, agnoverunt. Etenim, quas scientias de medio tollere absurdum judicarunt, eas de solis nominibus habere statuerunt. Indeque Nominales, quod tantum Nominibus tribuissent nuncupati. (u) Illis addunt præterea Conceptuales, qui non docueruut, ut Nominales, universalia esse merè nomina, sed meros conceptus, qui extra cogitationem hominis nihil sunt. (x) Huc referunt JOH. GERONEM, ordinis Cælestinorum, Cãcellarium Academiæ Parisiensis, Doctorem Christianissimum, titulo Galliæ Regibus usitatô dictum, Præsidem Concilii Constantiensis Virũ reliquis suæ ætatis pietate, prudentiâ & eruditione majorem, Papę & Pręlatorum potestatis nimiæ osorem, atque Ecclesiæ reformandæ cupidissimum. (y) Ob id à Martino IV. Pont. Rom. dignitatibus exutus, Lugduni tandem consenuit. (z) Referunt & *Gabrielem Biel*, Acad. Tubingensis Rectorem cæterosque, quos jam non attingimus. Quid enim *Holcot*, *Bricot*, *Mammatre-*

(u) *Collegium Conimbric. quæst. 1. in præf. Porph. pr. art. 2.* (x) *Ex Alstedio allegat Dn. Dürrius de Philos. ortu* §. 47. (y) *Gerh. Mejeri Biblioth. Theol. contr. lib. 1. c. 15. p. 159.* (z) *Micrælii Synt. hist. Eccl. p. 54.*

trecti, Maffreti, &c. mirabilia edepol nomina, de quibus interdum dubites, an Scythicè vel Latinè loquantur, quiq; Aristotelis problemata divino Verbo æquârunt producere juvat? Ex hoc ergò Sterquilinio nihil boni proferri possibile videtur: Per hanc insanam philosophandi prurigenem, Evangelium obscuratum, Fides extincta, nec quicquam penè salvum Ecclesiæ remansit. Præ Salvatore mundi Ethnicus, seu pro Christo Aristoteles regnavit: hic caput & vertex erat; Christus verò ipse vix crurum aut etiam pedum munere fūctus fuit. (*a*) Adeò in re etiā seriâ quàm maximè ludit hoc hominum genus, ut planè extra rationis lyram feratur, ac factionibus suis rem cœlestem subservire cogat. Inde Scaliger Scholasticos appellat protervos, audaces, factiosos, garrulos. Bullingerus (*b*) Theologiam hanc rixatricem, dubiam, loquutulejam, vanam, indoctam, ac multarum sectarum matrem fæcundissimam vocare haud dubitavit. Et Corn. Jansenius, Yprensis in Flandria Episcopus, Scholasticam damnavit Theologiam, quod in eâdem Epicurea, Platonica & Pelagiana dogmata proponuntur. (*c*) Quid? quod Puritani in Anglia occidi maluerint, quàm legere Scholasticos. De iis proinde plu-

(a) *Teste Longolio Orat. ad Lutheran. apud Binderum l. c. p. 16.* (b) *De Scriptura lib. II. p. 153. Vid. Hottingeri* Wegweiser *part. 1. c. 4. p. 60.*

plurimæ reperiuntur doctorum Virorum querelæ, justęque indignatiões, quibus hasce implere chartas non decet. Adeat, cui lubet, ea de re Maximos Theologos Gerhardum (*d*) Meisnerum (*e*) Himelium. (*f*) Nobis in mentem hîc venit, quod Chamier, in epistolis Jesuiticis ad Cottonum scribit, se fecisse, non aliter, quàm si quis aliquando palatium visitans, post aularum, cubiculorum, cænaculorum magnificentiam, etiam latrinas non dedignetur aspicere, sed parcè, ob fœtorem. (*g*) Hasce impuritates atque nænias impudentissimè continuarunt Scholastici, ad tempora usque Megalandri nostri Lutheri. Ille, divino impulsu excitatus, Papatum spissis Scholasticorum erroribus ingeniique humani portentis involutum, alter quasi Hercules, generosô planè animo reformare atque purgare aggressus est. Negari enim neutiquam potest, quod pro religione tum impietas, pro solicitudine negligentia, pro veritate mendacium, pro doctrina inscitia præcipuum in Cœnobiis locum habuerit. Hoc liquidissimè & ἀναντιῤῥήτως Nostrates jã dudũ probarũt Theolog. pręsertim

 cùm

(c) *D. Strauchius in Sleid. Contin. p.* 312. (d) *Loc. Th. XXV. De Ecclesia* §. 228. *Confess. Cathol. l.* 1. *part.* 2. *c.* 15. (e) *Dissert. de antiqua vitiosa Theologicè disputandi ratione, in Schola Acad. p.* 461. (f) *de jure Canon. & Schol. Sect. III. p.* 669. (g) *Hornbeck in summa Controv. Relig. p.* 42.

cùm primum Ecclesiæ Lutheranæ jubileum ingenti nullo non locorum applausu celebrarent. Nunc animus quidem nobis esset, recentiores quasque Philosophorum sectas pariter perlustrare, eosque commemorare, qui, superiori & nostro adhuc ævo, à communi ac recepta Peripateticorum sententia recesserunt. Verùm enim verò Diatribæ hujus terminos jam multi transgressi sumus, ut eam hîc obsignare possimus. Quamobrem paucis, & extremis solùm lineolis, quod restat, expediendum erit. Notum utiq; est hodie etiam tironibus nostris, sectam quandam inter Philosophos Ramisticam vocari. Hujus apex & auctor PETRUS RAMUS, Regius olim in Academia Parisiensi Professor, qui, quum relictâ Eloquentiæ Professione, in qua regnabat: se ad Philosophandum paulò serius; absq; illo Magistrorum ductu, proprio confisus ingenio, contulisset, haud levem sibi arrogantiæ notam apud eruditos conflavit. Erroneam enim, Thuani (*h*) verba sunt, in Philosophicis doctrinam invexit, & Aristotelem voce ac scriptis importunè oppugnans. Quâ de re magnæ ipsi cum Jaco-

(h) *Lib. LII. Histor. sui temporis p.* 1078. *Conf. P. Rami prælection. in Cicer. Orat. octo consulares, unà cum ipsius vita, per Jo. Thomam Freigium collecta, & edita ao.* 1580. *Basileæ in* 4.

Jacobo Carpentario Claromontano controversiæ fuére,& antea majores cum Antonio Goveano & Joachimo Perionio. Laude tamen dignus quod ingenio, diligentiâ, assiduitate & opibus etiam suis, rem literariam juvit & promovit, institutâ Mathematices professione, cui annuũ vectigal 10 librarũ è facultatibus suis attribuit. (i) Scelestâ autem periit Sicariorum manu, in execrabili Parisiensium laniena, ubi inflictis aliquot vulneribus per fenestras in aream præcipitatus fuit. Ejus viscera pueri furentes, improborum impulsu per vias sparserunt, & cadaver ipsum senticis diverberantes contumeliosè non minùs quàm crudeliter raptaverũt. Factum hoc est, die Bartholomæo in fastis sacro (k) juxta illud:

BarthoLomæVs fLet, qVIa GaLLICVs oCCVbat atLas. Cæterùm Philosophiæ Ramisticæ vitia duo agnovit ipsemet Keckermannus,(l) Mutationem nempe & Confusionem. Id quod insuper Scherbium, (m) Philosophum in Academia Altdorphina celeberrimum, commovit, ut hancce sectam scabiem seu vertiginem, seu phrenitidem nuncupaverit. De REUMUNDO LULLO,

)()()(5 (n)

(i) *Zeileri itinerarium Galliæ* (k) *Wolfg. Krügeri Historologia mille vir illustr. p.*215. (l) *In Præcogn. Philos. lib. II. p.*163. (m) *Dissert. adv. Ram. c.* 1.

(*n*) qui omnium disciplinarum Philosophicarum principia & generales terminos non solùm conquisivit, & ex iis unam constituit disciplinam; sed & per literarum, sive Alphabeti Latini aut Græci miras concamerationes & revolutiones, artium præcepta formavit, non est ut pluribus agamus. Neque PHILIPPUM THEOPHRASTUM, Bombast Hohenheimensem, Suevorum ev panegyris Nobilium Arpinatem, Confœderatorum Eremi Eremitam, Philosophum paradoxum, Mysteriarcham, artium Magistrum, Medicinarum Professorem, Musarum Mechanicarum Trismegistum Germanum, (tantis semet onerat sesquipedalibus) huc convocabimus, In cujus Sagaci Philosophia gravissimi etiam Theologi nostrates (*o*) non pauca inveniunt, quę ingenti utique pietatis Zelo reprehendunt. Nobilem verò CARTESIUM, qui hodieq; suos ubivis habet cultores & asseclas, Philosophorum, ipsius Maresii (*p*) judicio, hoc ævo Coriphæum, omni laude dignum, propter acumen & solertiam & heroicos conatus in promovendo philosophico studio, nos in his ipsis, quas nunc damus, Decadibus exhibemus. Ideò nihil opus videtur, ejusdem φιλοσοφήματα hîc deuuò exami-

(n) *Keckerm. l. c. p. 172. & in Pracogn. Logic. p. 68. confer etiam quæ de Lullo recenset Micralius in Hist. Eccl. lib III. p. 35.* (o) *Inter quos eminet. D. Nic. Gunnius in consider. Theolog. Paracels. & Weigel.* (p) *Theol. Elencht. nova Synops. Tom. II. controv. 21.*

minare. Plures ejuſcemodi literarũ Heroës & Philoſophos principes, SCALIGEROS, PICCARTOS, GASSENDOS, GROTIOS, HEINSIOS, STAHLIOS, & quos nõ ſeculi hujus alios? in præſenti opuſculo redivivos ſiſtimus. Ut nihil planè dicamus, de Linguarum peritiſſimis, DRUSIIS, BUXTORFIIS ERPENIIS; Mathematicis accuratiſſimis, BRAHÆIS, EICHSTADIIS, Oratoribus Diſertiſſimis, VOSSIIS, SALMASIIS, BOXHORNIIS, BUCHNERIS, Hiſtoricis verſatiſſimis, CAMDENIS, MEURSIIS, EMMIIS, BERNEGGERIS, BOECLERIS; Poëtis ingenioſiſſimis, TAUBMANNIS, OPITIIS, DACHIIS, TSCHERNINGIIS; Politicis perſpicaciſſimis FREINSHEMIIS, FORSTNERIS; ac πολυμαθείᾳ deniq; Illuſtribus WOWERIS, GRUTERIS, PEIRESCIIS, PUTEANIS BARTHIIS, REINESIIS. Hoſce & plures ſanè alios quorum nomina etiam poſt fata ſummè veneramur, quorum in rem literariam merita longè præclara ac immortalia agnoſcimus, ab interitu & hominum oblivione, iſthac noſtra qualicunque induſtria, vindicare conati ſumus. Indignum omninò, tam ſegnẽ hîc eſſe ſeculi noſtri operam in virorum illuſtrium nominibus ad poſteritatẽ mittendis, quorum tamen non parca ſeges tota in Europa fuit. Ego certè (ita vir quidam in Holſatia ἀκριβέστατος & percelebris, in ſuis ad me literis, ſcribit) in iſta Vitarum

recen-

recensione nescio quid mihi reperire videor, quod plus doceat, quàm ipsa Philosophiæ præcepta. Nam ex ipso illo rerum apparatu, eventibus, consiliis, fortuno nescio quis τύπος se prodit, unde formari velut ad speculum animi & mores nostri possunt, sive in literis, sive in Reip. negotiis consumpserint, quorum vitæ exhibentur. Quid non ingenii, sunt prælaudati Viri verba, eruditionis, variarum observationum est in Peirescii vita à Gassendo scripta? Quæ non vafritiei civilis exempla in vita Cæsaris Borgiæ exhibentur à Thoma Thomasio Italicâ linguâ scriptâ? Quæ sapientiæ prudentiæque specimina habet vita Pauli Sarpii à Fulgentio enarratâ? Qualia si in omni gente, de viris illustribus omnibus memoriæ prodita haberemus, minùs laboraret Historia literaria. Inest omni penè nationi illa socordia, quâ præterita & peregrina plus æstimant, quàm præsentia & domestica. Quibusdam & invidia obstat, ut famam, quam meruêre, non reportent: Cum tamen ad gloriam omnium populorum pertineret, ut Virorum inter se eximiorum exstaret aliquod ad posteros monumentum. Fatemur equidem, non omnia à nobis collecta Clarorum seculi hujus Virorum elogia tam decenter esse concinnata, ut in illorum fide, semper acquiescere possi-

possimus. Sæpe enim ab hominibus ad hasce studiorum partes subeundas ineptis & tumultuario subinde calamo fuerunt expressa. Pleraq; tamen, ceu videmus, à magnis undiq; Viris & Tullianæ facundiæ nepotibus, adeo graviter nitideque elaborata sunt, ut nihil quicquam in iis vel Cato severus jure desideraret. Ex hisce omnibus, quas hactenus publicæ eruditorum censuræ submisimus, Diatribis, modò vitam Deus mihi atq; otium benignè suppeditaverit, Memorabilia excerpere, & enucleatum aliquod de ævi nostri Celebrioribus viris opus construere animus mihi est. Quin & homines obscurô locô positos, atq; Mechanicos nō nullos, si eorum insignia sint in rem literariam & societatem civilem è præclaris inventis merita, in huncce referre censum curabimus. Sed hôc jam stet littore puppis; Nam calamo nimiùm hîc indulsimus, ac longiores paululum opinione fuimus. Id quod tamen ingenuo Lectori haud ingratum confidimus, cujus favori nos nostraque omnia sedulò commodamus.

SERIES

Series Philoſophorum, Oratorum &c.

PRIMÆ DECADIS.

Obiit anno

1601. Martinus Braſchius, Logices Prof. Roſtoch.

1601. Tycho Brahe, Eques & Mathematicus Danus.

1602. Johannes Paſſeratius, Eloquentiæ Prof. Pariſienſ.

1608. Laurentius Rhodomannus Hiſtor. Prof. Witteberg.

1639. Joſephns Juſtus Scaliger!

1611. Joh. Papirius Maſſonus Hiſtoriogr. & Advoc. Pariſienſis.

1612. Johannes Neidelius, Logic. Prof. Lipſienſis.

1612. Elias Reuſnerus, Hiſtor. Prof. Jenenſis.

1612. Johannes VVowerus, Polyhiſtor & Conſiliarius Holſaticus.

1613. Fridericus Taubmannus Humanit. Prof. Witteberg.

PRO.



PROGRAMMA
In Funere
CLARISSIMI VIRI
M. MARTINI BRASCHII,
Logices in Academia Rostochiensi Professoris Publici & Ordinarii, Poëtæ, Oratoris & Philosophi summi, Propositum
à
RECTORE
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
BARTHOLOMÆO CLINGIO,
J. U. D. & Professore.

QUod de vicissitudine rerum humanarum gravissimè concionatur Herodotus Clejo: Ὡς κύκλος τῶν ἀνθρωπηΐων ἐστὶ πρηγμάτων. Περιφερόμενος δὲ οὐκ ἐᾷ τοὺς αὐτοὺς εὐτυχέειν. Circulo quasi volvitur rerum humanarum status; qui circumlatus non permittit eosdem semper felices esse: Illud, proh dolor, Academia hæc nostra magno suo damno ac detrimento quotidiè experitur. Quippe cujus circulus jam circumlatus, eandem extremâ jam fortunâ stantem, & immensis ruinis paullò pòst concutiendam de diu occupatâ felicitate deturbaturus videtur.

Nimirum quæ intra tres anni quadrantes quatuor insignes & famigerabiles viros in cœlestem meliorem Academiam ablegavit, qui vel soli in hâc vita Academiam aliquam divinis & humanis artibus abundè instructam, omniumque artium & disciplinarum genere magná cum laude exornatam absolvere & præstare haud dubiè potuissent; DAVIDEM CHITRÆUM, Theologum, Philosophum, Oratorem, Histori-

 cum,



cum, in omnibus artibus & tribus linguis ad tantum fastigium evectum, ut vel toti orbi innotuerit; & cujus laudes majores sunt, quàm ut earum vel primæ lineæ hâc exiguâ paginâ duci queant. HENRICUM CAMERARIUM Jurisconsultum, Collegam nostrum carissimum, tot Principum, urbium, nobilium, civium, viduarum, clientum Consiliarium, patronumque incomparabilem, magno hujus Academiæ fato, cum omnium bonorum gemitu denatum. MARCUM LUSCHOVIUM & ipsum Jurisconsultum Clarissimum, Collegii JCtorum in Academiâ hâc Seniorem, de hâc universitate & omnibus bonis plurimis annis præclarissimè meritum.

Et quò evidentiùs hujus Academiæ ruina & clades innotescat, non solùm seniores hos ætate emeritos, studiis ac laboribus, curis & ærumnis exhaustos & fractos, verùm etiam viros juvenes virium robore integros, corpore validos, vegetos & valentes. Cujus rei nuper admodum documentum nobis oblatum M. HENRICUS POSSELIUS IOHANNIS Filius, juvenis doctissimus, & jam M. MARTINUS BRASCHIUS, Logices in hâc Academiâ Professor, POETA, ORATOR, PHILOSOPHUS, citra controversiam, summus, etiam invidorum & malevolorum judicio, qui præclara majorum suorum virtutis atque eruditionis vestigia non solùm feliciter ingressus est, sed multis in partibus etiam superavit. Natus autem est Grubenhagii hujus ducatus oppido, ante annos triginta sex, patre reverendo & doctissimo viro, M. MARTINO BRASCHIO, Et SOPHIA sorore Reverendi & clarissimi viri, D. JOHANNIS FREDERI Ducatus hujus Superintendentis dignissimi collegæ atque compatris nostri colendi. Avus ejus maternus JOHANNES FREDERUS Superintendens quondam Ecclesiæ Wismariensis vigilantissimus, qui quàm præclarè de Ecclesiâ Dei, & omnibus bonis meritus sit, Ecclesia Dei militans & triumphans, terra & cœlum testantur, & de quo profectò satius est nihil quàm parum dicere. Pater ejus, quem dixi, M. MARTINUS BRASCHIUS non in sacris solùm, verùm in artibus etiam & literis humanioribus plenè imbutus fuit, adeò ut in Academiam etiam Gryphisvvaldensem ultrò duobus professoribus delegatis ad professionem Theologicam vocatus sit, & quam procul dubio adeptus fuisset, nisi quorundam odium atque livor obstitisset. Non jam attinet pluria dicere de Collegæ nostri defuncti natura optimâ & ad omnia optima accommodatâ, ingenio præclaro & admiran-

do, judicii dexteritate, memoriâ firmâ & solidâ, Elegantia & suavitate in fundendo carmine pleno atque numeroso, de eloquentiâ atque facundiâ promptâ, vehementi verborum & sententiarum ubertate plenâ & exundanti. Quæ profectò non solùm nos in hâc Academiâ vel ex editis immortalitate dignis ingenii monumentis & carminibus doctissimis, vel suavissimis Orationibus quas ultra viginti duas numero ab ipso summo cum auditorum adplausu habitas ipsi ex parte legimus & audivimus: verùm etiam plurimi in vicinis Germaniæ & Belgii variis Academiis viri doctissimi & nostro sæculo doctorum principes suspiciunt & demirantur, SCALIGER, MELISSUS, POSTHIUS, MONAVIUS, UTENHOVIUS, GRUTERUS, MEIBOMIUS, TAUBMANNUS, & alii sexcenti. Quos ferè omnes defunctus collega noster à memorabili itinere totâ fermè Germaniâ peragratâ, omnibusque illustrioribus Academiis perlustratis ante quinquennium salutavit, & familiaribus eruditissimisque colloquiis sibi reddidit amicissimos, atque intimos, illamque familiaritatem interea temporis doctissimis literis & suavissimis carminibus datis atque receptis auxit, & confirmavit, summa interea cum laude laureâ magnorum Poëtarum insigni exornatus. Quo nomine etiam MELCHIORI à RHEDERN Augustiss. Imperatoris Romani consiliario Bellico viro fortissimo, cujus fortitudinem in defendendo Wadino immortalitate dignô carmine divinitus descripsit: Illustri & generoso Dn. TYCHONI BRAHE, & aliis in Aullâ Imperatoris innotuit, Illustribus quibusdam operibus absolvendis mox adhibendus, nisi morte præventus fuisset. Nimirum egregia & præclara illa plurima, quæ exiguo illo tempore, quo in hac Academiâ insigni illo suo munere functus ac defunctus est, præstitit, documento sunt qualia præstiturus fuisset, si longior vita Dei clementiâ ipsi indulta fuisset. Sed placeat homini quicquid Deo placuit, & talibus exemplis senes juvenes discamus MEMINISSE MORI, & illud quod non sacræ solùm, verùm profanæ etiam literæ inculcant, quæ Philosophiam nihil aliud esse quàm mortis meditationem prudentissimè dixerunt.

Quò autem hujus Academiæ tot jam in partibus concussæ & labefactatæ facies miserabilior, & ruina ac clades præsentior est, quæ novâ veterem, & hodiernâ hesternam accumulat, eò nos ardentioribus ad DEUM precibus hisce ruinis decli-

nandis aut avertendis instructos esse oportet, & vita ac moribus integerrimis, modestiâ ac sobrietate, accuratis optimarum artium & divinarum humanarumque literarum studiis ingruenti desolationi, impietati, & barbariei resistere, eamque pro virili Dei virtute averruncare, & illi, qui cunctis morientibus solus vivit, cunctis transeuntibus solus manet, qui fuit, est, & erit, nostra studia, nostram vitam & mortem commendare, qui solus vitæ atque mortis dominus est. Fiet autem defunctæ beatæ animulæ exuviis funus hodiernâ die hora prima, ad cujus deductionem, Cl. Dominos Professores, Doctores, Magistros, studiosos & omnes adeò nostræ Academiæ subjectos seriò ac sedulò invito & exhortor. P. P. sub sigillo Academiæ, 4. Kal. Maji, Anni 1601.

SCRIPTA.

Carmina in itinere Germanico & ex eo nuper nata: ***Lipsiæ*** 1595. in 8.

Classicum ad Germanos contra Turcas: ***Francof. ad Mœn.*** 1597. in 4.

De Vita & Morte Theodorici Moltzanii Oratio: ***Rostoch.*** 1600. in 4.

Varadini Oppugnatio: ***ibid.*** 1600. in 4.

De Vita & Morte Sigismundi Augusti, Ducis Megalopon. ***ibid*** 1600. in 4.

Oratio in memoriam Henrici Camerarii habita: ***ibid.*** 1601. in 4.



SYNO



SYNOPSIS VITÆ
Nobilissimi & incomparabilis Viri,
TYCHONIS BRAHE
Equitis Dani,
Astronomorum Coryphæi,
E Petri Gassendi tractatu aliisque documentis collecta,
à
PETRO JOH. RESENIO.



Anorum celeberrima gloria Gentis, toto penè cognitus orbe, TYCHO BRAHE, Danus, *Ottonis Brahe*, & *Beatæ Bille*, filius, quinq; filiorum primogenitus, Dominus hæreditarius de Kundstrup in Scania non procul Helsingburgo sito, Eques auratus Danus, Arcis Uranibug in insula Hvenna Fundator & Præfectus, instrumentorumq; Astronomicorum in eadem dispositorum inventor & structor, Astronomus Princeps, natus est Knudstrupii, anno Chr. 1546. die Decembr. 13. hora 22. min. 47. Habuit fratrem *Stenonem Brahe*, Maj. Reg. Consiliarium & in Arce Calundburgica Præsidem, cujus filia, nomine *Brigitta*, perillustri *Friderico Reetz* nupta, edidit modernum Regis Daniæ FRIDERICI III. Cancellarium Illustrissimum, *Petrum Reetz*, natu maximum. Ejus Soror, *Sophia Brahe*, Matheseos Astronomiæ perita, peperit anno 1580. die 27. Maj. filium *Tagonem Tot*, qui inclytus Regni Daniæ Senator obiit 1658. Hujus quoq; cognatus & Affinis fuit gloriæ immortalis Heros, & inter mortalium Sapientiores à multis seculis facilè Princeps, Regnique Daniæ Senator gravissimus, *Oligerus Rosenkrantzius*, ante annos 25. Hafniæ Demortuus. Hic noster *Brahe* à Patruo *Georgio Brahe*, parentibus insciis, in infantia abreptus, circa annum ætatis septimum, scholæ Latinæ adhibitus, postea in *Academia Hafniensi* operam impendit Rhetoricæ & Philosophiæ. Juxta decimum & quartum annum *Lipsiam* studiosorum continuandorum gratiâ missus, ibi per triennium, moratus est, sustentante

tante eum prænominato Patruo; ubi invito & reluctante Pædagogo, qui parentum voluntatem prætendens, eum jurisprudentiæ operam dare maluit, ex libris clam coëmptis Astronomiam secretò, Præceptore ***Ioh. Hamelio*** & ***Bartholomæo Sculteto*** 1563. & 1564. excoluit. Inde in Patriam revocatus, occasione mortis ***Georgii*** Patrui rursus in Germaniam 1656. abiit. Primùm ***VVittebergam***, mox interveniente peste, ***Rostochium***; ubi is casus illi contigit, quo totam anteriorem nasi partem per Manderupium Pasbergium amisit, Circa annum verò 1569. & sequentem, superato Danubio, ***Augusta Vindelicorum*** versans in horto consulis ***Pauli Hainzelii***, in Pago ***Gegingа***, dimidio milliaris ab urbe, in Noto Lybicum distante, quadrante maximo & sextante ligneo à Tychone istic excogitatis, sidera observavit, & peculiari libro denotata consignavit, aliaq; organa Astronomica confici curavit, quæ per totam Germaniam aliquamq; Italiæ partem secum adsportavit. Alia inter loca etiam ***Lauginga*** transiit in ipsis ***Suevia*** finibus, ubi ***Cyprianum Leovitium*** Astrologum cognovit: ***Augusta*** verò ***Vindelicorum Rami***, anno 1570, usus est. Demum in Patriam A. Chr. 1571. reversus (in quo itinere ***Ingolstadii Philippum Appianum*** vidit) ***Haffniamq;*** appulsus, partim in Scania ***Herritzvadii***, quod olim Monachorum Cænobium fuerat, ipsumq; non longè Knudstorpio, apud Avunculum ***Stenonem Bilde*** observatorium ut & laboratorium apparavit, Astronomiam & Pyronomica excolens, novumq; Phænomenon An. 1572. in asterisco Cassiopejæ observans; partim in ***Selandia*** Haffniæ vixit, hospitio exceptus à Doctore ***Ioh. Pratensi*** Profess. Publ, multumq; æstimatus à ***Carolo Danzao*** Regis Galliæ Legato, ut & ***Petro Oxenio***, magno aulæ in Regno Daniæ Magistro. Anno verò 1573. cogitavit iter in ***Germaniam*** ac porrò in ***Italiam*** instituere; cæterùm partim febri aliisq; incommodis laborans, partim uxorem plebejam ex pago ipso Knudsdorpio, nomine ***Christinam***, ducens (è qua nata est ipsi An. 1574. filia, cui fuit ***Magdalena*** nomen) An. 1574. totam Hyemem ***Haffnia*** transegit, quâ jussu Regis ***Friderici II***, Planetarum theoriam in Academia Haffniensi ita explicavit, ut exinde usus tabularum Prutenicarum fieret in promptu, habitâ prius oratione, quam novennio post ejus mortem edidit ***Conradus Aslacus*** Bergensis. Peractis prælectionibus, compositis Domi rebus, relictisq; ibidem uxore & filiâ, ineunte succedentis anni 1575. vere contendit in ***Hassiam***, ut laudatissimum Principem Wilhelmum, Regionis Landgra-

gravium, conveniret. Pervenit ergò *Cassellas* sub Aprilis initium, ubi lætitia summa exceptus, Principis consuetudine familiari totos octo aut decem dies usus est. At interveniente obitu filiolæ Landgravii ab eo discessit, & *Francofurtum ad Mœnum* petiit. Dies aliquot ibi commoratus, contendit in *Helvetiam*, & cùm lustrasset varias in itinere civitates, nulla tamen æquè ac ipsa *Basilea* placuit. Perlustratâ Helvetiâ, tum in *Venetorum* Ditionem excurrit, tu[illegible]ie[illegible]liquot transegit Venetiis. Reperiit subinde Germaniam, [illegible] *Ratisbonam* cogitans, quò erant comitia ad Imperatoris *Rudolphi* Coronationem convocata, *Vindelicorum Augustâ* transiit, ubi & amicos revisit, recreavitq; summoperè. Ratisbonam cùm pervenisset, *Thaddæum Hagecium* Bohenium, Aulæ Imperialis Medicum, aliosq; viros Doctos sibi amicos paravit, Spectator interea cùm fuisset coronationis, quæ in diem Novembris primam incidit, destinavit domum redire ante hyemem. Inter redeundum vidit *Salsfeldiæ Erasmum Reinholdum* juniorem; Vidit etiam *VVitteberga* cùm alios tum potissimùm *VVolfgangum Sculeum*. In Daniam verò circa annum ætatis 28. An. Chr. 1575, redux, tacitè se parabat, ut *Basileæ* Rauracorum, quam antea perlustraverat, sedem habitationis suæ eligeret, ob Academiam celeberrimam, viros doctissimos, aëris salubritatem, victus commoditatem confiniumque Italiæ, Galliæ & Germaniæ. Rex verò Daniæ & Norvegiæ, devotissimæ recordationis, *Fridericus II. Tychoni* hæc animo secreto volventi seq; itineri accingenti sponte sua & clementi voluntate *Insulam Huennam* ad vitam obtulit & concessit, & ut in ea ædificia utque instrumenta pro exercitiis Astronomicis, tum quoque laboribus Pyronomicis fieri curaret, jussit, seq; sumptibus liberaliter iis provisurum clementem addixit, contulitq; ipsi tum necessaria apparandis ædificiis, ac Machinis, tum annuatim duo dalerorum millia ex Telonio; tum etiam *Feudum in Norvvegia*; & *Canonicatum Roschildensem*, seu Præbendam S. Laurentii, cujus annuus reditus mille daleris æstimatus est. Mox *Vraniburgum* An. 1576. extruere cepit, & successivè tam ædificia quàm instrumenta varia Astronomica absolvit, & in hæc omnia ultra tonnam auri (id est centum millia dalerorum) partim ex propriis, partim ex regia munificentia insumpsit, annisq; ter septem, solem, lunam, Cometas septem, astraq; toto cælo fixa & vagantia, accitis in horum ministerium pluribus studiosis, acumine ingenii & visus pollentibus, quos suis sumptibus aluit, tam matutino tempore,

quâ vespertino Uranib. diligenter lustravit, quas observationes (ut nihil de 14. antecedentium annorum animadversionibus dicam) primùm in magnis voluminibus, postea seorsim in singulos libros pro quolibet nimirum anni distribui & ad mundum describi curavit. In Astrologicis quoq; effectus syderum scrutantibus non contemnendam locavit operam; Quin & in Spagyricis præparationibus sive pyronomicis exercitiis no[illegible]am impendit operam. *Vraniburgum* verò & alia, *S[illegible]burgo* excepto, penè absoluta sunt Anno 1580 Circa annum 1587. novam orbium cœlestium ac totius mundi structuram ac dispositionem excogitavit, imò aliam, quàm Ptolemaicam aut Copernicam, quæ in *Gassendo* pag. 76. videri potest. Annus verò fuit 1596. quo odio & invidia, non solùm aulæ Magistri (diuturnum foventis odium ab usq; rixâ ob vulnaratum sequacem Tychonis canem excitata (ut & Regis Cancellarii, aliorumq; Nobilium, verùm etiam Medicorum Haffniensium, factum est, condolentibus multis & infinitis aliis, ut *Tycho* noster, Rege *Christiano IV.* inscio, Feudo Norvagicô, & Præbendâ S. Laurentii, Cancellario Regis postea statim concessâ, sit privatus. Hinc verè insequentis anni Haffniam se contulit, propriisq; sumptibus exædificatam domum, sitam in platea Farfvergaden appellata, quæ hodie est Xenodochium, inhabitavit, relictisq; in Huenna majoribus instrumentis Astronomicis, ut & quibusdam famulis transtulit à Paschatis Festo, die 29. Aprilis, in eam minora leviora; Organa, unà cum tota suppellectile libraria & typographica, ut ibi aliquid observaret; nec non aliquot clibanulos, quò Chymiæ vacaret. Aulæ verò Magister per Prætorem Civitatis, *Castenium Rytter*, vetare jussit, ne se amplius hujusmodi exercitationibus in Turri civitatis publica, antea in hunc usum ipsi à quatuor Regni Tutoribus & Magistratu Haffniensi concessa, dederet, idq; nomine Regis, qui tamen abierat ducturus in uxorem *Annam Catharinam*, *Friderici Brandenburgici* filiam. Perrexit itaq; (subtractis Astronomiæ instaurandæ adminiculis) *Huennâ*, quicquid rerum mobilium fuit, exceptis organis majoribus, quæ coloni curæ commisit, conduxitq; onerariam navem, inq; eam imposuit Uxorem, duos filios, quatuor filias, ancillas, famulos, majoremq; studiosorum partem (Inter quos erat *Franciscus Tegnagellius*, non verò *Christianus Longomontanus*, qui abeundi veniam impetravit,) item Suppellectilem, organa minora, librorumque typis commissorum exempla. Vela igitur fecit, regnante

in

in Dania *Christiano IV*, Rectore Academiæ Doctore *Andreâ Lymvico*, anno scil. 1597. paulo ante Solstitium æstivum, ac iter direxit *Rostochium*, ubi amicum habuit *Henricum Brucæum*, observavitq; sub finem Octobris, Martem inter stellas Geminorum versantem. Verùm jam peste ibi grassante, deflexi eodem anno in *Holsatiam*, ad *Henricum Ranzovium*, Affinem, qui illum ad searcemque suam *VVandersburgum* (sive *VVandesbechium*, non amplius dimidio milliaris distantem *Hamburgo* cujus polum grad. 53. min. 36. attolli Tycho observavit) invitârat, ubi per integrum annum permansit, opusque Tychonis excusum est, cui factus est titulus: Tychonis Brahe Astronomicæ instauratæ Mechanica, & Longomontanus à Tychone per literas, quas Rostochii accepit, rogatus, Wandesburgum advenit, sed brevi tamen exinde domum discessit. Inde intercedentibus Coloniensi Electore, cui Cæsar multum tribuit, *Ioanne Barvicio*, qui à Secretis Cæsari fuit, *Hagecio*, qui apud Cæsarem in gratia erat, & *Rudolpho Corraducio* Procancellario, jubente id Cæsare *Rudolpho II.* perliterâs circa festum Paschatis datas, An. 1598. Wandesburgo in *Bohemiam*, post Festum Michaëlis, tendit, deducens secum filios & studiosos, transferensq; simul apparatum organicum, relictis verò Wandesburgi uxore & filiabus cum parte majore supellectilis. Quod à cœpto itinere, non *Pragam*, Bohemiæ Metropolim, usq; perrexerit, sed *VVitteberga* procedente autumno, usus ædibus & consuetudine *Iessenii* constiterit, causa fuit, quod Pragæ grassari pestem & dysenteriam, Cæsaremq; ea de causa abiisse Pilsenam inaudiverit, & *Corraducius*, S. C. M. Procancellarius, hoc idem per literas ipsi suaserit, hancque esse Cæsaris voluntatem indicaverit. Ibi verò Ecclipsin in Luna totalem, die Januarii ultima, observavit. Cùm pestis Pragensis deſæviisset per hiemem, & Cæsar se in urbem vere appetente recepisset, eò per *Dresdam* (relictâ ibi uxore & liberis Wittebergâ præterlapsâ hieme à loco, Wandesburgo dicto, convocatis) *Tycho* vere procedente, anno 1599. discessit, ubi circa festum Johannis stylo veteri Cæsar *Rudolphus II.* maxima humanitate illum excipiens, illi fecit in annuam pensionem, à die vocationis, tria aureorum millia, oblatis ipsi statim pro introitu duobus millibus aureorum, & addixit illi ejusq; hæredibus primâ occasione insigne feudum, ac domum intra urbem Pragam, deduxitq; eum *Barvicius*, imperii Supremus Secretarius, in *Iacobi Curtii*, S.R.J. Procancellarii, ædes per amplas, & magnificè exstructas in *Retschino* prope ar-

cem sitas,quas 20000. Daleris æstimabant, quæ ejus exerci-tationibus Astronomicis & Chymicis accommodatæ fuere. Heic observata est ab eo solis in Julio anni 1599. Ecclipsis. Præterea eodem anno ex Arcibus Domibusq; extra urbem Pragensem tres splendidissimæ fuerunt, quarum Cæsar Tychoni optionem dedit: Una *Brandisium*, altera *Lyssa*, tertia *Benatica*, singulæ non uno die dieive dimidio ab urbe distantes. Has sub Maji finem, concomitante Capitaneo Præfectoq; Brandisii, invisit, *Benaticamq;* commodiorem sibi visam prætulit, quam Bohemorum Venetias ob amœnitatem est interpretatus, in cujus possessionem, jussu Cæsaris, per dictum Capitaneum, sub diem Augsti 20. est immissus, ibiq; ab eo sumptibus Cæsaris novum observatorium, pro Observationibus Astronomicis, novumq; Laboratorium, pro exercitiis spagyricis, est erectum. Eodem anno 18. Septembris, hortante Cæsare, misit quæsitum non solùm familiam residuam per *Tegnagelium* reducem ac destinatum Generum, verùm etiam majora, quæ in *Huenna* reliquerat, instrumenta per primogenitum Tychonem, cui comitem dedit *Paschasium Mularum* scripsitq; ad *Longomontanum*, ut ipsis vellet se tertium in illo itinere adjungere ac è Dania eodem curru in Bohemiam cum ipsis regredi. Petitioni ejus subscripsit *Tegnagelius*, & inde à Tychone dimissus est An. 1600. die 4. Augusti, st. novo non sine amplissimo viatico & commendatitiis literis tam generalibus, quàm Specialibus non solùm *Barvicii* ad *Henricum Ramel*, Regni Daniæ Senatorem, verùm etiam Cæsaris ad Magistratum Magdeburgensem & Hamburgensem; cujus discessus *Keppleri* cum tota familia & Suppellectile librari accessu est compensatus octobre insequenti, qui reperit eodem anno *Tychonem Praga*, ibiq; ideò substit, quod pertæsus incommodorum Benaticæ, commorari amplius in ea arce non sustineret. Sedem itaq; suam instrumenta totamq; familiam transtulit, assensu Cæsaris, An. 1600. in hortos Cæsaris ædesq; Regiæ adjacentes Pragæ sitas, ac per idem tempus majora instrumenta, quæ ante annum miserat quæsitum, ex Dania accipiens (familiam ab usq; vere exceperat) ipsa è navi quæ fuerant advecta in dictos hortos transposuit. Anno verò insequenti 1601. die Febr. 25. migravit inde in ædes *Iacobi Curtii à Seufftenau*, quas Cæsar in ejus usum ex Curtii vidua redemit. Hoc anno 13. Octobr. die, Tycho noster ad cœnam illustris *Rosenberchi* à nobili *Mincor-VVitio* deductus, non emisit, ut pro more habebat, urinam, quo effectum est, ut cùm

paul

aulò largius inter cœnandum biberetur, tendi vesicam sense-t. Quare aliquantisper quidem, sed deniq; tamen nihil motatus conviviorum leges, è mensa abiit, ac domum petiit. Ve-ùm orificio vesicæ obdurato & vi expultrice præ nimia re-entione labefactata, urinam reddere non potuit. Hinc in ravissimis exinde cruciatibus toti dies qvinq; penitus inso-nnes transacti sunt. Vigebat simul interna Febris, unde & onsecutum est paulatim delirium, in quo hæc verba creberri-nè, quasi carmen texens, erupit. *Ne frustra vixisse videar.* Die erò dicti mensis 24. soluto delirio, victâ naturâ, inter consolationes & preces uxoris, liberorum *Tegnagelii* Generi, *Erici Brahe*, Sueci Comitis, *VVittebornii*, Regisq; Polonii Consiliarii, *Pauli Coldingii* Dani, ut & amicorum lachrymas anno 601. 24. Octobr. cùm annos vixisset 54 menses 10. placidissimè exspiravit: idq; non pudendis nescio quibus morbis nfectus, (quem rumorem ejus osor *Nicolaus Raymarus* anno 599. sparsit) neq; veneno amicorum quorundam invidiâ ublatus (ut alicubi in Germania, Dania & Norvegia per-rebuit) sed intempestivâ verecundiâ captus. Die verò Novembris 1. in Templo veteris urbis Pragensis dictæ Deinen rimario, jussu *Rudolphi II. Cæsaris*, habitu ritúqve Equestri, honorificentissimè tumulat⁹ est, eodemq; tumulo tecta est ej⁹ xor hydropica defuncta, anno 1604. Pompa verò funebris n exequiis *Tychonis Brahe* habita fuit hæc: Super integrum unus, panno holoserico coopertum, tegumentum atrum erici villosi expansum fuit, utrinq; vexillis & insignibus in-uratis affixis. Præcesserunt funus nonnulli pullati cande-as sive faces funestas insignibus Braheis ornatas præferentes.

Hos insecutus est quidam portans vexillum è panno Damasceno confectum, in quo ejus titulus & insignia inaurata cernebantur & videbantur. Post vexillum Equus tolutarius paulo holoserico velatus ducebatur, in cujus latere utroq; insignia ejus conspecta fuerunt. Deinde vexillum bombycinum lento & moderato gradu est gestatum, nec non post vexillum alius equus stragulo ex panno Anglicano coopertus ingrediebatur ductu cujusdam lugubri habitu amicti. Postea unus framcam inauratam ut & parazonium gestabat quem secutus est alius galeam panno atro holoserico tectam, & fimbriis inauratis versicoloribusq; struthionis plumis ornatam. E vestigio his successit ille, qui calcaria inaurata serico pulvinario imposita portavit. Hunc alius consectatus est, scutum, in quo ejus insignia erant depicta, ferens. Post

hunc

hunc funus à duodecim satellitibus Cæsareis, sive Cæsari corporis stipatoribus, omnibus genere Nobilibus, ad primariam ædem sacram, quæ Pragæ est, fuit delatum. Funus proximè secutus est filius natu minimus prolixis atris vestibus in terrã dependentibus indutus, qui in medio progressus est. Dexterum latus clausit **Ericus Brahe**, Comes Suecicus, & sinistrum Dominus **Ernfestus Munqnitz** Consiliarius Cæsareus. Deinde subsecuti sunt ordine Proceres sive Consiliarii Cæsarei, Barones, Nobiles. Horum vestigia calcarunt *Tychonis Brahei* studiosi & Servi, omnes veste lugubri ac palliis longis usq; ad talos dependentibus induti. Post hos lento gradu viq; incessu processit *Tychonis* Vidua, luctu ac mærore propè confecta, quæ ducta fuit à duobus Aulicis Consiliariis. Eam secutæ sunt tres filiæ, quarum singulæ à talibus Viris nobilibus, certo ordine dispositæ ducebantur, ita ut terni simul gregatim incederent. Deinde has equestris ordinis Nobiles Matronæ ac Virgines longo agmine sunt comitatę. Postremò aliæ Matronæ quæ ex Oppido undiquaque confluxerant longo ordine agmen clauserunt. Sessiones Filii, Viduæ, Filiarumque atro panno Anglicano obductæ fuerunt. Cùm verò hoc modo funebria officia expedirentur, non solùm templum maximâ Comitum, Baronum, Nobilium & ignobilium multitudine fuit impletum, verùm etiam plateæ nimiâ hominum frequentiâ fuerunt stipatæ. Finitâ concione, vexillum, Galea, Scutum, Framea, Parazonium & Calcaria sunt suspensa & parieti affixa non procul à loco sepulturæ, cum hac inscriptione:

POST. VITAM. FUNUS. RURSUM. POST. FUNERA. VITA.

NASCENDO. MORIMUR. MORIENDO. VIVIMUS.

Monumenti verò marmorei, in primâ extra chorum di Templi Pragensis ad dextram columnâ *Tychoni Brahe*, ejusque conjugi *Christinæ* erecti inscriptio est hæc, superiori monumenti parti insculpta.

ESSE. POTIUS. QUAM. HABERI.

ILLUSTRIS. ET. GENEROSUS. DOMINUS. TYCHO. BRAHE. DANUS. DOMINUS. IN. KNUDSTRUP. ARCIS. URANIBURGI. IN. INSULA. HELLESPONTI. DANICI. HUENNA. FUNDATOR INSTRUMENTORUM. ASTRONOMICORUM QUALIA. NEC. ANTE. SOL. VIDIT. INGENIO-

SISSI

ISSIMUS.IDEMQUE.LIBERALISSIMUS.INVEN-
TOR.ET.INSTRUCTOR.ANTIQUISSIMA.NO-
BILITATE. CLARUS. SUA. AUCTIOR. ANIMO.
QUÆCUNQUE. COELO. CONTINENTUR.IM-
MORTALI.GLORIA.COMPLEXUS.ASTRONO-
MORUM.OMNIS.SECULI.LONGE.PRINCEPS.
TOTIUS.ORBIS.COMMODO.SUMPTIBUS.IM-
MENSIS. EXACTISSIMAS. INTRA. MINUTA.
MINUTORUMQUE.PARTES. TRIGINTA.AM-
PLIUS. ANNORUM. OBSERVATIONES. MUN-
DO. PRIMUS. INTULIT. AFFIXA. SIDERA. IN-
TRA.MINUTUM.EJUSQUE.SEMISSEM.RE-
STITUIT:HIPARCHI.SOLIUS.AB.ORBE.CON-
DITO. VEL.DIIS. IMPROBOS. IN. OCTAVA.
DUNTAXAT. GRADUS. PARTE. CONATUS.
LONGISSIME. ANTEGRESSUS: UTRIUSQUE.
LUMINARIS.CURSUM. EXQUISITE. RESTAU-
RAVIT.PRO.RELIQUIS.ERRATICIS.SOLIDIS-
SIMA.TABULARUM.RUDOLPHÆARUM.FUN-
DAMENTA.JECIT.MATHEMATICARUM.PE-
RITIS.INVETERATAM.ARISTOTELIS.ET.AS-
SECLARUM. DOCTRINAM. DE. SUBLUNARI.
COMETARUM. NOVORUMQUE. SIDERUM
SITU.DEMONSTRATIONIBUS.INVICTIS.EX-
EMIT.NOVARUM.HYPOTHESIUM.AUCTOR.
IN.SPAGYRICIS.ETUNIVERSA.PHILOSOPHIA.
ADMIRANDUS. EVOCATUS. AB. INVICTISSI-
MO.ROM.IMPER.RUDOLPHO. II. MIRA. DO-
CTRINÆ.ET.CANDORIS. EXEMPLA. DEDIT.
NE.FRUSTRA.VIXISSE.VIDERETUR.IMMOR-
TALITATEM.ETIAM.APUD.ANTIPODES.
SCRIPTOR.PERENNITATE.SIBI.COMPARA-
VIT.PLANEQUE.QUALIS.ESSE.QUAM.HABE-
RI.MALUIT: NUNC.VITA.FUNCTUS.ÆTER-
NUM.VIVIT: EJUS.EXUVIAS.UXORISQUE.
TRIENNIO.POST.DEFUNCTÆ.HÆREDES.
LIBERIQUE.SACRO.HOC.LOCO.COMPOSUE-
RUNT.OBIIT.QUARTO.CALEND.NOVEMB.
ANNI. CHRISTIANI. DIONYSIACI. M. DC. I.
ÆTATIS.SUÆ.LV.

NON. FASCES. NEC. OPES.

SOLA. ARTIS. SCEPTRA. PERENNANT.

Monua

Monumenti hujus inferior pars effigiem *Tychonis* integr
hâc inscriptione cinctam refert:

ANNO. DOMINI. M.DC. I. DIE. XXIV. OCTO
BRIS. OBIIT. ILLUSTRIS. ET. GENEROSUS. D
MINUS. TYCHO. BRAHE. DOMINUS. IN. KUN
STRUP. &c. PRÆSES. URANIBURGI. ET. S
CRÆ. CÆSAREÆ. MAJESTATIS. CONSILI
RIUS. OSSA. HIC. REQUIESCUNT.

In ipso ejus funere Pragæ Oratio funebris habita est à *Iohan*
Iesenio à Iessen, cujus fuerat, Wittebergæ cùm degerat, co
suetudine jucundissimâ usus, quę ibidem edita est Anno 16

MAURITIUS. HASSIÆ. LANDGRAVIUS.
AD
TYCHONEM BRAHE.
NOBILEM ET CLARISSIMUM VIRUM.

Vranie superat reliquas divina Sorores,
Dicitur & sacri gloria prima chori.
Hanc coluere Patres prisci, Regesq; potentes,
Qui propius mentis vi tetigere Deos,
Hanc optat sapiens studiorum figere metam,
Vt famæ celebris præmia digna ferat.
Quantò etenim terras celsus supereminet Æther;
Illius est tantò notio laude prior.
Ipsa docet Cœli motus, cœlumq; tueri
Vultibus erectis nos jubet ipse Deus.
Ne ventura malis timeamus fata, sed Astris
Præmoniti, ad Superum confugiamus opem.
Nec quæramus humi pastum, sed laude vehatur,
Qui struxit cœli tale Creator opus.
Ergo tuis lasus meritisq; studiiúq; fovere
Perge Deam tantam; Munera larga dabit.
Quandoquidem dudum miratur, pervia cuncta
Esse tuis Fabricis quæ latuere prius.
Hinc tibi scrutanti Leges sublimis olympi,
Inter honoratum præparat Astra locum.

Cassellis 2. Apr. 15

IN OBITUM INCOMPARABILIS VIRI
TYCHON-BRAHE,
ATLANTIS CYMBRICI ET EQUITIS
TORQUATI.

Eduxit, perhibent, immani mole Gigantes
Simplicibus tellus denuò culta Viris,
Hi tentare quidem Cœlos ascendere quondam,
Quos tamen in terram Dî repulere statim.
At nostris alium videas genuisse diebus
Ipsum cui Cœlum sarcina parva fuit.
Hic, cui non totus terrarum, quà patet, orbis
Sufficere, eventu judice, non potuit.
Hic dico, ille Gigas, quem fama reclamitat harmis
Astriferos cœlos imposuisse suis.
Hic voluit stellas flammantes inter Olympi
Vivere, sic scrutans intima claustra Poli.
Unde refert nobis victor mysteria cœli,
Quicquid & occulti magnus Olympus habet;
Hinc videas monumenta viri, quæ calitus ipse
Edoctus, nobis conspicienda dedit.
Hæc, Diodore, oculis si vidisses, Miraclis
Dixisses septem connumeranda tuis.
Cedite jam Primi Inventores, cedite tandem:
Viribus hic cerebri vos facit arte rudes.
Heu mihi! Quid video? Rumpit mea verba quid interi
O mea quis subitus occupat ossa tremor!
Occidit! hei vobis Cœlum, fulgentiaq; Astra!
Occidit ipse TYCHO summus & alter Atlas!
Quid vestrum TYCHON misistis abire Tychonem.
Cui semper vestri maxima cura fuit?
Antea quem nobis, ecce, Astra dedere benignè,
Invida nunc oculis surripuere meis.
Non ego maresco. Neq;, si mihi vera fatendum,
Terra fuit tantum digna tenere virum.
Nunc TYCHO ipse suo speculans spatiatur olympo,
Atq; ipsi specula est quod fuit ante scopus.
Ergo si voti compos jam despicit alto
Osorem, dicens: nil tua dira moror.
Nil tua dira moror, Fortunæ victor & ipse,
In terris posthac degere non cupio.

PAULUS JANUS COLDING,

EPITAPHIUM.

Jam dudum sursum, nunc primum specto deorsum;
Despiciens Mundum, suspiciensq; Deum.

CHRO-

CHRONODISTICHON

Annum, Mensem, Diemq; Obitus ostendens.
oCtobrIs VIsa Vt LVX est VICesIMa qVarta,
aVLa sVbIt CœLI te generose TyCho.

SCRIPTA.

Liber de Cometa, sive nova stella, anno 1572. die Novem XI. vesperi in Asterismo Cassiopeæ, circa verticem tur existente, annoq; insequenti conspicuâ, sed mense Maj magnitudine & splendore jam diminutâ: *Hafniæ* 1572.

Progymnasmatum Astronomiæ instaurandæ liber primus qui est de restitutione motuũ Solis & Lunę stellarumq; in errantium: *ibid.* 1589. *Vraniburgi* 1592. in 4. & denu cum appendice & præfatione *Iohannis Keppleri Prag* 1602. *Francof.* 1610. *in* 4.

Progymnasmatum liber secundus, de mundi ætherei recen tioribus Phœnomenis, agitq; de Cometa, ab elapso fer triente Novembris Anni 1677. usque ad finem Januar sequentis conspecto *Vraniburgi* 1588. 1592. *Pragæ* 1603 *Francof.* 1610.

De Disciplinis Mathematicis Oratio in Acad. Hafniensi A 1674. recitata. edita per *Conradum Aslacum ibid.* 1610 in 4. *Hafn.* 1610. in 8. *Hamburg.* 1621. in 4.

Epistolarum Astronomicarum liber primus, qui contine Guilielmi, Hassiæ Landgravii, ac illius Mathematic Christophori Rothmanni ad Tychonem literas, & re sponsa Tychonis ad singulas. *Vraniburgi* 1596. 1598. in 4

Mechanicorum Astronomiæ instauratæ liber, continet in strumenta Astronomica cùm ea, quæ Vraniburgi in usu habuit, Iconibus delineata & exsculpta, ad unctâ singulo rum succinctâ explicatione, tum ea, quæ post suum è Da nia exitum non quidem depicta & excisa, sibi tamen in promtu erant &c. *VVandesburgi* 1598. *Noribergæ* 1602 in fol.

Epistola de Confectione Elixiris ad Rudolphum II. Impe ratorem in arce Imperatoris Benachia die 7. Septemb 1599. scripta quâ suum Medicamentum tam adversus pe stem, quàm adversus febrem. morbosq; Epidemicos inven tum detexit. Hanc *Casparus Bartholinus* primò evulgavi in suo tractatu, de aëre pestilenti corrigendo, in quem han epistolam inseruit. Postea eam ad Gassendum ab Olao

Worm-

Wormio, per Christianum Legardum, Medicum Danum, delatum ipse *Gassendus* Vitæ Tychonis Brahei adjunxit, publiciq; juris fecit à p.242. ad pag. 245.

Elegia de exilio suo: *Rostochii* 1614. in 4.

Tabulæ Rudolphinæ, per *Ioh. Kepplerum* editæ: *Vlmæ* 1628.

Catalogus absolutissimus MSS. mille affixarum stellarum, cui præmissa est epistola scripta ad Rudolphum II. Imper. & extat in *Gassendi* de Vita Tychonis à pag. 247. ad 259.

Historiæ Cœlestis partes duæ, quarum prior continet observationes Vraniburgicas ab anno 1597. sedecim libris inclusas: Posterior observationes tum Wandesburgicas, tum Wittebergenses, Pragenses & Benatianas, quatuor libris inclusas: *Augustæ Vindelicorum* *Viennæ* 1668. in fol.

Pleniorem & accuratiorem editionem promisit *Erasmus Bartholinus* Mathemat. Professor Hafniensis.

Epistola ad Casp. Peucerum edita primùm curâ *Petri Iohan. Reusneri Hafn.* 1668. in 4.

Opera omnia: *Francof.* 1648. 1668. in 4.





ELOGIUM
CL. VIRI
JOANNIS PASSERATII,
Eloquentiæ in Academia Parisiensi Professoris & Interpretis Regii,
Auctore,
JO. PAPYRIO MASSONO,
In Regia & Senatu Parisiensi Advocato.



Pud Trecassinam Campaniæ Urbem, quæ Sequanâ fluvio interluitur, JOANNES PASSERATIUS die festo D. Lucæ natus est, anno à partu Virginis supra mille quingentos tricesimo quarto. Pater ejus *Pantaleo* literas multum amabat, juvenisque & admodum senex earum radices coluit, perque varias orbis regiones diu vagatus, uxorem duxit *Nicolaam Thienottam*, in eodem municipio ortam, ex qua prognatus *Ioannes*, qui perspicacis ingenii atq; in studiis doctrinæ noti celebratique nominis fuit. Si enim illum dixero omnibus, fermè Grammaticis & Rhetoribus ætatis suæ fuisse clariorem, sique addidero, ultimum Romanorum apud nos obiisse, verissimè, ut opinor, sensisse debeo videri. Maternum avunculum habebat, *Flaminem*, seu Canonicum D. Petri Tricassium; qui sororis suæ filium, ubi infantiæ annos excessit, ad Scholam municipii cum pædagogo, *Laurentio Acaria*, Presbytero, deduci quotidie curabat: Sed fortè evenit, ut propter Orbilii nescio cujus sævitiam durus habitus, quàm oportuit, ex fuga in agrum Biturigum trans Ligerim flumen abierit, habueritque Dominos, quos fortuna puero dedit, in his ferrariæ magistrum (ferrarias enim Cæsar in Biturigibus frequentes esse ait) apud eum magnâ voluptate piscari didicit, semperque recolens, quæcunque ad id têpus didicisset. Inde sacrum Cæsaris oppidum in altissimo monte

te & viribus undique consito felicissimis totius regionis profectus, Religioso cuidam serviit è Monasterio Satyri, unde subjectum Ligerim videre, & remotissimos agros, oppidaque & vicos intueri licebat. Ibi cùm tres quatuorve menses fuisset, subiit patriæ dulcis recordatio, reversusque est Tricassium, & apud avunculũ sistitur, qui veniâ illi humaniter concessâ, in collegio urbis suæ triennio alimenta præbuit. Quo spatio temporis elapso, Lutetiam mittitur, & Classicus Collegii Remensis fuit, docente tunc *Lochonio*, quem Medicinæ facultas extulit. Iterum in patriam revertitur docendi causa, promovente *Lescotio*, viro Latina facundia nobili: necnon multò pòst rogantibus eum *Plessæu*, ut Lutetiam ad se docendi causa venire dignaretur, *Passeratium* secum adduxit, illeque primo ordini præfuit, hic secundum rexit, ac tum legendo optimos quosque ex Latinis Græcisque Scriptoribus, ex iis magno labore indices seu tabulas contexuit, in quibus quid quæque vox Latina significaret, adhibito acri judicio complexus est; unde factum, ut in posterum in ea lingua nihil ignoraret. Postea in Collegio Joannis Monachi (hodie Cardinalitium dicitur) docuit, ubi M. *Antonius Muretus* Româ recens reversus, illum ultrò adiit, multumque cum eo contulit. Cæterùm, gravissima lues eum ad fugam compulit, Milliacum itaque oppidulum agri Vastinensis in Lugdunensi via positum se recepit. Cessante morbo apud Becodianos Collegas tanta celebritate professus est, quanta ullus sui temporis. Commentarios Cæsaris explicabat, habebatque auditores inter cæteros, Rambulianæ nobilis familiæ proceres, *Petrum Rolandum* & *Ioannem Baysium*, Lazari filium, eximios Poëtas, Græcâ Latinâque facundiâ celebres. At sine juris civilis scientia sentiens Latinos Scriptores planè intelligi non posse, Avaricum urbem Biturigum ab amne sic dictam, cum *Alphonso Delbenio*, nunc Albiensi Episcopo, se contulit, famâ *Cujacii* Antecessoris illuc alliciente: etenim, ut memoriæ mandatum est, *Servium Sulpitium* virum ætate suâ doctissimum fuisse, ita hic præter alios excellens existimari jure debuit. Igitur, cum illo præstantissimo viro discendi causâ triennium versatus, reversus est in patriam, atque inde Spernacum Campaniæ oppidum; Deligitur ab oppidanis cum aliquot aliis, ut *Henricum Borbonium Condensem* infestis signis ad obsidionem (ut videbatur) properantem; precibus ab eo conatu averteret, atque ita evenit. Lutetiam iterum rediit, ac Titulum de Rerum & Verborum Significatione interpretari cœ-

pit, multis gravibus viris ad portam Victorianam, ubi auditorium ejus erat, sponte confluentibus; unde notitia illi celebrium Virorum quæsita est; maximè *Henrici Memmii*, qui tum autoritate & gratia multùm poterat, isque effecit, ut *Passeratius* secum habitaret, quòd laxas & amœnas ædes haberet. *Petrus Ramus* Professor Eloquentiæ fuerat, Stipendiisque Regis honorificè subnixus docuerat; quo mortuo, anno 1572. *Passeratius* eodem honore & præmio affectus est, commendatione ejus, de quo diximus, Memmii Mæcenatis. Tunc magisquàm antea, scientia ejus, & apud nostrates, & apud exteros, enituit, confluentibus ad eum egregiis viris, Magistratibus Urbis, plurimisque è vicina Germania adolescentibus, solitis excipere ab ejus ore profluentia præcepta Eloquentiæ. A nostris quoque Regibus CAROLO IX. & HENRICO III. amabatur; illi quidem Venationis cupidissimo, libellum de Arte Venandi, Gallico versu scriptum, obtulit, quem amici *Ronsardus, Bellajus, Batfius, Pimpontiusq;* & alii Poëtę nostrates, magnopere probarunt. Latinus quoque fuit eximius, ut ostendunt 25. Poëmatia ejus jam excusa, quorum quinque ad Memmium scripsit. HENRICI verò III. Elogium edidit, veteribus conferendum: verum dirâ paralysi quinquennio ante mortem fuit vexatus, quæ dimidiam corporis partem exceptô capite, illi extinxit. Morbum quidem patientissimè tulit, nec unquam ingemuit eum sibi casum à cælitibus immissum. Tandem 68. ætatis anno decessit Lutetiæ Parisiorum, 18. Cal. Octob. Anno à partu Virginis Sexcentesimo Secundo, inque Dominicano Templo sepultus jacet. Firmo corpore fuit, statura mediocri, vultu multo rubore perfuso; unius oculi usum amisit, in lusu pilæ, globi volitantis ictu percussus. Interdum ab Aurora usque ad multam noctem studuit, immemor cibi & potus. Quod bonum rectumque erat, libenter amplectebatur, æquitatem magnificiens; & si quando perturbationibus à vero abducebatur, bene monenti amico è vestigio credebat, Comici vocem illam sępè repetens, *Mutor veris*. Memoria & judicio incredibili erat, semper aliquid novi in lectulo cogitans, excipienteque sororis filio statim dictans, & poëmatia ferè pia sub mortem scribens, quin vivens ipse sibi elogium funebresque titulos fecit in hanc sententiam.

Hic situs in parvâ JANUS PASSERTIUS *urnâ*,
Ausonii Doctor regius Eloquii,

Disci-

Discipuli memores, tumulo date serta magistri,
Vt vario florum munere vernet humus;
Hoc culta officio, mea molliter ossa quiescent,
Sint modò Carminibus non onerata malis.

VENI, ABII: SIC VOS VENISTIS, ABIBITIS OMNES.

In hoc Epitaphium non nemo ita cecinit.

Ipse sibi vivens condidit PASSERTIUS
Titulum sepulcri: scilicet mortis memor:
Cujus se acerbo vindicans ab impetu,
Obliviosi fortsan præsagiit
Doctis iniquum seculi silentium:
An ut hâc (molestus nemini qui vixerat)
Mortuus opellâ sublevaret posteros?

Legat, cui libet de PASSERATIO plura cognoscere, *Iacobum Augustum Thuanum*, Tomo V. Histor. sui temporis lib. CXXVII. *Scævolam Sammarthanum* lib. IV. Elogiorum de viris in Gallia celebribus: *Iulium Cæsarem Bulengerum* Historiarum sui temporis lib. XI. *Emundum Richerium*, in Obstetrice Animorum: *Stephanum Paschasium* lib. II. Epigrammatum: *Iosephum Scaligerum* libro IV. Epistolarum, ad Carolum Labbæum: *Georgium Critsonium* in Oratione de Sortibus Homericis: *Rodolphum Boterejum* de Rebus in Gallia & penè toto orbe gestis Commentariorum libro X. aliosque.

D. O. M. S.

JANO PASSERTIO TRECENSI,
VIRO INTER ERUDITISSIMOS MODESTISSIMO,
INTER MODESTISSIMOS ERUDITISSIMO,
ACADMIÆ, IN QUA SOLI BARBARI ET IGNAVI
PEREGRINANTUR, ASSERTORI PRÆCIPUO:
QUEM LICET SONTICUS MORBUS PER PLURES
ANNOS LECTO PROSTRATUM AFFLIXERIT,
TAMEN VEL HOC JUVIT STANTEM MORI UT
TRIUNPHALEM REGIÆ CATHEDRÆ SESSIONEM
EGREGIO PÆANE TERMINANS,
MOXQUE INDIGES FUTURUS
LITERATIS PRÆSENTIUS NUMEN IN
POSTERUM AFFULGERET.
ACAD. MOER. P.

Cùm reliquis dederit tam multa Epicedia vivens:
Qui facerent functo, vix habuisse doles?



SCRIPTA.

Præfatiuncula in Orationem de Ridiculis, quæ est apud Ciceronem, in lib. 2. de Oratore: *Francof.* 1595. in 8.
Oratio de Cæcitate: in 4.
Poëmata Latina & Gallica: *Parisiis* 1597. in 4. 1606. in 8.
Commentarii in Catullum, Tibullum & Propertium, cum tribus accuratissimis rerum, verborum, auctorum & emendationum Iudicibus: *ibid.* 1608. in fol.
Coniecturarum liber; cui accesserunt Adriani Behotii Apophoretorum libri tres, in quibus auctores prisci passim illustrantur, emendantur recensentur. *ibid.* 1612. in 8.
Notæ in Petronii Arbitri Satyricon: *ibid.* 1629.
De literarum inter se cognatione ac permutatione: in 8.
Orationes & Præfationes quibus non solùm omnium ferè Ciceronis Orationum, Plauti Comædiarum, Horatii & aliorum Poëtarum lucubrationum argumenta continentur, sed & priscæ gentilitatis ritus sacri, nuptiales, alii explicantur: *Francof.* 1615. 1621. in 12. *Paris.* 1637. in 8.
Encomium Asini: *Lugd. Bat.* 1623. 1638. in 8.
Ambrosii Calepini Dictionarium octo linguarum, à Jo. Passeratio locupletatum II. Volum. *Lugd.* 1634. 1656. 1663. in Fol.
Calepinus contractus IX. linguarum: *ibid.* 1644. in 4.
Hymne de la Paix commente par M. A. à *Paris.* 1563. in 8.
Chant d' allegresse pour l'entree du Roy Charles IX. en sa ville de Troyes à Troye 1564. complainte sur le trespas d' Adrian Turnebe à *Paris.* 1565.
Sonnets sur le tombeau du Sieur de la Castre dict de Sillac &c. *ibid.* 1569.



PRO-



PROGRAMMA

In funere

CL. V.

LAURENTII RHODOMANI,

Poëtæ Laureati Cæs.

Historiarum Profess. Publ.

in Celeberr. Wittebergâ

Propositum,

à

PRORECTORE ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS,

DANIELE SENNERTO,

Med. D. & Prof. Publ.



AURENTIUM RHODOMANUM hodie exequiis prosecuturi sumus, ornamentum illud non solùm collegii Philosophici, sed totius Academiæ, ac potius universæ, quanta quanta est, Germaniæ. Verè enim hoc dicere, atque in hoc jure gloriari possumus, ipsum istiusmodi virum extitisse qui virtute & gloria tum patriam communem illustrare, tum reliquam Europam, in qua per tot jam annos Græcæ literæ vigent, provocare unus facilè possit. Nihil detractum, aut derogatum imus aliis: maneat cuique laus sua integra & illibata. Veruntamen qui cum RHODOMANO nostro in Græcis utique iisque Poëticis literis paria adhuc fecerit, homo omninò nemo fuit. Testati id sunt & testantur hodieque homines præclarissimi juxta atque intelligentissimi, illa videlicet melioris literaturæ lumina, *Michaël Neander, David Chytraus, Henricus Stephanus, Fridericus Sylburgius, Ioh. Lc-*

Vvenelavius, Theodorus Zvvingerus, Iustus Lipsius, Isaac Casaubonus, Ioh. Caselius, Iosephus Scaliger: qui omnes ha judicii sui autoritatem non tam verbis nuncupatam, quàm teris perscriptam & consignatam esse voluerunt. Et ve quî aliter facerent? Sunt in manibus opera divina & immo talitate dignissima, Historia vitæ & doctrinæ MARTIN LUTHERI: Capita præcipua religionis Christianæ: P. læstina, sive Historia sacra eaque omnia Heroico carmine dita: sunt alia sequioris, ut ita dicamus, argumenti, veluti I fe'da, & Cointi Smyrnæi Paralipomena, item Argonautic Thebaica, Lesbiaca, Iliaca, quæ posteriora *Michaël Neand* veterum Poëtarum majestate & elegantia non indigna esse scribit, *Iosephus* autem *Scaliger* cum præstantissimis Græco rum certare, multis etiam longè præstare dicit. His acced. Diodorus Siculus Latinitate ab eo donatus, historicus præ stantissimus: accedunt ea quæ in scriniis adhuc latent, u Commentarius liber in Cointum, ut libellus proverbiorum Germanicorum Græcis versibus expressus, ut Ethica puerili & ipsa Græca: inprimisque opus illud auro contrà æstimandum, quod de origine, moribus ac rebus gestis veterum Germanorum Græcè scripsit, & Germanidem inscripsit. Quod opus unicum tale est, ut animum atque ingenium hominis excellentem, charitatéque patriæ insigniter flagrantem, abundè ostendat. Ac talis ille & tantus in Græcis fuit. Quid in Hebraicis? In illis verò tantum cognitionis jam olim consecutus fuerat, ut non solùm intelligere, quæ illâ linguâ scripta essent, sed etiam scribere ipse, quæ alii legerent, pari industriâ ac laude posset. Atque hic ille armis atque adjumentis instructus, facilè ad ea penetravit, quæ in divina atque humana sapientia optima maxima habentur. Qui doctrinæ & eruditionis apparatus tantus eò admirabilium videri debet, quò majoribus temporis angustiis districtus fuit. Docuit *Lunaburgi*, docuit *VValcerodi*, docuit *Ienæ*, docuit *Stralesundi*, docuit denique *VVitteberga*: atque ita docuit, ut eruditione, sedulitate, ac dexteritate secundus haberi nemini debeat. Neque verò firma admodum valetudine usus fuit, quam vel victus ratione non usquequaque optima, sed locis illis, in quibus diu hæsit, vernacula contraxerat, vel potiùs studiis ac vigiliis immodicis consciverat. Eo enim ingenio erat, quod perpetuis laboribus gauderet, quieti corporis minimum indulgeret. Quin hoc ipso anno & mensibus aliquot, quod tempus valetudini infestum, maximè expertus est, cùm admoni-

tus

us esset, ut à prandiis saltem sibi in studiis parceret, *Satius esse* dixit, *ingenium studiis leviter periclitari, quàm animum cogitationum molestiis graviter conflictari.* Atque hæc hactenus breviter de studiis ejus, quæ industriosissime tractavit. Reliqua, quæ minus ad rem faciunt strictissimè libabimus. Patriam STOLBERGAM; disciplinæ ludum, ILFELDAM; doctrinæ patrem MICHAELEM illum NEANDRUM; eruditionis Rhodum, sive spartam, cùm alia loca, quæ suprà posuimus, tum JENAM imprimis habuit, & nostram WITTEBERGAM. In illa & *Decanum & Rectorem, & Professorem Græcæ Linguæ* septuennem, in hac itidem *Decanum & Doctorem Historiarum publicum* annos quatuor egit. Moribus fuit sanctissimis atque integerrimis. Uxores duas habuit. Cùm Calendis Januariis pallium sumsisset, ad rem divinam à morbo longinquo profecturus, in ipso domicilii sui limine horrore insolito perfusus subsistere, ac pedem referre coactus fuit. Quam frigoris, & mox caloris intemperiem cùm ingravescere quotid. magis magisq; pejus etui adversitate morbi sensisset, ita se ad pium & beatum ex hac vita obitum, ritu Christiano devotè comparavit. Cujus etiam abitus, particeps nudius quartus, hora dimidia decima antemeridiana factus, ad speratum illum felicitatis atque ad immortalitatis portum placidè appulit. Ei funus posteà mediâ primâ faciet, oratione funebri cohonestandum, Vidua: ad cujus deductionem honorificam, ut frequentes nobiscum adsitis, magnopere censemus. Prop. Prid. Eid. Januarii M. DC. VI.

Piis insuper RHODOMANI Manibus duos Panegyricos consecrarunt JOH. ZEZNERUS & CASP. BARTHIUS, qui, unà cum plurimis Magnorum Europæ Virorum Epicediis, Wittebergæ typis exscripti sunt.

IN EFFIGIEM
V. CL.
M. LAURENTII RHODOMANI

Adspice Germana, Lector bone, gentis HOMERUM,
Effigiem cujus ista tabella refert.
Talis in antiquo cùm quinquagesima bruma
Staret ei, Charitum laus, RHODOMANUS, *erat.*
Cætera, qui fuerit, genii monimenta docebunt,
Donec erit Latium, donec & Hellas erit.

B. PRÆTORIUS.



MAGISTER LAURENTIUS RHODEMANS CHERUSC.
HISTORIARUM PROFESSOR WITTENBERGÆ.
'Αναγραμματ.
CUR GRATUS? PRORSUS FUIT ALTER IN ORBE VIR IST
HOMERUS AC DEMOSTHENES GERMANIA.
HENR. JUL. STRUBIUS

EPITAPHIUM.

Quæ mulcere hominespotuit superosq; canendo,
Membra sub hac viridi condidit ales humo.
Conticuit, miserum! sed in ipsis umbra cavernis
Nunc quoq; mærentes murmurat exequias.
Flete piæ volucres! Philomela à morte canora
Non talem ingemuit Leucoru ad tumulum.
HENR. MEIBOMIUS

ALIUD.

Hic jacet, ô Lector, vir vates, alter Homerus:
Cui par in Grajo carmine Nemo fuit.
Volve Catechesin Vatis: vitamq; Lutheri:
Divinum sapient singula verba melos.
Ilfeldam Vatis Græco percurre Latinam:
Aoninm sapiet dictio quæque virum.
Historiam Iovæ populi cognosce: stupendi
Hunc Vatem verè dixeris ingenii.
Volve Palæstina Rhodemani metra: secundus
Hic est, mox dices, pectine Mæonides.
Volve opus extremum Germanida: dixeris ultrò,
Cygneum guttur hîc Rhodomanus habet.
Qui teris, ô Hospes, monumenta hæc Vatis: honora
Vatem: sparge crocô carminis artificem.
In terris gessit Rhodoman TRIA *serta: brabeum*
In Cœlis QUARTUM, *fronde Virente, gerit.*
MATTH. ZIMMERMAN

In Cœmeterio Suburbano ante portam Elystr.
Wittebergæ legitur hæc
INSCRIPTIO.

LAURENTIUS. RHODOMANNUS. CHERUSCUS. PROFESSOR. HISTOR. PUBL. QUI, CUM, MEMORIAM, NOMINIS

. SUI. PRÆSTANTISSIMIS. GRÆCARUM. LITERARUM NUMENTIS. INSCRIPTAM. ORBI. EUROPÆO. VIVUS. PENDISSET. PERFUNCTUS. HOC. TANTILLUM. LO- INVENIT. UBI. CORPORIS. RELIQUIAS. CONDE- :. PRID. EID. IAN. ANNO. CHRISTI. CIↃ IↃCVI. LATUS. MARITÆ. ADELHEIDIS. FOEMINÆ. PRÆ- NTISSIMÆ.

SCRIPTA.

criptio Historiæ Ecclesiæ sive populi Dei Politiæ ejusdem & rerum præcipuarum, quæ in illo populo acciderunt, Græco carmine, cum versione Latina è regione textus Græci *Francof.* 1581. in 8.

:sis Christiana, id est, Palestinæ seu Historiæ sacræ Græco-Latinæ libri IX. *Marpurgi* 1589, *Francof.* 1590. 1630. in 4.

gonautica, Thebaica, Ilias parva: *Lips.* 1588. in 8.

bulæ Etymologiæ Græcæ: *ibid.* 1590. in 8.

nmonis Historia de Republica Heracliensium, & rebus Ponticis Eclogæ; seu excerptæ & abbreviatæ narrationes in Sermonem Latinum translatæ: *Helmstadii* 1591. in 4.

ithalamia sacra: *Iena* 1594. in 4.

Memnone, de Tyrannis Heracleæ Ponticæ Ctesia & Agatarchide excerptæ historiæ Græcè & Latinè partim ex Laur. Rhodomani interpretatione: *Geneva* 1593. in 8.

neologiæ Christianæ tyrocinia, carmine Heroico Græco-Latino in V. libros digesta: *Lipsia* 1597. in 8.

atio de lingua Græca; item de vita Philosophica: *Argent.* 1604. *Iena* 1634. in 12.

odori Siculi Bibliothecæ Historicę libri XV. Latinitate donati, Accessit Chronologia duplex Archontium, Atticorum & Magistratuum Romanorum: *Francof.* & *Hanovia* 1604. in fol. 1611. in 8.

ermanida, de Origine ac rebus gestis veterum Germanorum Græcè conscripta: *VVitteb.*

roja expugnata, seu supplementum Homeri Autore Q. Calabro Græcè, interprete L. Rhodomano: *Francof.* 1603. 1614. in 8.

ratio de præcipuis Dei beneficiis à Deo per septem illustriss. Saxoniæ Electores, eximiosque Dei viros, D. Martinum Lutherum, & D. Philippum Melanchtonem in Academia Wittebergensi collatis: *VVitteb.* 1602. in 4.

C ointi

Cointi Smyrnæi Paralipomena cum notis: *Han.* 1604.
Historia vitæ & Doctrinæ Martini Lutheri carmine H[illegible]
cô descripta.
Catechismus geminus Græc. Lat. German. cum notis M[illegible]
thas. Coppii: *Lipsiæ* 1626. in 8.
Homerus confutatus, id est, Dionis Chrysostomi oratio [illegible]
lio non capto, in Latinum Sermonem conversa: *Nor[illegible]*
[illegible]æ 1652. in 8.
Philomusus de tirociniis S. linguæ dialogus: *Lips.* 1594.



OR[illegible]

ORATIO
In Funere
MAXIMINI VIRORUM
OSEPHI IUSTI SCALIGERI,
Habita in Auditorio Theologico,
LUGDUNI BATAVORUM
XXVI. Januarii CIϽ. IϽC. IX.
Postridie ejus diei, quo defuncti corpus sepulturæ mandatum fuit,
à
DOMINO BAUDIO.



Erba desunt rebus immensis, nec se animus explicare potest ingenti mœrore circumfusus ac debilitatus. Utinam fas mihi foret horrore sacri silentii obsignare luctum. *Qui nunc me coquit, & versat sub pectore fixus!* ad exemplum sagacis illius pictoris, qui quum ...ficio excelleret, ingenio tamen magis abundabat, is velo umbrâsse dicitur quod penicillo exæquare desperabat. Sed ...va pietate fieri non potest, ut hodierno die vox nostra ob...escat. Alterum restaret optandum, ut mihi digna tali viro ...ntingeret oratio, cui nunc supremum humanitatis officium ...ærror noster elargitur sed tale votum excedit ipsam huma...m sortem, nedum nostram mediocritatem. Illud tamen ...imum ægrum ex dolore solatur ac reficit, quòd in rebus ar...is ipse conatus, licèt infra meritum, licèt impar voluntati, ...idem meretur. *Et finem pietas contigit ista suum.* Dabit igi... benignitas vestra facilem veniam sermoni indiscreto, laben... sub onere admirationis. In exordio mœstissimi muneris, ...od honori ac memoriæ summi herois JOSEPHI SCALIGERI ...solvendum habemus, usurpabo memorandam vocem Me-

tellí

telli Macedonici, cui cùm esset nunciata mors Scipionis Æ liani, cum quo vivente civiles inimicitias exercuerat, hoc do filios suos amplissimis usos honoribus exhortatus est citur. *Ite filii, celebrate exsequias, nunquam majoris funus videbitis.* Scilicet vir antiquæ simplicitatis, & manâ generositate dignus, detulit inimico luculentum gl testimonium, delevitque ex animo pristinę simultatis me riam, ut solius virtutis recordaretur. Idem nunc licet n sine ambitionis metu pronunciare: nunquam vidit ætas rentum, nunquam videbunt anni consequentes virum, splendore & antiquitate gentis, vel sanctitate & innoce morum, vel admirabili doctrina, & exquisitissima optima artium cognitione, vel omni contentu consensuque la præstantiorem. Si patriæ aut familiæ dignitas quidq facit ad conciliandam justam venerationem excelsis me bus, quid Galliarum regno in terris florentius, quid gente S ligerorum honoratius dici aut excogitari potest? Quanq benigna se disserendi materies aperit, in qua facilius sit pri pium invenire, quàm servare modum, & orationis exit evolvere: tamen quia noster heros censu suo dives, & prop opibus potens, relegatæ fortunæ ambitione æstimandus tacitus hanc partem prætereo, contentus sola mentione rentis, viri sine exemplo maximi, de quo quidquid præt dixero, minus erit, nisi majorem se filium genuisset. Qu quam plerumque naturâ comparatum est, ut *fortes crean fortibus, nec imbellem feroces progenerent aquilæ columba* tamen ubi ad summum cacumen gloria majorum evecta sæpius ea res negligentiam creat, efficitque ut posteri ma acquiescere claritudini suorum parentum, quàm eam aug factis & ulterius promovere. Plures per inertiam exig tempore decoquunt quidquid est antè partum secundæ fa & existimationis. Jam eò majestatis processerat augusta tus & indoles JULII CÆSARIS SCALIGERI seu egregii b facinora, seu pacis ornamenta & incredibilem ac penè d nam in omni disciplinâ scientiam consideremus, ut access nis capax non ultra judicatetur, & abunde futurum esset ad sequendum nominis æternitatem, si filius longo interv prævium patris lucem insecutus esset. At ille cœlesti mer & sacro quodam instinctu afflatus, tantum pristinis oper cumulum & auctarium adjecit, ut nihil majus conditio m talium animo ac votis complecti posse videatur. Namq singula mirari solemus in excellentibus ingeniis & subli

ous naturis, ea junctim universa possedit. Quam enim partem literarum non dicam intactam aut inexpertam reliquit, sed curiosa felicitate non ita pertractavit, ut nihil illum fugeret quod esset perceptione dignum, & in quo statuisset sibi esse elaborandum? Olim raræ laudis, & magnæ molis opus videbatur, si quis utriusque linguæ sermones edoctus esset: & hoc in equite Romano celebrat Romanæ fidicen lyræ: quid diceret *si fortè hic nostrum fato delatus in ævum*! quàm defixus hæreret, quàm stuperet attonitus miraculo, si nostri herois inauditam hac in parte memoriam, vim atque solertiam ando, vel oculorum fide, arbitratus esset! Vix ullum in universo terrarum orbe genus est idiomatis, cujus extent monumenta consecrata perennitati literarum, quod non assiduitate laboris pervestigarit: &, quod admirationem auget, non vivæ vocis præsidio, non ope interpretis subnixus hasce molestias exantlavit; sed suis auspiciis rem gessit, usus tantum mutis illis magistris, quos fidelissimos consiliarios appellabat eximius regum Alphonsus. Non sine verisimili ratione creditur, inter impedimenta bonæ mentis, & inter causas cur hodie tam pauci ad antiquitatis perfectionem perveniant, nun eandum esse hoc incommodum, quod tantum curæ studiiq; linguis addiscendis impendere cogimur, quum veteres protinus se ad artium ipsarum penetralia conferrent. Et sanè varietas loquelarum non instruit nos scientia rerum, sed viatico antùm, & necessario subsidio, ut ad eam longo circuitu diversisque tramitibus progrediamur. Hoc ut verum esse concedam in hominibus mediocri ingenio præditis, ita vanissimum deprehenditur in animis divinioribus, qui tam celeriter arripiunt res specie dissitas, numero infinitas, tanquam genio suo cognatas & consentaneas, ut probabilem efficiant quorundam Philosophorum amabilem insaniam, qui sic opinati sunt, nihil aliud esse discere, quàm reminisci & recordari. Quibusdam ingeniis raro cœli favore concessum est ut per ludum & aliud agendo plus efficiant, quàm alii improbo ac pertinaci labore. Scilicet ut stellarum orbes admirabili celeritate cursus suos conficiunt sine sensu laboris, sine tædio lassitudinis, & in perpetuo motu nunquam defatigantur: ita mentes, quæ cœlo plurimum imputant, ipsa contentione animi, ingenii, virium, effici ac reparari videntur.

Duris ut ilex tonsa bipennibus
Per damna per cædes, ab ipso
Ducit opes animumq; ferro.

Non

Non possumus ex omni vetustatis memoriâ citare locupl- ius documentum quàm divinum illum senem; cui jam pare tamus ut communi literarum parenti, & cujus dignitati fas submittere convenit, tanquam perpetuo scientiarum omniu Dictatori. Quanquam vix fidem habitura est posteritas num hominem tot linguarum intelligentiam se magistro e cõsecutũ, tn. illa dos admirãda seu memorię, seu diligẽtiæ, tã accessionis instar obtinet in comitatu majorum laudum atq virtutum. Quidquid ab orbe condito proditum est ann- lium, aut historiarum monumentis, sive à sacris, sive à proph- nis auctoribus, id omne ab ejus mente, tanquam ex oracul quodam & sanctuario depromi poterat; nec unquam qui- quam discendi studio incitatus ad eum accessit quin recederet doctior & ad vitam sapienter instituendam paratior. No- enim scientiam aucupabatur ad solam animi oblectationem ut sibi canceret ac suis Musis, non ad vanam ostentationem, u scire non tantum videretur, quemadmodum nummis & cal- culis utimur ad numerandum: sed ut eam in commune con- ferret, & publicis usibus impartiretur. Cujus rei fidem faci- unt æternæ laudis & artis pignora, quæ seculo deposuit per- mansura donec in terris erunt cultores honoris, sapientiæ, atq eruditionis. Nulla vox est, nullum orationis genus tam or- natum, copiosum atque magnificum, quo talia pro dignitate celebrari possunt, tum autem vetat Solonis sanctio ne divina res fiat in transcursu. Reverentius hæc illibata judiciis & co- gitationibus religiosi auditoris permittentur, quàm si ingenii culpâ deterantur. Simplici voto designaturus videor tempo- rum felicitatem ab omni parte perfectam & absolutam si quicunq; ad rem literariam animum appellunt ita nervos inge- nii explicent, ut ejusmodi scripta vel intellectu consequi, vel ingenuo saltem amore complecti queant. Nam pleraq; gra- vioris meditamenti sunt ex eâ nota, quæ profanum vulgus ar- cent ab ingressu, nec patent nisi quibus intima doctrinarum a- dyta recluduntur. Quis enim nisi interioribus literarum sa- cris diu multumq; operatus, ausit illotis manibus attrectare paginas illas, quibus annorũ descriptiones, emendatio tempo- rum, & accuratissima omnium ætatum ratio ac disciplina continetur? quis nisi cum stupore accedat in lucos Eusebii nunc luce meridianâ clariores? In criticis, omnium rectè æ- stimantium judicio princeps sine controversiâ, sine æmulo ac rivali dominatur. Quàm multi sunt, qui totam in eâ parte studiorum ætatem consumpserunt, & eam famam adepti

sunt

sunt ut columina literarum & ornamenta seculi perhibeantur, qui tamen nullo modo sunt cum nostro naturę miraculo conferendi: Ille est aquila in nubibus, ille οἶος πέπνυται, οἱ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

Solus hic est sapiens, alii volitant velut umbræ.

Quoties ejus meminerunt duo de triumviris reipubl. literariæ (non est obscurum quos hoc elogio designari cupiam) tanquam de divino quodam viro, non de homine mortali loquuntur. Sed quid opus est per conjecturas, per interpretes & testimonia veritatem exquirere, quum in medio perscriptæ sint auctoritates ipsius viri majores omni exceptione, quibus cum æternitate seculorum famam nominis sui conjunxit & exęquavit? Nullus est alicujus notæ scriptor Græcus aut Latinus, cui non lucem aliquam fœneratus sit. Præclara sunt, & supra omnem commendationis aliam assurgunt ea quæ cum usu publico communicavit, nec minora censeri debent quæ inter Vestæ penetralia liberali custodiâ asservavit, ut erat fugitans ambitionis, & ipso sui contemptor præsertim in ejuscemodi studiorum diverticulis & amœnitatibus, quum tamen plerique ex hoc mustaceo laureolam quærant, & mirificè sibi placeant si vocem aliquam obsoletę vetustatis, *Verbaq́ cinctutis vix exaudita Cethegis*, è situ & squalore in lucem revocârint. Philologiam ille quidem adamavit, sed cùm intervalli negotiorum otio insitio dispungere voluit, & hoc exercitationis genus habuit inter laxamenta curarum. Quippe cùm acer ille animus, & æmulata cœli, unde originem ducebat, non posset nihil agere, mutationem laboris instar refectionis arbitrabatur. Cato censorinus, ut memoriæ proditum est, in Originibus magnificè & sapienter scripsit, viris claris & eminentibus non minus otii, quàm negotii reddendam esse rationem. Erat & apud Athenienses ἀργίας δίκη adversus desides & ignavos. Si nostro incomparabili viro libuisset in lucem aspectumq; proferre quidquid sub acumen styli veniebat, quum mentem gravioribus curis fessam humaniorum literarum solatio recrearet; nihil forsitan superesset quod in Criticis desideraremus. Longè posthabenda essent aliorum seria ludicris ejus, & animi missionibus. Quum autem inflammarit eum igneus vigor, & afflevit ille spiritus, ut ad Poësim accingeretur, quis cum eâ paria facit? quam non longo intervallo post se reliquit? Quis in Græcis viam vidit quâ itur ad carmen, aut visam feliciori pede calcavit? Omnia captu seculi nostri superiora sunt, & ad eruditissimæ antiquitatis gratiam

ad-

adſpirant, nec fuco aut lenociniis, ſed inaffectata ſimplici & naturali pulcritudine aſſurgunt. Quodq; argument eſt abſolutiſſimæ ſcriptionis, omnes vel mediocriter literis i buti, quum ejus Poëmata in manus ſumunt, ſi quid hab ingenuæ indolis, eadem ſibi in mentem venire poſſe vano c dulitatis errore imaginantur: ſed ubi in rem præſentem; & experientiæ ſpecimen venitur, ſudabunt plus ſatis, & niſi prorſus excordes, ultro imbecillitatem ſuam agnoſcent, & ſe modulo ac pede metiri verum arbitrabuntur. Hoc op hic labor eſt. Ego plurimum genio meo gratulor, quod maximi viri conſuetudine & intimâ admiſſione fructum hu reportavi, ut quamquam abſum longiſſimè à facultate cc dendi monumenta perfectæ curæ aut artis, tamen haud om um abſurdiſſimè forſitan de claris operibus ſententiam fe poſſim. Benignius enim & indulgentius patet judicandi de teritas, quàm efficiendi poteſtas. Cæterum qui (ut cum P tone loquar) non pepulit fores Poëticas, is ſi de præſtanti mo vate judicium facere præſumpſerit, nihilo plus aget, quà ſi cæcus de varietate colorum, ſurdus de concentu vocum arl trari voluerit. Quum autem habeant hæc ſtudia ſuam qua dam tempeſtivitatem, nec ſerior ætas promendis Muſaru fœtibus idonea aut habilis eſſe videatur: illud maximè n randum eſt, in noſtro ſene perpetuam ingenii alacritatem, juventutis indolem affloruiſſe: nec ullum ex ſenectute de quium mens ejus unquam ſenſit, ſed acceſſionem prudent & judicii maturitatem reportant. Veneres & feſtivita comitatę ſunt eum uſq; ad extremum ævi decurſum, ſed ut ꝑ cturæ lucem nihil tam commendat quam umbra: ſic non m lius quam obtrectationi & invidiæ creditur qualis quantus ſit JOSEPHUS SCALIGER magni patris magna prog nies.

Credo equidem, nec vana fides genus eſſe deorum.

Quid enim illi objectare poſſunt homines omni pudore ruti præter virtutem, cui bellum indixerunt? quid imperi malè urit præter infinitam eruditionem, cujus radios noct non ferunt? quid flagitioſos & ſcelerum ſibi conſcios quieſc re non patitur præter integritatem morum, & vitæ ſanctim niam, à quâ longè ſunt averſi? quid animas humiles, & eg nas veræ laudis offendit, niſi

Multa viri virtus animo, multusq́; recurſans
Gentis honos,

quarum rerum fulgore perſtringuntur? Sed impenetrabil

ſu

sunt heroum filii morsibus calumniarum, nec infame genus bubonum officere potest luminibus Phœbi. An quidquam decidit magno Catoni quod Strumæ sedent in sella Curuli, quodq; se præterito Vatinius judicio fæcis Romulorum ad præturam est evectus?

Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus,
Nec sumit aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ.

Ut arbores altius radice terram comprehendunt, quo sævius ventorum furiis exagitantur: ita clarius illustratur & pronius enitescit dignitas & amplitudo præstantium virorum, quo magis obnoxii sunt telis malignorum, qui simultatem eorum affectant quorum similitudinem assequi vel propter improbitatem nolunt, vel propter ignaviam desperant. Ipse Jove progenitus Hercules *diram qui contudit hydram*, qui omni genere monstrarum terras liberavit, & quem fama beneficiorum memor adscripsit numero Divorum, non prius invidiam debellare valuit, illam individuam virtutis labem, quàm è rebus humanis exemptus esset. Noster etiam dum interfuit mortalium cœtibus, ita sublimitate mentis eminebat supra fatalem hanc lucem, ut ejus omnem impetum eluderet, tanquam à scopulo fluctuum assultus frangi solent. Nisi quis jejunè malevolus patet, florem dignitatis, aut honorem illustrissimæ propaginis, unde reges, & latè terrarum domini prodierunt, quidquam detrimenti capere ex fœtidis scurrarum convitiis, quorum ne nomina quidem sine piaculo pronunciari debent. Quis unquam erupit in auras immanior & horribilior liber quam est SCALIGER hypobolimæus? Nisi ipso furore satis cruciaretur editor infandi operis, delegandus esset carnifici. neque enim aliâ manu sanari potest tam vehemens morbus. Sed quid aliud quàm detestabile & abominandum pareret vespillonis atque exoleti scorti progenies, plagiarius, fur, delator, crucis candidatus & esca patibuli, monstrum in ultimas terrarum oras deportandum, & ex ipsis humanæ naturæ finibus exterminandum? Is omni colluvione scelerum ac flagitiorum execrabilis ausus est sanctissimum senem, cui haud ita pridem tanquam deo literarum assurgebat, quem laudibus extollebat ultra quàm fas & sperare mortali, in eum ausus est furcifer tam tetra, tam abominanda convitia jaculari, ut nihil impurius ex Averni faucibus tota furiarum cohors exhalare possit. Scilicet hæc nitedula sordes suas affricare stu-

duit homini inculpatissimo, cujus conscientia major, aut tacta vitiis, tantum abest ut se feriri senserit, ut potius inde col legerit segetem & materiem veræ gloriæ, sibi ipsi impendio pl cere debuerit, quum displicet talibus vomicis & carcinom tis, quæ vivunt in opprobrium seculi, & in detestationem g neris humani. Sed nunquam assequetur impurissimus scu ra, perditæ profligatæq; turpitudinis, & morum immanitati ut vel bonorum virorum innocentiam lædere, vel clarorum famam innuere, vel fortium & generosorum indignatione mereri possit. Itaq; noster heros fastidioso contemptu, constanti silentio vindicabat se ab hujusmodi nebulone, luto manum inquinaret, aut voto compotem efficeret infam famæ cupidum adversarium si irasci dignatus esset. hoc eni compositi habuit ut gloriosis inimicitiis inclaresceret, & p ruinam alienæ existimationis ad famam grassaretur. Se aquila non captat muscas, nec unquam fando auditum est bubonem obscœnum petiisse Pæanis arcu. Nos auriti te stes sumus, quam suaviter interdum jocos & dicteria jacer in ejusce notæ verberones, quos non tam oderat ob improb tatem, quàm contemnebat ob stultitiam. Et certè sibimet in tus, ac dignitati suæ fuisset injurius, si cum tàm dispari antag nistâ nullam ad rem quam ad maledicendum idoneo conte dere sustinuisset, impar congressus Achillei in eo certamine in quo victoria est penes eum, qui sponte cedit & vinci se gloriatur. Tum autem, quanquam vivimus in effœto vi tutum seculo, & feracissimo calumniarum, tamen non ta malè & sinistrè opinatus est de suis temporibus, ut creder fore, qui tam portentosis & immanibus mendaciis animu atque aures adverterent, præter eos qui simili morbo vel n fandi sceleris vel insanabilis dementiæ conflictarentur. Se nimis versor in infami argumento, dum tot verba perdo con tra bipedum nequissimum qui non existimavit probari pos suis similibus se esse iuratum virtutis & honoris hostem, ni principem ingenii, doctrinæ ac sapientiæ maledictis incess ret: quem quidem satis ulciscuntur mores sui. nam frust sim, & cum ratione insaniam, si id genus animal oratione v sanare vel sauciare postulem, ut rubore suffundatur canis, cuj frons ferrea & exsanguis depudere didicit, atque omnem hu manitatis sensum à se penitus abdicavit. Olim artibus inge nuis & homine libero dignis mentes mansuescere, mores e poliri credebantur, nunc ex hominibus in feras agrestes deg nerant, & naturam ipsam exuunt qui se literas amare gloria

ur. Cur enim tam ferociter insurgerent, tam intemperanter
debaccharentur lymphatici homines in eum, quem omnes
consentiunt probi primarium seculi fuisse virum, & principem
senatus literatorum? Hoc nemo in dubium vocat nisi sacri-
legus & intestabilis, nec ullus de generis origine vel ipsi vel
optimo parenti litem unquam movit, quanquam multorum
oculis observabantur eorum actiones, nec effugisset curiosam
malignitatis diligentiam, si quâ sinisterior suspicio animis ho-
minum insedisset. Nunc exorti sunt fraterculi Gigantum
qui id attentarent quod omnium reformidaverat audacia. Sed
non est mirum, si canes latrant, porci cœno ac sordibus dele-
ctantur. Interim manet æternumq; manebit immota veri-
tas, nec loco cedet Scaligera nobilitas, quamvis exuta sit patri-
monio majorum, & exterminata sedibus avitis per injuriam
potentiorum magno cum seculi pudore. Non effecit tamen
fortuna quod voluit. Ea enim tantùm eripuit quæ dare so-
let. Scientiam rerum plurimarum, sapientiam intelligen-
tem divini humaniq; juris, constantiam in adversis, modera-
tionem in prosperis, aliasq; heroïcas virtutes non amisit. Ta-
lia munera nec dono dantur, nec adimi cuiquam possunt.
Omnia sua secum portat magnanimus Bias, quum urbe & ar-
ce capta se solo beatus patriam relinquit, probamq; pauperiem
sine dote quærit. Sed ex omni censu bonorum, quibus noster
heros ad miraculum usque suspiciendus fuit, nullam laudem
reor esse comparandam cum pietate, & religioso Numinis
cultu. Quæ virtus tanto clarior haberi debet, quo rarius in
eruditis hominibus deprehenditur. Dicam enim justâ cum
indignatione id quod res est: plerique scientiæ typho sic inso-
lescunt ut Deum vereri ac venerari dedignentur, quasi doctri-
na dux esse debeat ad induendos ritus Cyclopum, & exuen-
dam Numinis reverentiam, in quo sunt omnes thesauri scien-
tiæ ac sapientiæ reconditi. Noster autem immane quantum
à Mezentiis Divûm contemptoribus abhorrebat. Nullum
genus hominum (si homines dicendi sunt & non potius brutæ
pecudes) tam inexpiabili odio aversabatur, & diris atq; exse-
crationibus devovebat, quàm atheos: nec facilè adduci pote-
rat, ut crederet, quenquam ita desciscere à naturali lege & ra-
tione, ut Deum aut non adoraret, aut non putaret; Permultos
quidem reperiri qui sic vitam instituerent, quasi nullus esset in
cœlo rerum humanarum arbiter ac moderator, qui quæ nos ge-
rimus audiret, & contemplaretur, vindex scelerum, munera-
tor rectè factorum. Sed tamen ubi suam quisq; conscientiam

interrogat, neminem se judice absolvi posse quin sub domestico tortore sævius vapulet quàm si saxo saliat, has esse fœdas ardentes, has furiarum faces quibus improborum menti inquietantur, ut quidquid meruerunt semper exspectent, & ultricem Nemesin accinctam flagello ante oculos versari arbitrentur; contra nihil securius posse dici animo sibi rectè conscio. *hic murus aheneus esto: Nil conscire sibi: Si fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruinæ.* Porrò cum studio veræ pietatis, quam ante omnia coluit noster venerabilis senex adjungit amorem veritatis, quàm & à patre didicerat, & prorsus in animum inducebat, esse basim ac fundamentum omnium virtutum. Simulationem ac dissimulationem refugiebat cane pejus & angue, tanquam hostem ingenuitatis, & quæ magnanimum pectus minimè deceret. Placuit illi generosa vox Achillis apud Homerum Iliad. 4.

Ἐχθρὸς γὰρ μοὶ κεῖνος ὁμῶς αἴδαο πύλῃσιν,
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει.

Odi æquè ac portas inferorum eo qui aliud ore promunt, aliud corde condunt. Hunc ille cursum vitæ peregit usq; ad extremum spiritum. Solon qui & unus fuit è septem Græciæ sapientibus & solus inter eos legum conditor, dicere solitus erat, Neminem esse numero beatorum adscribendum, priusquam ad fatalem metam devenerit, & ultimum vitæ actum expleverit. hic est ille decretorius dies qui de omnibus antea ctis sententiam fert.

Nam veræ voces tum demum pectore ab imo.
Eliciuntur, & eripitur persona, manet res.

Nullum tunc fingendi tempus est, nullus mimo locus. Optimè constat vitæ totius ratio iis qui fortiter mori didicerunt. Videamus igitur quantum hîc constantis animi specimen noster addiderit. Jamprimum simul atq; se morbo correptum sensit, continuò mens præscia futuri, augurata est instare sibi ultimum ævi terminum: idq; sermone & vultu ad firmitatem erecta denunciavit amicis, cùmq; familiares aliquam spem recuperandæ valetudinis ostenderent, nec animum esse despondendum, ille contra de morbi sui genere coram summis Medicis tam peritè & accuratè disseruit, ut rationibus ejus haud gravatè assentirentur. Tantâ verò cum tranquillitate mentis certam sibi mortem impendere asseverabat, ac si in alieno foro versaretur, nec ea res quidquam ad se pertineret. Mox supremæ voluntatis curas ordinavit, ne moreretur intestatus. Toto autem tempore quo domi desedit, aut lecto affixus fuit, sermo-

iones meram pietatem spirantes tanquam ex adytis effudit
.e misericordiâ Dei, de redemptione generis humani, de justi-
ficatione per fidem in Christum, de resurrectione corporum,
& animarum immortalitate, aliisq; præcipuis religionis arti-
culis : adeò ut jam tum cœlestis gloriæ primitias disserendo
degustare videretur. Interdum vicem suam dolebat, quòd
ob imbecillitatem virium solemnibus studiis & vitæ muneri-
bus incumbere ulterius non liceret. Nempe animus priscæ
nobilitatis, & divinæ memor originis, cogitabat, Imperatorem
stantem mori oportere. Nam si infimo generi gladiatorum
curæ fuit ut honestè decumberent, quantò magis decet viros
cum in humanarum rerum despicientiâ, tum in studio pietatis
exercitatos hoc agere, ut constanter ac fortiter fati sui legem
excipiant? ne velut inertes Poëtæ in extremo actu corruisse
arguantur. Hunc casum pulchrè vitavit noster primarius se-
culi vir. Nam cùm antea semper æquabilem sui modum re-
tinuisset, tum in novissimo certamine, quo etiam filii deorum
percelli solent, & de statu mentis exturbari tanto robore ani-
mi, tantâq; constantiâ munitum pectus habuit, ut nullo mor-
tis metu sese perrumpi pateretur. Quin & ardentibus votis
exoptabat cum Apostolo, maturè liberari corporis ergastulo, &
esse cum CHRISTO. Nihil aliud preces ejus spirabant præ-
ter fastidium hujus infelicis vitæ, & certam fiduciam immor-
talitatis. Quin & uberibus lacrymis deplorabat nimiam vi-
vacitatem suam, quòd ad ea usq; tempora durâsset, quibus in
dubium vocaretur meritum & satisfactio Servationis nostri
JESU CHRISTI, quem se propediem visurum esse confide-
bat, sedentem ad dextram patris omnipotentis. In hâc spe
& plenissimâ persuasione animam placidè exhalavit, ut mors
somno simillima videretur, & ad cœlestem patriam commi-
gravit, unde dono Dei tam ingens pignus ac depositum in ter-
ras transmissum erat. Ita nobis occidit magnus heros, cujus
quidem occasum non ignavo luctu prosequi decet, sed memo-
riam piè inviolateq; venerari. Corpus, hospitium illius illu-
stris animæ, quæ terras omnes nomine suo implevit, hesternâ
die compositum est tumulo, ubi exspectat resurrectionem,
quum æternus æterni Dei filius veniet jura factorum daturus
vivis ac mortuis. Potior autem ejus pars cœlo recepta est, ubi
sempiterno ævo fruitur, eam vitam agit quæ nec temporum
metis, nec & felicitatis modo circumscribitur: quam non o-
culus vidit, non auris audiit, non vox eloqui, nec humana mens
capere potest. Quapropter etsi non solùm hæc Academia,

verum etiam universa resp. literaria gravi damno ac vuln afflicta est ex tanti viri amissione tamen illius beatitati pot gratulari nos oportet, quàm infirmo desiderio & muliebrib lamentis lugere ademptum, ne magis ob nostram jacturā dolere, quàm ob ejus commodum lætari videamur. Erig mus igitur animum, & fortibus solatiis leniamus ægritudin quod fiet si mentem componamus ad ejus exemplum atq imitationem. Tot præclara sui pignora nobis reliquit, qu rum decus nulla posteritas silebit, memoriam nulla unqua obliterabit oblivio: In iis contemplari licet ingentis viri eff giem meliùs expressam quàm penicillis Apellis, aut cælo Ly sippi. Hæc nobis ad æmulandum proposita sunto. Na si fumosæ majorum imagines, quæ nihil intuendum exhiber præter exteram corporis figuram, ardorem honestis mentib addunt, ut eorum laudes vitâ & factis repræsentare conten dant, quanto magis animos nostros inflammari oportet a gloriam & verum decus, quum diurnâ nocturnaq; manu ver sabimus monumenta præstantissimi virorum? Vos ô flos & soboles ingenuæ juventutis, qui huc à parentibus missi estis, u inde tanquam à mercatu domum redeatis aucti bonarum ar tium proventu, quibus patriæ usui, vobis honori, amicis auxi lio esse possitis, capessite precor, & amplectimini tam pulchr & præclaram occasionem. Non possunt omnes esse Catone aut Socrates. gratulandum est sæculo nostro, quòd Leida pri mario & singularis exempli viro tamdiu potita sit. Pulchrun & gloriosum est iis qui ad summa contendunt si in secundi aut tertiis consistere possint. Nos, ut captus est mediocrium non deerimus tueri dignitatem literarum, nec deseremus ho norificam stationem in quâ nos bonorum suffragatio, & non nulla doctrinæ opinio collocavit. Ad me quod attinet, pol liceor ex animo, profiteorq; me nullo unquam tempore vestri utilitatibus & commodis defuturum, qua publicè qua priva tim, semper curæ & cogitationes meæ studiosorum juvenum temporibus devovebuntur. Extremum hoc erit, ut quod & mos & officii ratio præscribit, huic ornatissimo consessui grati as agam, quòd tantâ celebritate ac frequentiâ cohonestare di gnati sitis hoc nostrum non ingenii aut eloquentiæ specimen sed supremum pietatis munus atque humanitatis, devotum piis manibus principis omnium ætatum viri in omni gener literarum atq; eruditionis.

Reliqua, quæ ad SCALIGERI laudes spectant, satis accuratè prosecutus est magnus Herois hujus Discipulus, **Da-**

nii

niel Heinsius, duabus orationibus in ejus funere habitis. Edidit insuper *Iacobus Revius* Epistolarum Gallicarum farraginem, in qua JOS. SCALIGER à Regibus, Principibus, Ducibus, Episcopis, Abbatibus, aliisq; viris tum genere tum eruditione claris, blandè compellatur. Videatur quoq;, cui lubet, *Paulus Colomesius* in Gallia Orientali, ubi scripta & quàm plurima ejus elogia recenset.

JOSEPHO SCALIGERO,
Linguarum propè omnium perito
Temporis Emendatori,
Antiquæ Astrologiæ illustratori.

Solus qui totum discendo exhauserat orbem,
Naturæ sibi vix sufficientis opus.
Omnia conatus pervaserat omnia, proles
Cæsaru, & vidit nil superesse sibi.
Iam Puero Graji, puero cessere Latini,
Dat puero victas Martia Roma manus.
Insequitur Phœbum (tanta est audacia mentis)
Et pariter per quas proficit ille vias.
Gens Arabum cedit, cedit gens conscia Nili,
Et qua Nilus adhuc dissimulatus abit.
Cedunt Armeni, cedunt Persæque, Syrique,
Et si quem medio conspicit orbe dies.
Tendit in occasum, sed postquam cesserat ortus:
Hic quoque quæ discat, cetera doctus, habet.
Tempora restabant: vastum complectitur ævum,
Et toto major tempore, tempus obit.
Quid superest Naturæ? pudet, jam exhauserat orbem,
Si dederis cœlos; hic quoque mente fuit.

DAN. HEINSIUS.

In obitum
JOSEPHI JUSTI SCALIGERI,
Viri prosapia, ingenio, virtute & eruditione illustrissimi.

Quod Sol diebus, Luna quod dat noctibus,
Hoc SCALIGER *dat literis & artibus,*
Sed literis & artibus meli ribus

In erudito hoc orbe. Solem tollito,
Lunamque paulum tollito, Densæ illico
Fient tenebræ. SCALIGER *sublatus est,*
Et non tenebræ in literis & artibus
Sequantur? At solatium est, quod ipsius
Superstites sint aurei sanè libri.
Illi tenebras demorentur, & jubar
Si non licebit, dent modò crepusculum.

CHRISTIANUS BECHMANUS

EPITAPHIUM.

Siste gradum, Lector; jacet heic quem quærere non est,
Quippe cui Europa est, SCALIGER hospitium.

C. BARTHIUS.

DEO. OPTIMO. MAXIMO.
SACRUM.
ET. ÆTERNÆ. MEMORIÆ.
JOSEPHI. JUSTI. SCALIGERI.
JUL. CÆS. A. BURDEN. F.
PRINCIPUM. VERONENSIUM. NEPOTIS.
VIRI. QUI. INVICTO. ANIMO. UNA. CUM. PARENTE.
HEROE. MAXIMO. CONTRA. FORTUNAM.
ADSURGENS.
AC. JUS. SUUM. SIBI. PERSEQUENS.
IMPERIUM. MAJORIBUS EREPTUM
INGENIO. EXCELSO. LABORE. INDEFESSO.
ERUDITIONE. INUSITATA.
IN. LITERARIA. REP. QUASI. FATALITER.
RECUPERAVIT.
SED. PRÆSERTIM. EJUSDEM. MODESTIÆ.
QUOD. SIBI. FIERI. VETUIT.
IIDEM. QUI. IN. URBEM. HANC. VOCARUNT
CURATORES.
ACADEMIÆ. AC. VRB. COSS.
HOC. IN. LOCO. MONUMENTUM. P. E. L. C
IPSE. SIBI. ÆTERNUM.
IN. ANIMIS. HOMINUM. RELIQUIT.

Lapid

Lapidi Sepulcrali inscriptum est:

JOSEPHUS. JUSTUS. SCALIGER.
JUL. CÆS. F.
HIC. EXSPECTO. RESURRECTIONEM.
TERRA. HÆC. AB. ECCLESIA. EMTA. EST.
NEMINI. CADAVER. HUC. INFERRE. LICET.

SCRIPTA.

Conjectanea in M. Terentium Varronem de Lingua Latina: *Paris.* 1564. 1573. 1610. in 8.

Hippolyti Episcopi Canon Paschalis cum commentario: *Antverp.* 1565. in 4.

Libri VII. Poëtices: *Geneva* 1566. in Fol.

Notæ & Carmina Empedoclis.

Sophoclis Ajax Lorarius cum Latina versione: *Paris.* 1573. in 4.

Comment. & Castigationes in P. Virgilii Maronis opera: *Lugdun. Batav.* 1574. in 8.

Castigationes in Catulli versionem Callimachi de comâ Berenices: *Amsterd.* 1584. in 8.

Comment. ad Hypoliti Canonem Paschalem: *Lugd. Bat.* 1594. in 4.

Lectiones Ausonianæ: *ibid.* 1574. in 16. *Heidelb.* 1588. in 8. *Burdegala* cum notis Vinetii 1597. in 4. *Paris.* 1605. in 8.

Notæ in veterum Catalecta, ad finem Virgilii Germani Valentis Guelli: *Antverp.* 1575. in fol. Auctiores recusæ cum Frid. Lindenbrogii notis: *Lugd. Bat.* 1617. in 8.

Castigationes & notæ in Marcum Verrium Flaccum & Pompejum Festum, de verborum significatione: *Paris.* 1576. 1584. 1593. in 8.

Notæ & emendationes in Catullum, Tibullum Propertium: *ibid.* 1577. in 8. *Antverp.* 1582. in 8. auctiores *Heidelb.* 1600. in 8.

Notæ & Castigationes in Manilium: *Paris.* 1579. *Genev.* 1598. in 8. Locupletiores *Lugd. Bat.* 1599. in 4. & deniq; iterum auctiores à Joh. Henr. Bôclero *Argent.* 1655. in 4.

Opus de Emendatione Temporum: *Paris.* 1583. in fol. *Francof.* 1592. in fol. Auctius. *Lugd. Batav.* 1589. in fol. *Genev.* 1629. in fol.

Animadversionum liber in locos controversos Roberti Titii, sub

sub nomine Yvonis Villiomari (de quo Fl. Christianus i Aristophanis Irenam p. 133. & Jo. Rhodius in Auctoru supposititiorum Catalogo p. 4.) *Lutet.* 1586. 1597. in 8.

Epistola in Fabium Paulinum Utinensem, sub eodem nom ne: *ibid* 1587. in 4.

Poëmata, cum Ajace Lorario Sophoclis converso: *Argen* 1587. in 8. *Lausanna* 1591. *Francof.* 1600. in 8. & ex Mu sæo Petri Scriverii: *Lug. Bat.* 1615. in 12.

Notæ in Lucanum: *Lut.* 1589. in 8.

Lycophronis Cassandra jambico carmine translata: *Lug Bat.* 1590. in 4. & in editione Meursiana: *ibid.* 1599. in

Epistola ad Janum Douzam, de vetustate & splendore Ge tis Scaligeræ, & Julii Patris vita, à J. Douza F. edita: *ibi* 1594. in 4. *Rostoch* 1614. in 4.

Cyclometrica Elementa: *Lug. Bat* 1549. in 4.

Elenchus & castigatio Anni Gregoriani: *ibid.* 1595. in 4.

Emendationes ad Theocritum, Moschum & Bionem: *Hei delb* 1596. in 4. *Lugd. Bat.* editione Heinsianâ 1604. in 4

Sententiæ Publianæ totidem versibus Græcis conceptæ, &

Dionysii Catonis disticha, itidem Græcè cum notis: *Lugd Bat.* 1598. 1635. in 8. *Paris.* 1606. in 8. *Amsterd.* 1646 in 8.

Astrampsychi Oneirocriticon cum castigationibus Græcè & Latinè: *Paris.* 1599. in 8.

Stromateus Proverbialis (Reperitur inter Adagia Schotti, d quo Casaubonus lib. 7. Animadv. ad Athen.) *Lug. Bat* 1600.

Inscriptiones antiquæ à Jano Grutero cum suis editæ: *Hei delb.* 1602. in fol.

J. Scaligeri & Freheri expositio Numismatis Constantini 1604. in 4.

Elenchus Trihæresii Nicolai Serrarii: *Franekeræ* 1603. in 8 : *Arnh.* 1619. in 4.

Animadversiones in Chronicon Eusebii: *Lugd. Bat.* 1606 auctiores, accurante Alexandro Moro, *Amsterd.* 1656. i fol.

Jambi Gnomici: *Lug. Bat.* 1607. in 8.

Ephemerides ab A. 1589. ad A. 1600. *Venet.* 1589. in 4.

Florilegium Epigr. Martialis Græcè: *Lutet.* 1607. in 8.

Elenchus utriusque orationis Chronologicæ Davidis Paræi *Lugd. Bat.* 1607. in 4.

Scazon in urbem Romanam: *Francof.* 1609. in 4.

Op

Opuscula varia: *Francof.* 1612. in 8. *Parif.* 1610 in 4.
Conjectanea de Nonni Dionysiacis: *ibid* 1610 in 8.
Notæ in Tertullianum de Pallio: *Parif* 1610. in 4. 1613. cum tractatu de Æquinoctiis à Rutgersio vulgato.
Notæ in Senecam Tragædum: *Lugd. Bat.* 1611. 1621. in 8.
De re Nũmaria opus posthumum, editum à Willebrordo Snellio: *Francof* 1612. *Lugd. Bat.* 1616 in 8.
Proverbiorum Arabicorum centuriæ duæ cum interpretatione: *Lugd. Bat* in 4. 1623. in 8.
De Arte Critica Diatriba, ex Musæo Joachimi Morsi: *ibid.* 1619. in 4.
Loci cujusdam Galeni difficillimi explicatio, edita ab eodem *ibid.* 1619. in 4.
Manipulus Notarum in Novum Testamentum: *Genevæ.* 1620. in 4.
De decimis. *Lond.* 1660.
C. Julii Cæsaris commentarii, ex ejus emendatione: *Amsterd.* 1622. 1644. 1657. 1665. in 12. 1669 in 24.
Notæ in Historiam Aromatum Garsiæ ab Horto (Lege Vopiscum Fortunatum Plempium p. 35. lib. 2. Canonis Avicenæ.)
Statuitur à quibusdam Auctor Confutationis Tabulæ Burdonum, editæ sub nomine I.R.B. id est, Jani Rutgersii Batavi: *Lugd. Bat.* 1609. in 8. Lege Scaligerum in epist. p. 624.
Epistolæ à Daniele Heinsio editæ: *Lugd. Bat.* 1627. in 8. *Francof.* 1628. in 8. Epistolæ Gallicæ: *Amsterd.* 1624. in 12.
De MSS. Scaligerianis conf. Joh. Henricum Hottingerum ad calcem Bibliothecæ Orientalis.



VITA



VITA
CL. VIRI,
JO. PAPIRI
MASSONI,
Francorum Historiographi,
ut &
In Regiâ & Senatu Parisiensi Advocati
Descripta auctore,
JACOBO AUGUSTO THUANO,
Senatus Præside.



Eruit & qui tot bello, pace, lite ris clarorum virorum non solùm m moriam ab interitu vindicavit, sed et laudes oratione celebravit, ut ipse, q satis per se scriptis suis orbi univer Christiano notus, ex privata vita à po steritate noscatur. Natus est in Segi sianis, sive Foresiani comitatus opid cui Germani fano in valle nomen, III. Non. Majas, qui l Joanni Evangelistæ in porta Latina sacer est, anno S. CIƆ.I XLIV. honestis & vitæ innocentiâ claris parentibus. Ji fue *Natalis Masso*, qui locupletem mercaturam domi exercuit, & *Antonia Girineta*, municipio S. Justi vicino oriunda. Pat præmaturè mortuo, relictis ex eo matrimonio tribus liberi *Catharina, Papirio* & *Ioanne*, cùm mater juvencula ad secun da vota convolasset, non tamen, quod ferè fit, primas caritat novo succedente adfectu deseruit; sed *Papirium* octenner statim ad Avunculos Lugdunum ducendum curavit, ac *Ph liberto Girineto* fratri, S. Stephani Collegii primicerio, multùr commendavit. Is porrò eum Villam-francam in Bellijocen pago misit ad studia literarum, quæ pro captu loci tunc tem poris sub *Petro Godofredo* Tricassino in eo opido florebant. In de jam provectior Billomum in Arvernis concessit, ubi Jesuit

P

Patres, auſpiciis *Gul. Pratenſis*, Epiſcopi Claromontani, nuper magnæ celebritatis ludum aperuerunt. In eo totum quadriennium ſeriò literis operam dedit, & philoſophicum curſum ſecunda inter ſodaleis ingenii ac diligentiæ fama peregit, Lugdunumq; avunculo revocante reverſus, cùm in eo eſſet, ut Toloſam Tectoſagum civilis prudentiæ profeſſoribus celebrem urbem proficiſceretur, incidere ea tempora, quibus ob religionem ubiq; toto regno tumultuabatur, & Toloſa ipſa parum à periculo abſuit. Itaq; mutato conſilio Billomum, ubi *Ioannem* fratrem reliquerat, redit, & ſtudia humanitatis ac Philoſophiæ aliquandiu intermiſſa repetit. Sub id eodem venit *Antonius Challonius* & ipſe Seguſianus, cum *Petro* fratre, qui mox actam ex ſtudiorum & voluntatum conſenſione cum *Papirio* amicitiam coluerunt, & conſuetudine loci & hominum, cum quibus degebant, allecti conſilium unà ceperunt ſe Societati tunc ubique & maximè in Italia percelebri, aggregandi, juvenili ardore validis pietatis adfectib⁹ faces ſubdente. Itaq; eodem fervore, quo conſilium initum fuerat, in Italiã ſimul profecti ſunt, & Romæ primã, ubi *Papirius* corã Cardinalibus orationẽ in funere Cardinalis, magno circumſtantiũ cum plauſu habuit, aliquandiu commorati ſunt; Dein & Neapolim cùm excurriſſent, inibi in ſchola Jeſuitica per biennium ferè docuit *Papirius*. Inde ſicuti ſimul profecti fuerant, ſimul in patriam redierunt, & *Antonius*, ut itineris, ſic triennii diviſo tam amabili conſortio primus conſilium unà captum abjecit; poſtea ſacris initiatus & trium Archiepiſcoporum Lugdunenſium ordine ſucceſſivo magna ſeveritatis & ſinceritatis laude vicarias partes geſſit. *Papirius* adhuc Societati adhærens Turnonium in Vivarienſi pago divertit, & in ſchola Patrum ea in urbe perquam famoſa menſeis aliquot docuit, ac poſtremo Lutetiam petiit, ubi in Claromonta ſchola, à quâ Societati tunc apud nos nomen, humaniores literas & poſtremò Philoſophiam magno concurſu profeſſus eſt. Dein exemplo *Antonii* conſilium priſtinum & ipſe abjecit, & in Pleſſiacam ſcholam migravit, ubi & publicè docuit, & prælectionibus ſuis præfatus relictæ à ſe Societatis rationem eâ moderatione reddidit, ut & conſilium ſuum auditoribus adprobaret, nec eorum, à quibus diſceſſerat, dicto factove exiſtimationem, quod animosè tunc faciebant pleriq;, læderet. Jamq; vigeſimum ſextum annum egreſſus ſcholaſtici pulveris tædio ſubeunte vir ad potiora natus, cùm rumore nuptiarum CAROLI IX. cum ELISABETHA, MAXIMILIANI Cæſaris filia, con-

contrahendam percrebescente, Mezeriam ad Mosam in comitatu nobilissimi cujusdamviri ire perrexisset, impetum cepit eam celebritatem eleganti libello describendi, quod ei deinceps majora audendi felix initium fuit, & *Franciscum Balduinum*, quem familiariter Lutetiæ coluerat, Andegavum, ubi Jus profitebatur, secutus biennium integrum civili prudentiæ operam dedit, & fama jam per primitias illas quæsita in viri Amplissimi, *Philippi Huralti Chevernii*, Andium Ducis Cancellarii, qui inter negotia aulica impenso in literatos amore bibliothecam libris undiquaq; collectis instruebat, familiam ascitus est, in qua per sex annos tanti patroni seu familiaritate sive gratiâ adeò profecit, ut publicarum rerum notitiam ad privata studia adjecerit, & ope librorum exoticorum, quos in illo otio sibi comparaverat, multa eruerit, multa sit commentatus. Interim in Senatum Parisiensem Advocatus, productus est anno cIɔ.Iɔ. LXXVI. sed fecit, ut Virgilius eximius Poëta, qui apud judices egit causam unam omninò nec amplius quàm semel; sic *Papirius* unicam tantùm controversiam agitandam suscepit; eo exitu, ut id Decretum Senatus super collatione bonorum, solemni more rituq; pronuntiari in purpura juberetur, non sine aliqua disceptantis gloria; aliter enim fieri non potuit, cum ad *Papirium* victoria redierit. Neque interim à foro abstinuit, nam & III. Virorum regiorum auditorio Assessor, & in Nomophylacio Palatino fuit Referendarius. Per id tempus cum post Parisiensem intemperiem, quæ 8. Kal. Octob. anni cIɔ.Iɔ. LXXII. accidit, *Franciscus Hotomannus* JC. librum in Germania Franco-Galliæ nomine publicasset, ad recentis casus, ut creditur ultionem, quo Regum nostrorum potestas in artum cogebatur, qui volitanti passim libro responderet, repertus est *Antonius Matharellus* Catharinæ Reginæ Matris Procurator, qui ut majorem sibi dignitatem conciliaret, *Papirii* judicium libri fronti præscripserat. Inde res seria in jocum vertit, vulgato joculari scripto, cum *Hotomannus Matharellum* secum compositum contemneret, nec serio responso dignum duceret, addita interim contra *Papirium* adhuc sibi ignotum strigili, in qua inter alia nominis apud Christianos nusquam usurpati insolentiam cùm ei objecisset, *Papirius* scripto contrario id diluit, & innocenti mutationem nominis minimè periculosam esse ostendit; sed in reos Majestatis exilio, carcere, proscriptione, incendio & graviori, si qua excogitari potest, pœnâ dignam. Id autem fecerat exemplo *Challoni*, contubernalis sui, sicuti dicere solebat, qui ut à

Ant

Antonii, quod initio solùm habuerat, *Emmanuelis* nomen adjecerat; ita ipse ad *Ioannis*, quod commune cum fratre habebat, nomen *Papirii*, ad ambiguitatem tollendam assumere sibi liberum fuisse ajebat. Demum compositis post tam fædam tempestatem in Gallia motibus, de vitæ pacatiore statu cogitare cepit uxore ductâ *Dionysiâ*, *Francisci Godardi* accuratæ diligentiæ Senatoris Sorore, cum quâ conjunctissimè totos XXXIV. annos vixit, quo tempore iisdem in ædibus ferè habitavit, quæ ad fragores continuos oppositæ, & undiq; fabris ærariis, & lignariis ac seplasiariorum tabernis cinctæ importunis malleorum ictibus personabant, ad quos vir in opere defixus ita consuetudine obsurduerat, ut nihilo propterea minus lectioni & lucubrationi attenderet. In hoc otio aut strepitu potius Historias Francorum libris IV. distinctas, anno præteriti sæculi CIↃ. IↃ. LXXVII. & de Episcopis Urbis VI. libros novennio post edidit, & eadem opera totidem repetitæ lectionis libris cumulavit, publico propediè donandis, in quibus omnia nova ad illas Historias adduntur; ita tamen ut nihil prioribus derogetur. Scripsit alia multa & veterum, ut Agobardi, Episcopi Lugdunensis, opera, & Dugalli adversus Claudium Taurinensem, Fulberti Carnutum Episcopi & Lupi Ferrariensis Abbatis, & Acta Collationis Carthaginensis unquam edita publicavit, & pleraq; hujusmodi *Ioanni* fratri Bajocassium majoris collegii sodali, quod jam de quibusdam fecit, edenda testamento legavit. Postremò & notitiam Galliæ edidit, & in Fluviorum regni, qui æterni ferè locorum limites sunt & incommutabiles descriptione multùm desudavit, in eoq; opere nondum evulgato desiit. Fuit hilari & expedito ingenio ac candido & supra conditionem liberali, ut qui opera sua principibus ac summæ dignitatis viris ad decus potiùs quàm spe præmii nuncupare consuevisset. Amicos, secundum magnates, quibus Elogiis scribendis innotuerat, præcipuos coluit *Petrum* & *Franciscum Pithœos*, nobilissimam fratrum literatorum bigam, *Nicolaum Fabrum*, Sanctimoniâ morum & reconditâ eruditione virum incomparabilem; *Ioannem Savaronem*, Claromontanum Prætorem, de quo, quia in vivis degit, ne aliquid gratiæ dare videat, plura dicere supersedebo. Me quoq; familiarissimè inviscbat, præsertim post vulgatas Historias, quas diligenter notaverat, & de veris locorum in Gallia nominibus ex postrema antiquitate subinde me admonebat; cumq; non nullos me, ob ingenuam libertatem, malignè carpere indignaretur perinde eos facere ajebat, ac si propinatū vi-

num ob generositatem rejicerent; libertatem quippe Hi
riæ quasi animam esse, eaq; sublata effici, ne ad posteritat
cui scribatur, perennet. Scribebat & crebrò ad exteros, in
alios ad virum Ampliss. *Marcum Veljerum*, literatorum h
die in Germania Antistitem, & Illustrissimum *Baronium*,
te & postquam in Cardinalium Collegium cooptatus est;
cum literas ab iis acciperet, ad me sedulò afferebat. Vidi *B*
ronii literas ad eum scriptas cum censura librorum de Episc
pis Urbis, minimè ab Judicis consessu profecta; juxta qua
tamen, si opus alioquin luculentum & eruditum recuderet
fore dicebat, ut Romæ & ab omnibus in orbe Catholico s
offensione legeretur; quod judicium *Papirius* tanquam b
nevoli amici consilium interpretabatur, & aliis amicis discu
endum proponebat, de cetero posteritati quæ rectè secusq; c
ctis decus aut infamiam incorrupto judicio olim recensura
set, integrum negotium relinquebat. Fuit & in vita sobri
& vini cibiq; parcus; assidua lectione oculorum rubedin
contraxerat, de cetero validus & modicis deambulationibu
cum sudum erat, corpus exercebat. Prima Senii incommo
ex crurum infirmitate sensit; quippe quæ grave & obesu
corpus vix sustinerent, accedente desidis vitæ, qualis solet
studiosorum, pigritia cùm animus interim semper incede
Dein climacterio anno cepit lenta febre affligtari, quæ mod
intendebat, modò remittebat: deniq; emaciato sensim corp
re crurum illi usum omninò abstulit. Tandem ingravesce
ti febri, cum qua ferè quinquennium luctatus fuerat, impa
ineunte anno cIↄ. Iↄc. xi. Eid. Januar. piè in domino ob
dormivit, nullis relictis liberis. Corpus honorificè elatum
in cænobio Caritatis S. Mariæ vulgò nuncupato *Les Billett*
(nunc autem translato ad Patres Carmelitas reformatos Pr
vinciæ Turoniæ,) in B. Joannis Parœcia sepultum est, u
conspicitur illud Epitaphium.

MALLEOLO ET CELTE
incisum marmor ait.

SI SEPULCHRA SUNT DOMUS MORTUORUM, PAPIRI
MASSONUS, ANNALIUM SCRIPTOR, IN HAC DOM
QUIESCIT, DE QUO ALII FORTASSE ALIQUID, IPS
DE SE NIHIL, NISI QUOD OLIM, QUI HÆC LEGI
RIT, ILLUM VIDISSE CUPIET.

Ho

:oc Epitaphium *Io. Massonus*, Ecclesiæ Bajocensis in Lu-
dunensi secunda Archidiaconus & Canonicus, ex autogra-
ho fratris, poni curavit. Obiit autem Dominica infra octa-
m Epiphaniæ V. Idus Januarii 1611. horâ ferè tertiâ ante
urorami, sacris piè sumptis, anno ætatis sexagesimo septimo,
emptis quatuor mensibus & tribus diebus. Beatâ requie fru-
:ur. Amen.

SCRIPTA.

.nnalium libri IV. quibus res gestæ Francorum explicantur: *Lutet. Paris.* 1577. in 8.

:onsolatio ad Philippum Chevernium, Franciæ Cancellarium, super obitu Annæ Thuanæ, uxoris: *ibid.* 1584. in 4.

Jotitia Episcopatuum Galliæ, quæ Franconia est. *ibid.* 1586. 1606. 1610. in 8.

itæ trium Hetruriæ Procerum, Dantis Aligherii, Francisci Petrarchæ, & Joh. Boccatii: *ibid.* 1587. in 8.

ustinianei Cæsares, quorum nomina & constitutiones Justinianus in Codicem retulit: *ibid.* 1588.

ita inclyti Principis, D. Joannis Engolismæ & Petragoniorum Comitis, è regia stirpe Francorum: *ibid.* 1588. in 8.

:hristophori & Augusti Thuanorum Elogium: *ibidem* 1595. in 4.

:esta Collationis Carthagini habitæ: *Francof.* 1596. in 8. Paris. 1589. 1631. in 8.

)e gestis Episcoporum sive Pontif. Romanorum: *ibidem* 1586.

ita Lucii Titii apud Jureconsultos celeberrimi Viri, ex Pandectarum libris recens edita: *Lugd* 1597. in 8.

etri Pithæi JCti elogium: *ibid* 1597. in 8.

ita Jacobi Cujacii, Caroli Molinæi, & Renati Choppini descripta: *ibid.* 1606. in 8.

ita Claudii & Francisci, primorum Guisiæ Ducum, cum elogiis Caroli Cardinalis Lotharingi, & Philippi Emanuelis, Mercorii Ducis: *ibid.* 1614. in 8.

)e Fluviorum & Montium Nominibus, & de his, quæ in illis reperiuntur. Ex MSS. Græcè & Latinè, unà cum Pselli de Lapidum Virtutibus, edidit Philippus Jacobus Mausacus: *ibid.* 1618. in 8.

logia Serenissimorum Ducum Sabaudiæ, à Fratre ejus Joh. Baptista Massono, edita: *ibid.* 1619. in 8.

'umulus Margaretæ Valesiæ, Taurinensium Dominæ, ab eodem editus: *ibid.* 1619. in 8.

Elogiorum Pars I. quæ Imperatorum, Regum, Ducum, a rumq; insignium Heroum, superioribus & nostro sæc virtute bellicâ maximè illustrium, vitam complectitur. P II. quæ vitam eorum complectitur, qui amplissimarum gnitatum titulis vel eruditionis laude, & publicatis lite rum monumentis claruerunt, è Musæo Joannis Balesden *ibid.* 1626. 1638. 1656. in 8.

Dugalli adversus Claudium Taurinensem; Fulberti Carn Episcopi & Lupi Ferrariensis Abbatis opera, primùm m I. P. Massonis curâ edita: *ibid* 1664. in 8.

Agobardi, Episcopi Lugdunensis, opera: *ibid.* 1666.

Entier discours des Choses, qui se sont passes au nopces du R Charles IX. & d' Elisabeth. d' Austriche: *à Lyon.* 1571.



PRO



PROGRAMMA

In Funere

CLARISSIMI VIRI

JOH. NELDELII,

Logicæ & Ethicæ Professoris Publici, it & Collegii Principum Majoris in Acad. Lipsiensi Collegæ fidissimi, meritissimi, Propositum,

à

RECTORE ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



REmpublicam, legibus ex ipsâ rectâ ratione petitis, innixam, cum ædificio quodam splendissimo, artificiosissimèque extructo, columnis certis distincto, quibus reliqua moles incumbat, elegantissimè conferri posse, extra omne est dubium. Quemadmodum enim arx celsissima, vel aliud quoddam ædificium munitissimum ab omnis generis injuriis nos salvos & securos præstare solet: ita & Respublica, quâ in rebus humanis nil præclarius, nil divinius, nil magis augustum accepimus, vitam nostram, aliàs miserrimam futuram, quævis mala & damna avertendo, reddit felicissimam; & uti ædificia columnis cardinalibus sunt distincta, quibus omnis reliqua compages innititur: sic & ordines sive status in Republica certi ædificium illud Politicum incolume præstant & conservant. Quis verò nostrûm, columnâ unâ atq; alterâ motâ, & penitus collapsâ, non totum ædificium ruinam minitari præsentissimam existimet? neminem id inficiaturum arbitramur; ecquis viris eruditione clarissimis, prudentissimis spectatissimis, autoritate gravissimis, quibus unus atq; alter ordo tutissimè innitebatur, ex hac misera & calamitosa vita sublatis,

Rempublicam haud levem, imò maximam calamitatem
damnum esse accepturam diffitebitur? Idem in nostra Re
blica literaria, tanquam ædificio in hisce provinciis augusti
mo accidere, maximo cum dolore intelligimus. Primaria
cardinales Academiæ nostræ columnæ sunt studia quatu
Theologicum, Juridicum, Medicum, (facultates superio
vulgò vocant) & Philosophicum; quibus, ceu columnis, t
moles literaria, sive Academica incumbit: è quibus, si viri pr
cipes, Deo Opt. Max. paternè sic disponente, è medio toll
tur, & ex hac luctuosissima in beatissimam transferantur
tam, quis non auguretur & præsentiat, incommodum inde
titurum maximum? Non ita diu est, quod Princeps ordi
Juridici, Magnificus, Amplissimus, & consultissimus vir *Mi*
chael VVirth senior, supremæ curiæ provincialis assessor, Co
sistorii Præses, &c. hanc vitam cum morte commutavit, cu
memoria tristissima etiamnum in animis nostris hæret. Ga
vissimum illud vulnus ordini Juridico amplissimo inflictu
existimandum. Jam ultimus ordo Reipublicæ literariæ, quo
Communitatem studii bonarum artium appellant, veheme
ter nutare & titubare videtur: dum ex vivis decessit, & ex n
stro conspectu in cœleste domicilium sese subduxit vir clar
simus & spectatissimus JOHANNES NELDELIUS, Philos
phiæ Aristotelicæ Græcæ Professor eximius, & Collega Co
legij Principum Majoris fidissimus, qui, dum in vivis erat, q
Respublica nostra literaria, Philosophicam inprimis Facult
tem quod attinet, maneret inconcussa, sapientissimè provid
bat. Hoc verò extincto, quem lapsum, quam ruinam immin
re censetis, Cives Academici, Reipublicæ literariæ? Salvi at
integri supersunt cæteri duo Ordines, Theologicus & Med
cus, qui, ne ejusmodi casum gravissimum sentiant, est quod
DEO Opt. Max. votis unicè precemur. Hæc præfari placu
paucissimis, quò, quàm grave vulnus ordini nostro literar
iterum sit inflictum, omnibus constaret evidentissimè. Exp
nendum hoc loco, more ita recepto, censemus, tum, quæ st
diorum industria tractatio, tum functionum & offic
orum præclara administratio: tum quæ vitæ œcon
micæ fuerit ratio optima & exactissima, à piè defuncto obse
vata. In hanc lucem *Glogoviæ Majoris*, in annalibus Siles
post metropolin Vratislaviam satis nobilitatæ, ex Patre *Ma*
thia Neldelio, cive ejusdem loci honoratissimo, posthumus n
tus est; Matre *Apollonià*, ex honesta *Axterorum* familiâ, fo
minâ in pauperes pro modo facultatum satis liberali. Ex e
do

em familia *Neldeliana* illuſtres Abbates, præcipuorum cœnoiorum præpoſiti, itemq; Canonici, caligine, proh dolor, ſuerſtitionis Pontificiæ circumfuſi prodierunt, per quos cœlies ad paucos *Neldeliorum* familia redacta eſt. Et quandoquiem à primis ſtatim annis incredibilis ingenij vis, ſumma ueq; de ſe, ſecuturis temporibus promittens, in ipſo animadertebatur, tum in patriâ Scholâ pietatis, linguarum, & artium iberalium fundamenta jecit: tum in ludum Illuſtrem Portenem à Magnifico & ampliſſimo viro Domino D. *Hieronymo Cisenvvettero* Illuſtriſſimi, potentiſſimiq; Elect. AUGUSTI, audatiſſimæ recordationis, Cancellario, Sympatriotâ, affine, & patrono Anno M.D.LXVII. translatus fuit. In quo, cùm per triennium & novem menſes primum inter ſcholaſticos locum tenuiſſet, cum honeſto, morum vitæq; anteactæ teſtimonio dimiſſus eſt, Rectore *M. Christophoro Balduvio*: ubi in hanc almam Univerſitatem, ſtudiorum liberalium nutricem benigniſſimam, ſtatim ſeſe contulit, ut inde ingenium liberalis doctrinæ culturâ ſubigeretur, Scholasq; Publicorum Profeſſorum ſine ullius ἀψικορίας, valde noſtræ ætatis adoleſcentibus familiaris, crimine, conſtanter & aſſiduè frequentavit. Inprimis autem publicè audivit venerandâ canitie ſenem Dn. *Ioach. Camerarium*, communem tum præceptorem, in Politicis Ariſtotelicis, Pindaricis & Horatianis odis. Huic merito annumerantur Profeſſores cæteri Clariſſimi & Præſtantiſſimi, Dn. D. *VVolfgang. Meurerus*, Philoſophus ac Medicus ſolertiſſimus, M. *Valent. Thau*, Mathematicus excellentiſſimus, de cujus ſibi, ſuisq; ſtudiis valde funeſtâ morte ſæpius queſtus eſt ὁ μακαρίτης noſter. Adhæſit itidem continenter ſcholis Dn. M. *Gregorii Berſmanni*: uti & *Simoni Simonio* Lucenſi Italo, viro exquiſiti judicii, ob Philoſophicarum & Medicarum rerum cognitionem celebratiſſimo, ſedulam & diligentem operam navavit. Hinc incredibili doctrinæ liberalis deſiderio inflammatus, conjunctâ, cum ingenii præclara indole, diligentiâ & aſſiduitate repetitionum, brevi tempore non tantùm in utraq; lingua, cujus fundamenta puer in patria ſchola & Portenſi jam jacere cœperat, & reconditioris Philoſophiæ ſtudio, progreſſus planè laudabiles fecit: ſed etiã hoc virtute & merito conſecutus eſt, ut anno Verbi incarnati M.D.LXXII. primâ honoris philoſophici laurea decoraretur Decano M. *Greg. Berſm.* A quo tempore, quæ illius gradûs & ordinis propria ſunt, & Philoſophicæ Communitatis, omnium ſtudiorum Matris, leges fieri poſtulant, audiẽdo publicas operas, reſpondẽdo, diſputãdo, legẽdo, uno alterové anno ſedulò ac diligenter executus,

Procancellario viro præstantissimo *Gregorio Bersmanno* p
testatem ac licentiam concedente, à Dn. *Michaele VVirth*, a
te paucas septimanas è vivis sublato, tum Academiæ Recto
Magnifico, cum aliis XXXVII. Candidatis, titulo Magist
& Doctoris Philosophici, qui summus habetur dignitatis Ph
losophicæ gradus, ornatus est, anno Christi M. D. LXX
cum quidem petitorum numerus tantus esset, quantus in h
Universitate post hominum memoriam non fuerat, Decan
M. *Erhardo Hertelio*. Nactus gradum Magisterii, quia secu
perpendebat id, quod res est, homines non aliam ob causa
discere, & facultatem liberalis doctrinæ sibi parare, quàm
vicissim alios doceant, non defodit ingenii talentum divin
tus sibi concreditum, sed & in aliorum utilitatem illud om
contulit, instituendo privatim in Philosophica doctrina ado
lescentes quam plurimos, primariorum in hac urbe civium,
aliorum apud exteros præcipuorum, imò generosâ stirpe si
perbientium filios, quorum non pauci nunc in Principum
adeoq; ipsius Cæsaris non ita diu è vivis sublati aulâ versantu
Mox anno sequente, cum fortè locus in Amplissimo Collegi
Principum majore vacaret, in illam quoque societatem fui
cooptatus, in quâ cum jucundâ consuetudine viginti & oct
Collegarum, virorum in omni doctrinæ genere præstantissi
morum, Jureconsultorum, Medicorum & Philosophorum
usus fuisset, obitu Amplissimi & Clarissimi viri Dn. D. *An
dreæ Scheffeti* Senior factus est: Ejusq; maxima in dictum
Collegium extant beneficia. Et cum nonnihil inclaruisse
plerisq; in Academia fides, industriaq; NELDELII, cum eru
ditæ doctrinæ facultate conjuncta, ipseq; in studiorum Phi
losophicorum decursu præstitisset ea, quæ veteri consuetudin
ab assessore honestissimi Collegii Philosophici requiri solent
in illo quoq; summâ Consiliariorum approbatione locum
obtinuit, *Decano M. Antonio Gliningio Berlinensi*, Anni
CHRISTI M. D. LXXXV. ejusdemq; brevi spacio tempori
interjecto, *Decanus* concordibus sententiis creatus est, in eoq
munere toto, & præcipuè in utroq; examine Petitorum Ma
gisterii, cujus gubernationem *Procancellarius* ejus tempori
Rever. & Clariss. vir D. Doctor *Zacharias Schilterus*, *è in a*
vivis, piè defuncto concrediderat, talem, tamq; solertem se
præbuit, ut ab honestissimo Philosophorum Ordine anno sta
tim sequenti M.D.LXXXVI. *Publicus* Oratoriæ disciplina
Professor designaretur, à Publico Professorum Consilio appro
baretur, ex illustriss. deniq; aulâ Ducis & Electoris Sax. *Au*
gust

esti confirmatetur; in quâ professionis sibi demandatæ pro- nciâ *Partitiones* Ciceronis Oratorias, quæ ob miram brevi- tem cum maximâ difficultate & obscuritate conjunctam, ıgenium,& variam eruditionem Interpretis desiderant, cum ibus Aristotelis de *arte dicendi* libris, aureum Orationis flü- ıen revera fundentibus, per omnia comparavit, earumque sum in auditorio refertissimo monstravit. Quæ res tan- ım conciliavit piè defuncto solidæ eruditionis famam,ut vix xacto biennio, cum rerum summa *Augusto* Electore placidâ ıorte consopito ad Principem *Christianum* filium paterna- ım virtutum ac laudum hæredem unicum, & æmulum ge- erosissimum, delata esset, specialiter sub finem visitationis ım institutæ, per Consiliarios Illustrissimam voluntatem periente Viro Magnifico Dn. Doctore *Davide Peifero* Can- ellario, munus prælegendi, docendiq; publicè Græcos Ari- totelis libros,quibus comprehenditur *Methodus* accuratè tra- tandi disciplinas,& Philosophia de moribus committeretur; uj quidem utriq; functioni ab eo tempore in diem usq; deci- num hujus mensis anni currentis singulari cum fide,& indu- triâ maximoque studiorum Philosophicorum incremento ræfuit. Fuerat enim ὁ μακαρίτης noster antequam profes- ionem obiret, per aliquot annos in eo studiorum genere ex- ›lendo versatus,ejusq; usum cùm in aliis disciplinis,tum ma- ximè *Iurisprudentia*, cujus professores Clarissimos & celeber- imos, præsertim Doctorem *Iohannem Dauth*, & Docto- em *Monachum* non oscitanter audierat, non minus quàm in 'hilosophicis sibi quærendum esse existimavit. In quo stu- lio,quid ab ipso præstitum sit,attestantur Commentarii,quos n *Logicam*, *Ethicam & Politicam* Peripateticam conscri- ›sit,eruditissimi, sed nondum in lucem *ipsius consensu* emissi. Testes sunt auditores, qui ob perceptam ex ipso verè philoso- ›handi,& honestè vivendi rationem, itentidem se maximas ›iè defuncto gratias debere profitentur. Porrò sub initium ›rofessionis Aristotelicæ contigit, ut cum jam notus esset in Aulâ Illustrissima,ipse cum aliis nobilissimis & clarissimis vi- is Inspectoribus, voluntate Illustrissimi Principis & Electo- is CHRISTIANI I. ad lustrandas scholas provinciales, quæ d Albim,Muldam,& Salam Electorali munificentiâ foven- ur ac sustentantur,per aliquot annos adhiberetur. His hono- atissimis functionibus munerum accessit & illud, quod annô Christi M. D. LXXXIIX. ipsi tanquam *Præposito Magno* ommissa est trium Academicorum pagorum veterum admi-

 nistratio.

niſtratio. Eminent autem imprimis dignitates iſtæ, qua
obeundis diverſis muneribus per annos mox ſequentes ſu
huit. Nam & Illuſtriſſimi Principis Electoris, CHRISTI
NI I. Præſulatûs Martisburgenſis tum Adminiſtratoris &
cademiæ noſtræ Cancellarii au oritate ac permiſſu mu
Procancellarii in inclyta *Facultate Philoſophica* geſſit: Et ci
ejus in conſiliis, omniq; ſermone candor, in agendo induſt
in perficiendo fides fieret illuſtrior, à toto Univerſitatis con
lio, conſentientibus quatuor Nationum ſuffragiis, *ſenatui I
cemvirorum* Ampliſſimo fuit aſſcriptus, cui præcipua c
ſtructuræ Collegii Paulini & Oeconomiæ demandata eſt
quo munere magnâ cum diligentiâ perfunctus eſt. Decer
viralem dignitatem mox alia nova excepit dignitas, *Decan
tûs* nempe Philoſophici adminiſtratio, ad ipſum *ſecundâ* v
devoluta, anno M. D. XCIII. in qua præcipuè id effecit, p
accuratas deliberationes, ut Statuta Collegii Philoſophici r
novarentur, & varii errores averterentur, inq; deſignandis Pr
feſſoribus, & Illuſtriſſimæ Aulæ nominandis, ſolis Philoſoph
judicium liberum, & quaſi quædam *αὐτονομία* relinqueret
Illuſtriſſimo ProElectore FRIDERICO WILHELMO, utri
que Aulæ, Dreſdenſis & Torgenſis ſigillo confirmationis ſt
tutorum diploma paulò pòſt roborante. Et quia non tantu
erudita in omni doctrinarum genere *σύνεσις*, ſed etiam n
contemnenda rerum civilium notitia, ex intimo juris hauſ
ſtudio, piè denatum egregiè commendavit, hoc etiam meri
contigit, ut pro more & conſuetudine celeberrimæ hujus Ac
demiæ, ipſi *Rectori* legitimè electo faſces Reipublicæ literar
committerentur, anno M. D. XCIV. quo nullum eſt ap
Nos ſuperius & honoratius dignitatis & eminentiæ faſtig
um, quas quidem partes ſic obiit vigilantiâ, fide, & pruden
ut facilè conſtaret Proceribus Academicis & omnibus a
noſtram communitatem ſcholaſticam magnifacientibus,
pſum nullâ aliâ de re magis & impenſiùs laboraſſe, quàm
integrâ jurisjurandi ſui religione, jura quoq; ac privilegia
cundum omnes partes ſarta tecta conſervarentur. Tand
anno M. DC. IV. iterum ab Illuſtriſſima Aula Martisburg
Procancellarius denuò confirmatus eſt: & anno M. DC. V
tertium *Decanus* Collegii Philoſophici unanimi ſenten
deſignatus, ab ejus temporis Procancellario poteſtate conceſ
Magiſterii inſignia viris juvenibus doctiſſimis contulit.
quod omnium poſtremum eſt, anno M. DC. X. ad Impe
ſch

scholastici fastigium iterum evectus est, ubi Magnifici, ut anteà, personam, maximâ cum laude sustinuit. Hi fuerunt honores, hæ dignitates, hæc ornamenta NELDELII singularia. O virum omnis eruditionis laude præstantissimum! ô Philosophiæ Peripateticæ *Doctorem incomparabilem*! ô Academiæ nostræ *ornamentum singulare*: cui nil planè incognitum erat, quod vel in Jurisprudentia, vel Medicina, ne quid dicamus de Philosophia, cui inprimis addictus fuit, contineretur: nec immeritò Phœbum Musasq; omnes omnia sua dona in hunc virum certatim contulisse & collocasse dixeris. Religionis sinceræ & incorruptæ sectator & amator fuit constantissimus: quippe qui Pontificiorum aliorumq; hæreticorum, divina cum humanis, theologica cum Philosophicis confundentium, strophas & sophismata pernosset omnia, deq; eo auditores publicè docendo, juxta Aristotelis Philosophi summi præceptum: ὡς οὐ δεῖ μεταβαίνειν ἐκ γένους εἰς γένος ἄλλο, diligentissimè admonuisset. Sed viri hujus nomen, honores, laudesque augustas, dum Academia nostra stabit & florebit, permansuras, nullum est dubium. Oeconomicam vitam quod attinet, non cœlebs ætatem transigere secum constituit: sed divinâ favente gratiâ, cum lectissima pudicissimaq; virgine ANNA, prudentissimi & integerrimi Viri Dn. JOHANNIS LEBTZELTERI, Senatoris & Mercatoris hujus Urbis primarii, relictâ Filia, matrimonium placidum & ex omni parte tranquillum ritu Christiano contraxit, anno M.D.LXXXIX. 27. Octobris, in quo liberi quinque, filii duo, & tres filiæ adhuc sunt superstites, funeris, unà cum Matre Vidua, spectatrices mœstissimæ. Vitæ ejus curriculum exposuimus: Obitum paucis cognoscite. Cùm præterito Lunæ die, qui decimus Februarii est, post mediam noctem horrore satis gravi corriperetur, & insignis virium prostratio cum inexpugnabili ad somnum propensione sequeretur, nec quicquam de iis remitteretur, medica ope frustrà tentata, sequenti die, XII. videlicet Februarii hora V. matutinâ piè placidéq; ex hac terrena schola in cœlestem Academiam concessit, anno ætatis, uti conjicitur, cum certò id sciri non possit, LVIII. Hoc itaque funus est, cives Academici, quod sepulturæ, in Templo Paulino, Christiano ritu mandandum est: hic luctus est, quo immersi sumus: *Vos*, Patres & Proceres Academici reverendi, Professores præstantissimi, Collegæ eximii, Magistri ornatissimi, Juvenes nobilissimi

&

& ſtudioſiſſimi, decet ac par eſt, hodie horâ III. decenter fun comitari, debitumq; hoc NELDELIO piè defuncto, tanqua Collegæ amantiſſimo & Præceptori meritiſſimo officiu præſtare: Quod vos, jurisdictionem noſtram agnoſcentes f. cturos, planè confidimus: nec dubium eſt, Chriſtianam iſta *συμπάθειαν* viduæ mœſtiſſimæ, totiq; familiæ honoratiſſim gratiſſimam futuram. P. P. XIV. Februarii, Anno ſupra mi leſimum ſexcenteſimum duodecimo.

Concionem in defuncti honorem habuit funebrem D. *Vin centius Schmuck* ex *Apocal*, 2,10.

Memoriæ

JOHANNIS NELDELII,
Philoſophi Lipſiæ Incomparabilis.

LIPSIA, *quæ docta es; tuq;, ô doctiſſima triplex*
Naturæ me'iorìs opus, ſacer ORDO SOPHORUM;
Indue ferali te ſindone. Gloria veſtri
Ordinis occubuit NELDELIUS *ille. quod omni*
Natura REGIMEN *ſol eſt & GRATIA Mundo,*
Lipſidos ille fuit. Straba cede calumnia Vero.
Vox veri Fideiq; ſacris iteranda: quod orbi
Naturæ regimen SOL *eſt*, NELDELIUS *urbi eſt*
Lipſidos: *Immò* FUIT; *ſed* DOCTÆ *Lipſidos. Ecquæ*
Scivit Ariſtotelis Naturæ-Arcana LYCEUM;
Quos vel nodos ACADEMIA; *vel quid*
HORTI, *Epicure, tui: vel* STOICA *porticus olim*:
Quod non & Noſter? Scierit, ſapuiſſe, quod omnes
Democriti, Zenones, inexplicitiq; Platones,
NATURÆQUE *alii & VERI* FANDIQUE *Magiſtri*
Cunctaq; cum ſciret; nihil eſt ſe judice viſus
Scire ſibi. Doctis ô nota MODESTIA *paucis!*
At nunc, expletis humani finibus ævi,
Deſpicit errantes divina MENTIS *ab arce*;
Et ſeſe & CHRISTUM diſcit, Sophos omne Sophorum.
FRID. TAUBMANNUS

Ille ſtagirita NELDELIUS *illuſtrator*
Heu fuit! exiguus oſſa capit capulus.

In

Indue lugubres Academia LIPSIA *pallas:*
Nobilis occasum luminis uda geme.
Ajo ego, NELDELI *poteris nanciscier umbram:*
Ætas NELDELIO *non dabit ulla parem.*
Quatuor-Viri Lipsiensis Acad.
Prima MOSELLANUS *Philyro stella sub axe est:*
Post CAMERARIADES SOLIS *ad instar habet.*
Candentis LUNÆ DRESSERUS *lumine fulget:*
NELDELIUS VENERIS *stella corusca micat.*
LAUR. WAGENER.

Χρονοδίστιχον
Annum, Mensem, diem & Nomen defuncti
Dn. Professoris exhibens
FebrVVs Vt soLes bIs seX proDVXIt ab aLtIS
IanVs NeLDeLIVs CœLICa teCta sVbIt.
JOH. FOLIMHAUS

SCRIPTA.

Schediasmata: *Lipsiæ* 1587. in 4.
Tractatus Juridicus ac Politicus de Peste Joh. Francisci Ripæ, ex recensione Neldelii editus: *ibid.* 1598. 1609. in 8.
Pratum Logicum, sive praxis & usus Organi Aristotelici geminus: *Francof.* 1607. in 8. *Helmstadii* 1666. in 4.
Opuscula posthuma: *Lipsiæ* 1613. in 8.
Commentarius in titulum Digestorum, de regulis juris antiqui: *Francof.* 1614. in 8.



PA-



PARENTATIO
Manibus
Viri nobiliss. clariss. eruditiss.
DOMINI
ELIÆ REUSNERI
Leorini Silesii, Medicinæ Licentiati, Historici & Poëtæ eminentiss. Professoris Jenensis meritiss.
à
JOANNE GRYPHIANDRO.



Langite Musarum pulli, doctiq; Poëtæ,
Qui molles numeros, aut grandi carmen hiatu
Diductum pronis admittitis auribus, eheu
Carminis artificem: consortem plangite vestrũ,
Qui morbos hominum sollerti indagine curæ
Excutitis, causisq; lui fomenta remotis
Subtrahitis, mortiq; viam præcluditis atræ
Arte Machaoniâ: qui primâ ab origine Mundi
Inspicitis lapsos oculis præsentibus annos,
Temporis & seriem, variasq; hominumq; Deûmq;
Res gestas memores sero committitis ævo,
Et famæ æternæ virtutum exempla sacratis,
Historiæ patrem geminato plangite luctu.
Tuq; tuum luge mater SALANA clientem
Ploratu calido, quo non sollertius alter
Temporis articulos novit, cæcisq; latentes
Eruit è tenebris laudes & stemmata prisca
Magnorum Heroum, claraq; in luce stupendas
Virtutes posuit, similesq; vocavit ad actus
Majorum sobolem, cui vix mercede refundes,
Quantum huic ob vigiles operas & posthuma scripta
Pe

Per cathedras dispersa tuas, per pulpita, debes.
Plange obitum tanti lugubri carmine alumni,
Indue mœrentem ferali sindone mitram,
Tristitiamq; tuam pullæ velamine vestis
Testare, & largis signum ploratibus ede,
Indicia æterni prostent suprema doloris.
Occidit illa sui generis lux, illa propago
Musarum, Medicæq; cliens operosior artis,
Doctorum decus, & Salanæ nobile lumen,
Ille Aganippæi flagrantior helluo fontis,
Ebrius Aonio semper, numquam satur, imbre,
REUSNERUS, nostris quem nota Silesia terris
Ediderat, nutrix doctorum altrixq; virorum,
Occidit & post se largi fomenta doloris,
Et desiderium mœstis plorabile Musis,
Cum famâ nullâ periturâ ætate reliquit.
Heu pestis fatale malum, lacrumanda ruina
Salanæ, atq; scholæ turbatrix unica nostræ,
Quæ tot continuas mortes, tot funera densas,
Ante dies abrepta suos, tot cladibus urbem
Afficis Aoniam! nec adhuc tibi sufficit anno
Edita præterito strages! tot corpora morbo
Tabida, & incultis injecta cadavera tumbis,
Nondum iram pressere tuam, fusoq; cruore
Tinxerunt ferrum satis: hæc nisi pœna maneret
Nos quoq;, & exciperent semper nova damna priora.
Primus pestifero succumbit FLACHIUS ictu,
Nequicquam medicâ, quam calluit, arte juvante,
Quam aliis toties promsit feliciter ægris,
Incassam sensit fatis urgentibus in se.
Succedis LIMNÆE senex, cum conjuge, sed te
Consumens tabes & longa senecta resolvit.
Inde malum commune furit, nec respicit ullum
Sexum aut ætatem, pulsat juvenesq; senesq;,
Cumq; viris matres nullo discrimine mactat.
Matrona exempli rari, tua amabilis uxor
PETRE THEODORICE cadit, longisq; mariti
Depascit curis animum, cecidere minores
Filiolæ ARUMÆE tuæ, matriq; patriq;
Ex insperato morbum incussere dolore,
Quos longum nobis servet Deus optimus ambos.
Nunc etiam REUSNERUS obit, curasq; priores
Multiplicat, quem das finem Rex magne malorum?

Sed

Sed quoniam placido cedentes pectore fatis,
Atq; amplectentes quod Dii voluêre, nec ullum
Consilium humanum novit mutare, sepulcro
Corpora tradidimus, tumuloq; inclusimus artus:
Fas porrò ut divos supremo funere manes
Afficemur, docto reddentes justa Poëtæ
Et Præceptori versu lacrimante litantes,
Qui toties aliis lugubria carmina fudit.
Postulat artis amor clariæ, geniusq; perenni
Victurus seclo, mensq; omni impervia fuco,
Officio tali meritos pensare labores.
Summus Aristoteles justa pietate Platoni
Si statuit variis conspersam floribus aram,
Et vitam innocuam tabulis inscripsit eburnis,
Declarans tali gratam testamine mentem:
Mequoq; pro meritis pietas & gratia multis
Debita, defunctum poscit mactare Magistrum
Carmine lugubri, prout hoc suggesserit almus
Spiritus & sterilem saturarit flumine venam.
CHRISTE fave, nec enim vatum deliria tango,
Quorum victitio complentur nomine vota,
Nec mihi Pieridum afflatus, Phœbiq; susurrum
Postulo, non rupis falsas Parnassidos undas,
Pegaseus quas fudit equus, cum forte volando
Ungula sublimis tetigisset culmina montis,
Queis hodie vanis chartæ sermonibus omnes
Nugarum Græco Latioq; è fonte petitis
Turgescunt, aliâ sapientia promitur arcâ,
Et sacer ex alio vatum furor evolat antro,
Qui sterili ingenio fœcundum suggerat imbrem,
Hunc largire mihi, quæ viva es patris imago.
Vera Dei soboles, Deus ipse, asperge medullas
Nectare divino, & guttis cœlestibus ora
Perfunde, ut tanto possim satis esse labori.
Vos Præceptores gnavi, variâ arte juventam
Formantes docilem, Salanæ gloria, Rector
Magnifice, & reliqui Doctores atque Magistri,
Tuque sacris studiosa cohors damnata libellis,
Et consors operum, studiorum & amica meorum:
Ore favete omnes, & nostris versibus aures,
Sint licet exiles nimium, præbete vacivas,
Dum summam vitæ pingui delibo camœnâ

Reusneri, & ſtricto comprendo maxima verſu,
Cætera Rhetoribus linquens tractanda diſertis.

Sed quibus incipiam verbis? quæ laudis origo
Eſſe viri poterit, cujus vix exitus extat?
Dicentem cumulo virtutum involvit abyſſus,
Nec tantæ moli linguæ reſpondet egeſtas!

Principium natale ſolum ſit carminis, ortus
Quod fuit, ingeniis ditata Sileſia doctis,
Sed nunc nobilior fœtuq; beatior iſto,
Quâ Reusnerorum priſcos Leoberga penates
Monſtrat adhuc, notæque domus cunabula ſervat,
Et patriam jactat ſe tali gente ſuperbam,
Quæ primum à Divo virtutum præmia adepta
Cæſare *Fernando* impoſitis inſignibus amplis,
Illuſtres clypeos & nobilitatis honorem,
Quem poſt ditavit titulo uberiore *Rudolphus*,
Tot diffuſa viros fœcundo protulit ortu,
Ut nota exierit totum doctrina per orbem,
Perque poli nubes etiamnum fama vehatur.
Non licet hos ſtricto cunctos evolvere filo,
Nominibus propriis ipſe enumeravit Elias.

Heic, ſimul ac dias in lucis prodiit auras,
Infantem blando vultu & plandentibus ulnis,
Ut Simeon Chriſtum, læti excepere parentes,
Ambo conſpicui veteri pietate fideque,
Et genus innocuum generoſa è ſtirpe trahentes.
Franciſcus Reuſnerus erat pater, huic Nicolaus,
Barbara ſed Mater, Fritſchneri conſulis iſthic
Filia, ſtirps Wirthos auctores ſanguinis alti
Cognatosque trahens, claros illuſtribus auſis.

Hi puerum ſacro lotum baptiſmate, Chriſto
Sacrarunt, primamque ſimul cum lacte juventam
Nutrivere piis epulis, & pabula verbi
Salvifici inflarunt ſugenti largiter ori,
Et teneros ſenſim pulcris virtutibus annos
Formarunt. Nec ferre jugum frugale parentum
Ille retrectavit, vel recta monentibus aſper,
Indomito collo rigidas excuſſit habenas,
Vel ruit in vitium præceps, ut degener eſſet;
Antiquo generi probro, patriæve pudori,
Utile conſilium curâ ſollerte ſecutus,

Semper in augusto pressit vestigia clivo,
Laudis & augustam jussæ virtutis ad arcem.
Nempe hæc sub primis transacta penatibus ætas
Indicium fecit, quantum moderata valeret
Disciplina patrum, quæ vim quandoq; coarctat
Innatam, frenisq; urgentibus indolis æstum
Compescit, rigidoq; jubet parere decoro.
Socratis ingenium docuit, plus posse Magistri
Sollicitos monitus, quam pravæ semina mentis.
Hæc eadem cupidam calidis hortatibus urgens,
Et vim nativam fibris majoribus urgens,
Doctrinæ flabro latirantes excitat ignes,
Et currentis equi subdit calcaria lumbis,
Non erat usq; adeò perfectis dotibus auctus
Reusnerus noster, sanos cui corporis artus,
Fregerat & molles nutrix incauta lacertos,
Membra suo transposita situ quoq; pectoris usum
Tardarant, vitium cerebri linguæque vigorem
Læserat, ut balbo exiret vox tardior ore,
Et verba angusto hærerent invita palato:
Ille tamen nævos naturæ vicerat omnes
Quodq; sibi deerat, studio vigilacis opellæ
Limarat, reliquis ut in hoc felicior esset,
Arte sibi fingens facunda Demosthenis ora,
Qui dilatavit guttur pulmonis anheli,
Ore tenens lapides currendo simulq; loquendo,
Rhetoris ut primam dicendi flumine palmam
Sit meritus, nec detraheret facundia TullI.
Quid dicam, suevis Hala quem produxit in oris
Svveichkerum? quem truncatum natura crearat
Primitus, & scapulis non brachia junxerat ulla;
Ille tamen pedibus calami vestigia torquens,
Litterulas poterat subtili ducere flexu,
Mirandasq; notas curvatis pingere plantis.
Usq; adeo nihil est studiis hominiq; negatum,
Naturam ars superat, labor improbus omnia vincit.
Nec formosus erat, sed erat facundus Ulysses.
Nimirum natura parens bona singula cuivis
Legavit, nulli dedit omnia, quælibet unum
Nobilitant, hunc forma decens, hunc bellicus ardor,
Hunc vigor, hunc pietas, illum sollertia juris,
Divitias alius compactis possidet arcis.

Vera bona ex istis, si cui detur optio, prudens
Eligat, insano permittens cætera vulgo.
Malit Thersites deformi corpore dici,
Dummodo sit similis, factis & pectore Achilli,
Quam Paris audiri pulcer, sed inutilis armis.
Prævalet externo facies inferna nitori
Semper, ut ingenui mores habitusq; decentes
Virtutum primas teneant, ea forma venusta est,
Non cernenda foris, nec cuivis obvia fronti,
Sed quæ animi cautis saltem spectatur ocellis,
Atq; ex ingenii magnis deprenditur ausis.
Æstimat inde virum sapiens, externa puellis
Smegmata, & ad pōpā quicquid facit, omne relinquit,
Quæ faciem laudans misto candore rubentem,
Membrorumq; sitos pulcro discrimine nervos,
Et flavos crines, & membra decora juventæ
Suspicit, & primo conspectu lumina pascit,
Et trahitur specie juvenis, cœcoq; calore
Uritur & facilem venis admittit amorem.
Non sic addicto magno prudentior ære.
Mercaturus equum, phaleratis fallitur armis.
Ex cursu cognoscit equi sudante valorem,
Contractansque pedes, explorat singula membra.
Pulcra licet comtum comitentur ephippia tergum,
Os circum gemmæ radient, sub calcibus aurum:
Si tamen ad terram vultum dimittat aselli
More, & designet tardo vestigia passu,
Non caudâ orbicuos ducat, non calce cavatam.
Radat humum latisve hinnitibus impleat auras,
Attollatve jubas collo curvante superbas,
Respuit, & mercem tanti non æstimat emtor.
Haut secus externos hominum contemnit amictus
Qui sapit, & barbam pexam, vultumq; verendum,
In digitis fulvo rutilantes igne Smaragdos,
Sidoniamq; togam, titulos & inania quæq;
Non nimis admiratur, at intus & in cute mentem
Vestigat, pretioq; suo metitur eandem,
Ex cantu volucrem laudans, ex ungue leonem.
Ipsa etiam plerumq; parens natura relictos
Defectus aliis donis compensat abundè,
Ne quis se merito queat accusare novercam.
Vidimus instructam Reusneri pectoris arcam,

Quam res præteriti varias depromeret ævi,
Ementis locuplete penu, quæ temporis esset
Notitia & rerum gestarum copia quanta,
Mnemosynæ commissa suæ, quam larga supellex
Doctrinæ, medicæque artis, non esse cerebrum
Jurares exile capax farraginis amplæ,
Nec tantam parvo latitare in corpore posse.

Sic ergo amborum monitu jussuq; parentum,
Addixit studiis animum, votumq; Minervæ
Sacramento arcto fecit, clariæque cohortis
In numerum lectus miles, primam arte juventam
Et pietate simul puer imbuit, heic ubi largas
Patria doctrinæ guttas instillat alumnis,
Atq; Uratislavia expressum è cœlestibus uvis
Suggerit indignis Sophiæ sitientibus imbrem,
Et tumidas succo stipat sapiente medullas.

Inde adyta irrumpens, secreta palatia Divûm,
Passibus assiduis Academica fana subintrat,
Supplicibusq; Deum votis precibusq; requirit,
Adjungitq; manus operi, mentemque libellis
Sacrificat doctis, geminis quibus evolat alis,
Quisque ad Parnassi fastigia pervia montis,
Atque apicem tangit doctrinæ operosus amator.

Heic ille inventas siccat conviva lagenas,
Et potum Aonium labris spumantibus haurit,
Donec perfusam dape inebriet helluo mentem.
Jamque furor vatum calefacta per ossa vagatur,
Ingeniumque animat, numerisque fluentibus inflat.
Turgescunt venæ pomposi carminis ossa,
Et nulli eructant cessura poëmata vati.

Testis erit Witeberga mihi, quæ prima recepit
E patria egressum, fovitque magistra maniplum
Divûm epulis, cerebro Jovis, ambrosioque liquore.
Atque Hippocrenes distendit nectare ventrem.
Et tu quæ vitreas Rheni turgentis ad undas
Nubibus attollis caput Argentina, Tribocum
Structura, urbs dives Musis & mercibus amplis,
Helvetiis & quæ cognato fœdere juncta es,
Testis eris Basilea mihi, quæ sæpius acre
Ingenium mirata viri, patiensque laborum
Sensisti fructus operum, partemque suorum,
Quando Monarcharum & variorum stemata regum,

Et

Et gentilitias primævâ ab origine stirpes,
Ad succrescentes per avos atavosque nepotes,
Continuâ serie heic deduxit & edidit orbi,
Magnum opus & magni congestum mole laboris.
Non erat ignavo suetus dare tempora somno
Ille, nec eporis trullis, lautisque saginis
Farctus ad instructam stipato ventre cubabat
Potator mensam, fruges consumere natus,
In cute curanda plusve æquo operosus & ardens,
Manicipiumve gulæ, genio cupidoq; palato
Sacrificans cum nocte dies, sed temporis æquus
Et parcus dispensator, fallebat honesto
Officio & studiis longi momenta diei,
Noctem addens operi, nullius prodigus horæ.
Vidit luce Scholas & nota Lycæa subire
Doctorum cathedris junctum, vocesq; Magistri
Excipere in promtam per pulpita plena papyrum,
Nec puduit libris ignota addiscere apertis,
Arrigere aut celeres doctis sermonibus aures,
Aut disceptantum clamoso adsistere circo,
Scrutantem rerum caussas & amabile verum,
Mundi oculus vidit, stupuitq; immobile robur.
Nec Germana minus crebris pallescere chartis,
Et calido ingenio totas comburere noctes,
Ad lychni radios, carisque accumbere libris,
Sudantem studiis cerebrum, atque immortuum olivo,
Vidit, & in fracto decedens Cynthia cessit.
Scilicet audentem pupugit calcaribus ustis
Antiquæ laus ampla domus, veterumque penatum
Pendentes clypei, clarisque insignia factis
Emta, Patris virtus, & magni gloria Fratris.
Hic *Nicolaus* erat, *Salanæ* matris ocellus.
Doctorum splendor, vatum laudabile sidus.
Quo vix nobilior, variaq; instructior arte
Jurisconsultus quisquam fuit, omnis in illo
Hospitium doctrina sibi delegerat aptum.
Ipse ad cuncta operum felix, seu flumine linguas
Facundo varios tractaret, & ora disertis
Vocibus armaret pleno resonanda theatro,
In mediove foro, aut Regum legatus in aulis,
Promeret ingenti commissa negotia plausu,
Et puteal, motæq; sono tremuere cathedræ.

Seu juris tritam Romani intraret abyssum,
Et nodos legum sollerte resolveret ungue,
Vel dubias Themidis felici examine caussas
Libraret, litesq; stilo decideret æquo,
Mulceretq; aures pingui farragine legum
Judicis, & trepidum firmaret voce clientem:
Seu molles elegos & culta poëmata largo
Funderet ingenio, suaviq; emblemata sensu,
Artifici depicta manu & cœlata figuris,
Ornaret, nulli fuit hic incognitus arti.
Dexteritas miranda viri, geniusq; peritus,
Ceu vivo è speculo, monumentis cernitur amplis,
Queis ille æternum scriptor mercatus honorem est,
Queis tenebris legum proluxit lumine claro,
Dispunxitq; notis mendas, veterique nitori
Restituit chartas, vel facta stupenda futuris
Mandavit seclis, & digno carmine clausit.
Sed cesso tantas humili tentare cothurno
Virtutes laudesq; viri, quas plenius ante
Cum doctis Oratores dixere Poëtis.
Tu *Arumæe* prius facundæ flumine linguæ
Tuq; *Sagittari* felicis carmine venæ.
Nec lubet agnatos serie producere longa
Christophorum, Franciscum, atq; uno ***Bartholomaeos***
Nomine, quorum alter juris Themidisq; sacerdos,
Leucoras æquo justoq; saginat Athenas,
E latiis promens divina oracla sacellis.
Fama horum totum latè dispersa per orbem.
Reusnerum similes laudum invitavit ad actus,
Non minima ad summos dans incrementa volatus
Nec stetit in tenebris virtus, dotesve Poëtæ
Divini latuere diu, non præmia Musæ
Digna negaverunt, nec spes optata brabeis
Destituit vigiles operas, plerunq; colonos
Eventu meliore beans, durosq; labores
Pallados agricolis sperata messe refundens.
Jam Francofurtum Rheni labentis ad undas
Reusnerum ex aliis præstantem acciverat oris,
Ut sibi ad edendos libris accommodus esset.
Paruit ille lubens, vigilique negotia cura
Commissa expediit, dispungensque ungue lituras,

Cal

Calcographûm juvit studio vigilace labores,
Publici ut auctores juris fierent sine mendis.
Sic dum communi parat invigilare saluti,
Ipse simul sensit locupletis commoda fructus,
Dumque manu crebrâ doctorum scripta virorum,
Et veterum annales versat, decerpere flores
Ex variis cœpit Scriptorum gnaviter hortis
Inque suum stipare penum, ceu mella legentes
Per cythisum spaciantur apes, vernumque palato
Delibant narcissum avido: sic sedulus auctor
Judicio exacto monumenta oblata peragrans,
Cudit opus, quo non aliud veracius, ortu
A primo mundi, gestorum maxima quæque.
Cum serie lapsi currentis & exhibet ævi.
Inde pedem referens nostram concessit in urbem,
Et decedentis cognati ad Principis aulam
Successor lectus maturâ ætate LibavI,
Historici munus subiit, titulumq; poëtæ,
Sic censente Patrum, Duce cum Rectore, Senatu.
Utq; suas cunctis operas studiumq; probaret,
Quod post Aonias Medicæ devoverat arti,
Ipse etiam voluit titulo graviore notari,
Atque investiri, quam sacra Licentia pompam
Confert, ad Doctoralem gradus alter honorem.
Nec mora sollenni confertur adorea ritu,
Doctrinæ indicium, te Præstans *Vare* brabeutâ
Imponente comis mitram, digitisque beatum
Innectente aurum, toto spectante theatro.
Nec fuit huic tantæ, licet æger corpore, moli
Impar, & ne esset, parres se fudit in omnes.
Adjungens, quicquid deerat, pellacibus hamis
Ingenii & studii, quibus ardua cuncta domantur.
Non ille, ut nequam servus, vel inutile terræ
Pondus, defossum furtim tellure talentum
Condebat, nullique bono servabat, ut usum
Ignorans numi, bulgas sub nocte silenti
Ære graves terræ latebris includit avarus,
Dona, Deus quæcunque sibi delegerat almus:
Promsit in humanos usus, nec lumina subter
Abstrusum modium posuit, sed ut igne tenebras
Discuterent, tori accendit clarissima mundo,
Ingenii monumenta sui, sceloque futuro

Edidit, infractæ ſpirantia mentis acumen,
Quæ per venales proſtant expoſta tabernâs,
Inque ſcholis paſſim manibus calamoque teruntur.
Aſſiduis ſtudiis ſemper librisque vacabat,
Publicitusq; ſuæ commiſſa negocia curæ
Tractabat, nunc divini monumenta Maronis
Illuſtrans diſſecta notis, nunc temporis acta
Præteriti è tenebris promens, præſentis & ævi
Geſta ſimul ſeris volvenda nepotibus addens:
Nunc latebras captans furtim, & ſecreta poëtis
Ocia grata nimis, non ſolus erat minus unquam,
Quàm ſi eſſet ſolus, tunc ſacros ordine libros,
Bibliaq; à ſummo nobis ſuggeſta Jehova,
Atq; alios, magno numero quos ipſe fovebat
Auctores Patresq; domi, proprio ære redemtos,
Vel ſibi fraterno famulantes munere, denſim
Vidiſſes efferre ſuis & promere capſis,
Cumq; his conſilium dubiis de rebus habere.
His ſe oblectabat ſtudiis, curasq; tenaces
Frangebat, taliq; modo ſua damna levabat,
Callidus uſuram lucis quo fine tueri
Juſſerit in terris hominem Deus, haut ut edendo
Falleret inviſas horis & tædia noctis,
Seq; voluptatum in cœnum demergeret atrum;
Sed magis ut ſummum erectis ſpeculetur ocellis
Auctorem mundi, & terrenâ fæce relictâ,
Attollat cœlo caput, aſſocietque Jehovæ,
Lubrica deſpiciens fugitivi gaudia mundi.
Sic dum hominis titulum ſtudet omni jure mereri,
Præcipuusque Deo ſervit, curamque ſecundam
Utilitati hominum legat, mundiq; ſaluti,
Officio cunctos ſibi jungit, amore fideles,
Contemtuq; malos ſuperat, damnator iniqui,
Corrector falſi, vitiorum maximus oſor,
Virtutum cultor, rigidi ſectator honeſti,
Semper at in pœnis juſti moderator & æqui:
Exemplar vitæ fuit ipſe bonisq; malisq;
Quodq; imitentur habent, quodq; averſentur utriq;
Nempe mala ut fugiant, ſectentur at optima quæq;.
Hic ſcopus & noſtræ ſit meta noviſſima vitæ,
In qua cuncta latent felicis munera ſortis.
Hæc ea ſumma boni, ſtudio quod gnaviter omni

Ca-

Captarunt prisci Sapientes,quodq; manebit
In seclo veniente bonum felicius,auris
Quale nec audivit,nec quale inspexit ocellus,
Aut cor jucundo potuit sibi fingere sensu;
Quando Deum coram gaudente tuebimur ore,
Et visu æterno mentis satiabimus æstum.
Ast humana malis multisque,infecta querellis,
Vita satis longos munerat diuturnior annos,
Si bene transacta est,vivacis secula cervi,
Cornicis cygniq; dies,queis longius ævum
Natura indulsit,simul hoc cùm transiit,umbra est,
Cùmq; anima exspirans tenues vanescit in auras.
Nec secius longos annos somnoq; meroque
Defodiens,Pyliiq; senex ætate beatus,
Transiit,& vitæ post se vestigia nulla,
Ut cum sulcat aquam navis fugitiva,reliquit.
Solus homo,in primo figulus cui providus ortu
De Meliore luto finxit præcordia JOVA,
Tollat ut ad superos mentem de pulvere terræ
Erectam,quamvis vitæ brevis,ille putatur
Sat vixisse diu,& famam post fata relinquens,
Defunctus vivet,vulgique per ora volabit.
Quin huic ad vitam fiet mors transitus,expers
Curarum ut citius cœlestia gaudia gustet,
Atque bono superûm ad mensas meliore fruatur.
Fors brevior nostro *Reusnero* contigit ætas,
Laturo humanæ plura emolumenta saluti,
Si non *Salanam* spoliasset munere tali
Invida Parca scholam, postquam vix lustra tenello
Corpore cum binis undena peregerat annis:
Sed longæva satis, quando huic detrita decenter,
Et pede inoffenso decursa est semita vitæ.
Sæpe bonis longos legat DEUS optimus annos,
Ut decori,justeq; suo famulentur honori,
Et rerum Auctori laudum præconia solvant:
Sæpe etiam anticipat venturi gnarus eosdem,
Subtrahat ut salvos damnis venientibus artus,
Inq; locum condat,tutum stratoq; reponat.
Ecce lues nuper cæcis egressa cavernis,
Queis sese abdiderat, nostras irrepsit in oras,
Permittente DEO, postquam nec vindice virgâ
Tacti corrigimus vitam,pravosq; reatus

Excutimus tumido ex animo, nec supplice voto
Gestorum veniam petimus, *Iovamq;* precamur,
Ausa quoq; aversos occultè intrare penates
Arumae tuos, nec dum satiata cruore
Imbellis sexus, qui nil muliebriter ausus,
Nec potuit, calidæ post tertia funera stragis,
Improvisa cito *Reusnerum* corripit ungue,
Et subito ferro jugulat nil tale paventem.
Ille memor semper mortis, fatiq; futuri,
Quod tacitè occlusas veluti fur serpit in ædes,
Expectans oculisq; suam vigil antibus horam,
Mane Deum cantu & precibus de more precatus,
Ut cum fundit olor moriturus amabile carmen,
Volvitur in sedem lassus, venisq; venenum
Concipit, & placidam moribundo corpore mortem
Admittit, geniisq; animam cœlestibus efflat,
Sursum importandam cœli radiantibus astris,
Heu mortis sortisq; vices! sed desino planctu
Suspensos terrere animos, vanisq; querellis
Deplorare hominum casus, cum gente Epicuri
Insulsi, cui nulla fuit spes altera vitæ.
Quin magis insontis fatum solemur amici,
Cui pro mortali felicius obtigit ævum
Nempe huc cunctorum collimant vota, sed horren
Oppositam pleriq; viam, quæ restat eunda
Omnibus, ad summum non est ascensus olympum,
Hanc nisi per scalam, fas est putrescere primùm
Granum adoris terræ injectum, fruticescere rursus
Quam possit, frugemq; suis emittere venis.
At pius & quicumq; Deo fidenter inhæret
Quo sit cunque loco, quacunque morabitur orâ,
Se se mortalem reputet, vitamque colono
Mancipio nulli concessam noverit, usu
Omnibus, hanc dominoq; ad nutum sponte resign
Nil quicquam leti genus, aut discrimina mortis
Fœmineâ levitate timens, seu lurida tabes,
Febrisq;, & quæcunq; lues lecto alligat ægros,
Et longo miseros cruciatu vellicat artus,
Vel lento exitio nativum decoquit ignem,
Seu pestis subitâ festinum morte trucidet,
Accipiat, quemcunq; sibi porrexerit ictum
Circumstans fatum, quicumq; sit exitus illi

Sit lucro, gnarus quod nec de vertice crinis
Decidat in terram sine nutu numinis unus.
Hæc quoq; spes mediis fati in terroribus una
Immoto *Reusnere* tuum fulcimine pectus
Muniit, atq; suis docuit se involvere votis,
Mortis & astantis varios contemnere funes.
Sic cadis, & nostræ sentis quoq; pondera culpæ,
Publica communem pœnam delicta merentur,
Quam tu privatim suffers, sic sæpius omnis
Unius exitio consortum noxa piatur.
Nempe Deus terram cum vindice visitat ense,
Sæpe caput tangit solum, parcitq; nocenti
Insontem feriens, justo cadit hostia ferro
Ille, velut morti populi damnatus ob acta
Miles sorte luit; reprobis exercitus ausis
Quod malè deliquit, sic placans principis iram.
Sed nunc pœnarum satis est, sæviq; doloris
Exhaustum nimium, ultrices compesce secures
Sæva lues, tandem verso mucrone recondę
Vastatorem ensem, nec semper funera pompis
Incultis vespillo trahat, pulsata bacillo
Inviso trepidam non terreat amplius urbem.
Quin potius grato campana è turribus altis
Concentu cives lætos invitet ad actus,
Et festa indicat, rubro velamine circus
Fulgeat, & læto subsultent omnia plausu.
Annue supplicibus, mitis Pater, annue votis.
Sic tibi reliquiæ grates & carmina versu
Dicemus memori, & tua grandia facta canentes,
Laudibus immensum tollemus ad astra favorem.
Vota valent, bene habet, video redeuntis Eoo
Lætitiæ radios paulatim albescere cœlo,
Cedant tristitiæ nubes, purgatior aura
Incubat æthereis oris, matremq; relapsa
Intuitu optato *Salanam* invisit Hygæa.
Pulsa lues lento retrahit vestigia passu,
Vicinas visura plagas, retroq; recedit.
Exsultant Musæ, & votis superantibus hostem
Ejiciunt, hilariq; struunt epinicia versu.
Quod superest, *Reusnere* vale, tua vivida virtus,
Et doctrina meis semper memoranda camœnis,
Pervolet æternis cathedras & pulpita pennis,

Et

Et famam meritam venturo mancipet ævo,
Carmina quam latè tranant, collecta sepulcro
Molliter ossa cubent, sed mens extracta beato
In gremio Abrahæ momenta novissima mundi
Exspectet, faxit DEUS hoc, tuq; ultima grati
Discipuli *Reusnere* tui cape munera. DIXI.

JEHOVÆ
LUCI ET SALUTI
MORTALIUM
S.
ELIAS REUSNERUS LEORINUS
HIST. ET POET. P. P.
SECULI HUJUS LAQVEIS EXSOLVI
CHRISTUMQUE
LUCEM ET SALUTEM SUAM
CONTUERI SATAGENS
QUANTULASCUNQ. CORPORIS RELIQUIAS
MAGNÆ MATRI
QUANDOCUNQ. ET UBICUNQ. DEO VISUM
LUBENS MERITOQUE
REDDITURUS
IN FRAGILITATIS HUM. MEM.
REDINTEGRAT. SPEM
VIVENS HOC SIBI MON. P. C.

Vita mihi CHRISTUS, *mors lucrum & janua vitæ,*
Ut CHRISTO *vivam, sit mihi dulce mori.*
Morte tuâ, mors ò mortis, da vincere mortem:
Sic tu CHRISTE *mihi vita perennis eris.*

In tumulum Eliæ Reusneri.

Aspice cælatis monumenta insculpta columnis
Quæ sibi Reusnerus jusserat ante strui.
Nempe hominem natum dum sese noverat horâ,
Instantem mansit qualibet ille necem.
Nec potuit vitam mors huic prævertere, veram
Optavit vitam qui sibi morte dari.
Qui sapit, is fatum vivens exspectat ubiq;,
Incautum velox ne queat opprimere.

I. G.

SCRI-

SCRIPTA.

Genethliacum Romanum, de præcipuis familiis Regum, Principum, Cæsarum, Imperatorum, Consulum, aliorumque Magistratuum ac Procerum Imperii Romani ab urbe Conditâ ad hæc tempora: *Francof.* 1589, 1592. 1612. in fol.

Diarium Historicum, in quo est Epitome omnium Fastorum & Annalium tam sacrorum, quàm prophanorum, unà cum Calendario Græco & Romano, triplici Pontif. item novo: *ibid.* 1590. 1612. in 4.

Βασιλικῶν opus Genealogicum Catholicum, de præcipuis familiis Imperatorum, Regum, Principum, aliorumq; orbis Christiani Procerum: *ibid.* 1592. in fol.

Lyra Mercurii de VII. Artibus Liberalibus, cum novem Musis collatis: *Iena* 1593. 1595. in 4.

Genealogia Regum, Electorum, Ducum, Principum atq; Comitum, qui Origines suas à Saxonum Rege Wedekindo deducunt. Accessit Stemmatographia Illustr. Ducum Saxoniæ: *ibid.* 1597. *Lips.* 1610. *Francof.* 1622. in fol.

Epistolæ Turcicæ variorum Autorum, ex recensione Eliæ Reusner: *Francof.* 1589. in 4.

Isagoges historiæ libri duo, quorum unus Ecclesiasticam, alter Politicam continet Historiã, secundùm cujusq; ætates exactè definitam, quarum illa ad traditionem Domus Eliæ; hæc ad quatuor mundi regna in bestiis IV. à Daniele Propheta adumbrata, accommodata est, cum veterum Historicorum tam Græcorum quàm Latinorum Chronologia: *Iena* 1600. 1621. in 4.

Accessit Principum & Comitum, virorumq; Doctorum Catalogus Chronologicus: *ibid.* 1611. 1621. in 4.

Commentar. de vera annorum Mundi ad Natum Christum Supplicatione; Chronologiæ in Synagoge historica observatæ solidas continens demonstrationes: *ibid.* 1600. in 4.

Enucleatio septem illustrium quæstionum Historicarum, de tempore Mundi conditi, donatione Constantini &c. *ibid.* 1609. in 4.

Strata-

Notas Epidicticas in Tertullianum librum de Vmbra & *Polymathiam* opus operosissimum, & quo ad eruderandum animum ab inscitiæ vepretis à multis retrò annis nullum proc utilius. Non longo post intervallo à generoso Comite Frisiæ ENNONE ad Munus Consiliarii honestè evocatur; cuju nomine quoq; pro pacificatione Embdana, Hagam Comit legationem suscepit. Deinde propter crebras eruptiones Embdensium cum junioribus Comitibus in Holsatiam ad illustrissimum Principem JOHANNEM ADOLPHUM mittitur quem unico congressu, suadelâ suâ & doctissimis moribus it totum cepit, ut antequam ab illo discederet, se valedicturum Comiti Embdano, & ipsi operam daturum sub juramento compulsus fuerit promittere. Ornatur igitur à prædicto Principe titulo Consiliarii, nihilq; magni momenti geritur cui non sagax ille & prudens temporum observator, adhiberetur. Meruit etiam hâc suâ diligentiâ præfecturam arci Gottorpianæ (splendidæ imprimis dignitatis ista est administratio, nec nisi nobilissimis Holsatiæ datur) quam cùm laudabiliter per tres annos administrasset, incidit in morbum lentum ac gravem, qui eum quotidiè erogavit, & sensim contabefecit. Sentiens igitur sibi adesse fatalem & suam horam, accersiri jussit sacerdotem, factaq; ritè exomologesi, & sacro viatico suscepto, placidè & leniter expiravit. Anno Christi ∞ Iↄ cxii. III. Kal. Aprilis, ætatis suæ XXXIIX. non sine illustrissimi Principis sui desiderio, cujus jussu Slesvvigæ in templo majori honorificentissimè tumulatus est. Ipsius monumento ipse voluit ut hæc saltem verba inscriberentur:

HIC. SITA. SUNT. OSSA. JOANNIS. WOWERI

Ad

Virum inclutum,

JOANNEM WOWERIUM.

MAtre, WOVVERI, cadentem te Minerva arcto sinu
Excipit, novemq; Musæ mollibus dein tegunt
Fascis, charisq; melle Gnydio os rude imbuit:
Hic erit nobis alumnus singularis, hic erit
Mysta rarus, quiq; centum præstet unicus vices.
Sic Athéna, Gratiæq;, sic Monetæ pignora
Ominabantur, recenti plus quam onustæ gaudio.
Et quidem huic & his fuisti deditus tenerrimè
Per decem decemq; brumas. Verùm ut inquies Hono

Visu

Visus est palam tibi, utq; visa Majestas palam est;
Gemmeo splendore captus & pompa aurea,
Deseris rupem gemellam, deseris fantes Equi,
Despicisq; cum Cleanthe lene Chrysippi latus.
Ergo te Aula multa honorat, multa adorat, ac sui
Histrionicam favoris explicat larvam, haud minus
Sic tamen statæ juventæ flore masculo interis;
Teque nulla honorat Aula, nulla adorat amplius:
Sola WOWERI, Tonantis gnata, solæ Hiantiæ
Virgines, solæ cliente Cypridos, te haud deserunt
Mortuum; sui ast amoris, ast honoris pristini
Testimonium inclitum Hebes collocarunt atriis;
Heic ubi inter Eruditos luce fulgebis bona,
Quamdiu exercebit Aula pristinam histrionicam.

JANUS GRUTERUS JC.
& Profess. Heidelberg.

EPITAPHIUM.

Clarus JOANNES WOVVERUS conditus urna hac
Ingenii claris doctibus ecce jacet.
Et qui illustris JOANNIS consultor ADOLPHI
PRINCIPIS eloquia, consilioque fuit.
Cujus in illius Scriptis monumenta supersunt
Viva, cui debent mundus & aula decus

J. ARCERIUS.

SCRIPTA.

C. Sidonii Apollinaris Opera cum notis: *Paris.* 1598. & *Hanoviæ* 1617. in 8.

Petronius Arbiter cum notis: *ibid.* in 8. 1629. & Helenop. 1610. in 8.

Notæ Epidicticæ in Q. Septimi Tertulliani Opera: *Francof.* 1603. 1612. in 8.

Julius Firmicus de errore profanarum Religionum, cum notis: *ibid.* 1603. in 8.

De Polymathia tractatio: *Hamburgi* 1604. in 4. *Lips.* 1665. in 8. Conf. de hocce scripto Celeberrimos Viros, Thomasium, de Plagio literario §. 593. 594. & Placcium in Catalogo Pseudonymorum §. 893.

Notas Epidicticas in Tertullianum librum de Vmbra & Po-mathiam opus operosissimum, & quo ad eruderandum a-mum ab inscitiæ vepretis à multis retrò annis nullum proc utilius. Non longo post intervallo à generoso Comite F siæ ENNONE ad Munus Consiliarii honestè evocatur; cuj nomine quoq; pro pacificatione Embdana, Hagam Comit legationem suscepit. Deinde propter crebras eruptiones Emb densium cum junioribus Comitibus in Holsatiam ad illu strissimum Principem JOHANNEM ADOLPHUM mittitu quem unico congressu, suadelâ suâ & doctissimis moribus i totum cepit, ut antequam ab illo discederet, se valedicturu Comiti Embdano, & ipsi operam daturum sub juramen compulsus fuerit promittere. Ornatur igitur à prædict Principe titulo Consiliarii, nihilq; magni momenti geritur cui non sagax ille & prudens temporum observator, adhibe retur. Meruit etiam hâc suâ diligentiâ præfecturam arci Gottorpianæ (splendidæ imprimis dignitatis ista est admini-stratio, nec nisi nobilissimis Holsatiæ datur) quam cùm lau-dabiliter per tres annos administrasset, incidit in morbum len-tum ac gravem, qui eum quotidiè erogavit, & sensim conta-befecit. Sentiens igitur sibi adesse fatalem & suam horam, ac-cersiri jussit sacerdotem, factaq; ritè exomologesi, & sacr viatico suscepto, placidè & leniter expiravit. Anno Christ ∞ Iↄ cxii. III. Kal. Aprilis, ætatis suæ XXXIIX. non sin illustrissimi Principis sui desiderio, cujus jussu Slesvvigæ i templo majori honorificentissimè tumulatus est. Ipsius mo-numento ipse voluit ut hæc saltem verba inscriberentur:

HIC. SITA. SUNT. OSSA. JOANNIS. WOWERI

Ad
Virum inclutum,
JOANNEM WOWERIUM.

MAtre, WOVVERI, cadentem te Minerva arcto sinu
Excipit, novemq; Musæ mollibus dein tegunt
Fascis, charisq; melle Gnydio os rudeimbuit:
Hic erit nobis alumnus singularis, hic erit
Mysta rarus, quiq; centum præstet unicus vices.
Sic Athéna, Gratiæq;, sic Monetæ pignora
Ominabantur, recenti plus quam onustæ gaudio.
Et quidem huic & his fuisti deditus tenerrimè
Per decem decemq; brumas. Verùm ut inquies Hono

Visu

Visus est palam tibi,utq; visa Majestas palam est;
Gemmeo splendore captus & pompa aurea,
Deseris rupem gemellam,deseris fantes Equi,
Despicisq; cum Cleanthe lene Chrysippi latus.
Ergo te Aula multa honorat,multa adorat,ac sui
Histrionicam favoris explicat larvam,haud minus
Sic tamen statæ juventæ flore masculo interis;
Teque nulla honorat Aula,nulla adorat amplius:
Sola WOWERI,Tonantis gnata,solæ Hiantiæ
Virgines,solæ cliente Cypridos,te haud deserunt
Mortuum; sui ast amoris,ast honoris pristini
Testimonium inclitum Hebes collocarunt atriis;
Heic ubi inter Eruditos luce fulgebis bona,
Quamdiu exercebit Aula pristinam histrionicam.

JANUS GRUTERUS JC.
& Profess. Heidelberg.

EPITAPHIUM.

Clarus JOANNES WOVVERUS conditus urna hac
Ingenii claris doctibus ecce jacet.
Et qui illustris JOANNIS consultor ADOLPHI
PRINCIPIS eloquia,consilioque fuit.
Cujus in illius Scriptis monumenta supersunt
Viva,cui debent mundus & aula decus

J. ARCERIUS.

SCRIPTA.

C. Sidonii Apollinaris Opera cum notis: *Paris.* 1598. & *Hanoviæ* 1617. in 8.

Petronius Arbiter cum notis: *ibid.* in 8. 1629. & Helenop. 1610. in 8.

Notæ Epidicticæ in Q. Septimi Tertulliani Opera: *Francof.* 1603. 1612. in 8.

Julius Firmicus de errore profanarum Religionum,cum notis: *ibid.* 1603. in 8.

De Polymathia tractatio: *Hamburgi* 1604. in 4. *Lips.* 1665. in 8. Conf. de hocce scripto Celeberrimos Viros, Thomasium,de Plagio literario §. 593. 594. & Placcium in Catalogo Pseudonymorum §. 893.

Notas Epidicticas in Tertullianum librum de Vmbra & Ph[...]mathiam opus operosissimum, & quo ad eruderandum a[...]mum ab inscitiæ vepretis à multis retrò annis nullum proc[...] utilius. Non longo post intervallo à generoso Comite F[...]siæ ENNONE ad Munus Consiliarii honestè evocatur; cuj[...] nomine quoq; pro pacificatione Embdana, Hagam Comi[...] legationem suscepit. Deinde propter crebras eruptiones Em[...]densium cum junioribus Comitibus in Holsatiam ad illu[...]strissimum Principem JOHANNEM ADOLPHUM mittitu[...] quem unico congressu, suadelâ suâ & doctissimis moribus i[...] totum cepit, ut antequam ab illo discederet, se valedicturu[...] Comiti Embdano, & ipsi operam daturum sub juramen[...] compulsus fuerit promittere. Ornatur igitur à prædict[...] Principe titulo Consiliarii, nihilq; magni momenti geritur[...] cui non sagax ille & prudens temporum observator, adhibe[...]retur. Meruit etiam hâc suâ diligentiâ præfecturam arci[...] Gottorpianæ (splendidæ imprimis dignitatis ista est admini[...]stratio, nec nisi nobilissimis Holsatiæ datur) quam cùm lau[...]dabiliter per tres annos administrasset, incidit in morbum len[...]tum ac gravem, qui eum quotidiè erogavit, & sensim conta[...] befecit. Sentiens igitur sibi adesse fatalem & suam horam, ac[...]cersiri jussit sacerdotem, factaq; ritè exomologesi, & sacro[...] viatico suscepto, placidè & leniter expiravit. Anno Christ[...] ∞ IↃ CXII. III. Kal. Aprilis, ætatis suæ XXXIIX. non sine[...] illustrissimi Principis sui desiderio, cujus jussu Slesvvigæ in[...] templo majori honorificentissimè tumulatus est. Ipsius mo[...]numento ipse voluit ut hæc saltem verba inscriberentur:

HIC. SITA. SUNT. OSSA. JOANNIS. WOWERI[...]

Ad

Virum inclutum,

JOANNEM WOWERIUM.

MAtte, WOVVERI, cadentem te Minerva arcto sinu
Excipit, novemq; Musæ mollibus dein tegunt
Fascis, charisq; melle Gnydio os rude imbuit:
Hic erit nobis alumnus singularis, hic erit
Mysta rarus, quiq; centum præstet unicus vices.
Sic Athéna, Gratiæq;, sic Monetæ pignora
Ominabantur, recenti plus quam onustæ gaudio.
Et quidem huic & his fuisti deditus tenerrimè
Per decem decemq; brumas. Verùm ut inquies Hono[...]

Visu[...]

Visus est palam tibi, utq; visa Majestas palam est;
Gemmeo splendore captus & pompa aurea,
Deseris rupem gemellam, deseris fantes Equi,
Despicisq; cum Cleanthe lene Chrysippi latus.
Ergo te Aula multa honorat, multa adorat, ac sui
Histrionicam favoris explicat larvam, haud minus
Sic tamen statæ juventæ flore masculo interis;
Teque nulla honorat Aula, nulla adorat amplius:
Sola WOWERI, Tonantis gnata, solæ Hiantiæ
Virgines, solæ cliente Cypridos, te haud deserunt
Mortuum; sui ast amoris, ast honoris pristini
Testimonium inclitum Hebes collocarunt atriis;
Heic ubi inter Eruditos luce fulgebis bona,
Quamdiu exercebit Aula pristinam histrionicam.

JANUS GRUTERUS JC.
& Profess. Heidelberg.

EPITAPHIUM.

Clarus JOANNES WOVVERUS conditus urna hac
Ingenii claris dotibus ecce jacet.
Et qui illustris JOANNIS consultor ADOLPHI
PRINCIPIS eloquia, consilioque fuit.
Cujus in illius Scriptis monumenta supersunt
Viva, cui debent mundus & aula decus

J. ARCERIUS.

SCRIPTA.

C. Sidonii Apollinaris Opera cum notis: *Paris.* 1598. & *Hanoviæ* 1617. in 8.

Petronius Arbiter cum notis: *ibid.* in 8. 1629. & Helenop. 1610. in 8.

Notæ Epidicticæ in Q. Septimi Tertulliani Opera: *Francof.* 1603. 1612. in 8.

Julius Firmicus de errore profanarum Religionum, cum notis: *ibid.* 1603. in 8.

De Polymathia tractatio: *Hamburgi* 1604. in 4. *Lips.* 1665. in 8. Conf. de hocce scripto Celeberrimos Viros, Thomasium, de Plagio literario §. 593. 594. & Placcium in Catalogo Pseudonymorum §. 893.

Notas Epidicticas in Tertullianum librum de Vmbra & *Polymathiam* opus operosissimum, & quo ad eruderandum animum ab inscitiæ vepretis à multis retrò annis nullum prodiit utilius. Non longo post intervallo à generoso Comite Frisiæ ENNONE ad Munus Consiliarii honestè evocatur; cujus nomine quoq; pro pacificatione Embdana, Hagam Comitis legationem suscepit. Deinde propter crebras eruptiones Embdensium cum junioribus Comitibus in Holsatiam ad illustrissimum Principem JOHANNEM ADOLPHUM mittitur, quem unico congressu, suadelâ suâ & doctissimis moribus ita totum cepit, ut antequam ab illo discederet, se valedicturum Comiti Embdano, & ipsi operam daturum sub juramento compulsus fuerit promittere. Ornatur igitur à prædicto Principe titulo Consiliarii, nihilq; magni momenti geritur, cui non sagax ille & prudens temporum observator, adhiberetur. Meruit etiam hâc suâ diligentiâ præfecturam arcis Gottorpianæ (splendidæ imprimis dignitatis ista est administratio, nec nisi nobilissimis Holsatiæ datur) quam cùm laudabiliter per tres annos administrasset, incidit in morbum lentum ac gravem, qui eum quotidiè erogavit, & sensim contabefecit. Sentiens igitur sibi adesse fatalem & suam horam, accersiri jussit sacerdotem, factaq; ritè exomologesi, & sacro viatico suscepto, placidè & leniter expiravit. Anno Christi ∞ Iↄ cxII. III. Kal. Aprilis, ætatis suæ XXXIIX. non sine illustrissimi Principis sui desiderio, cujus jussu Slesvvigæ in templo majori honorificentissimè tumulatus est. Ipsius monumento ipse voluit ut hæc saltem verba inscriberentur:

HIC. SITA. SUNT. OSSA. JOANNIS. WOWERI.

Ad
Virum inclutum,
JOANNEM WOWERIUM.

MAtre, WOVVERI, cadentem te Minerva arcto sinu
Excipit, novemq; Musæ mollibus dein tegunt
Fascis, charisq; melle Gnydio os rude imbuit:
Hic erit nobis alumnus singularis, hic erit
Mysta rarus, quiq; centum præstet unicus vices.
Sic Athéna, Gratiæq;, sic Monetæ pignora
Ominabantur, recenti plus quam onustæ gaudio.
Et quidem huic & his fuisti deditus tenerrimè
Per decem decemq; brumas. Verùm ut inquies Hono

Visu

Visus est palam tibi, utq; visa Majestas palam est;
Gemmeo splendore captus & pompa aurea,
Deseris rupem gemellam, deseris fantes Equi,
Despicisq; cum Cleanthe lene Chrysippi latus.
Ergo te Aula multa honorat, multa adorat, ac sui
Histrionicam favoris explicat larvam, haud minus
Sic tamen statæ juventæ flore masculo interis;
Teque nulla honorat Aula, nulla adorat amplius:
Sola WOWERI, Tonantis gnata, solæ Hiantiæ
Virgines, solæ cliente Cypridos, te haud deserunt
Mortuum; sui ast amoris, ast honoris pristini
Testimonium inclitum Hebes collocarunt atriis;
Heic ubi inter Eruditos luce fulgebis bona,
Quamdiu exercebit Aula pristinam histrionicam.

JANUS GRUTERUS JC.
& Profess. Heidelberg.

EPITAPHIUM.

Clarus JOANNES WOVVERUS conditus urna hac
Ingenii claris dotibus ecce jacet.
Et qui illustris JOANNIS consultor ADOLPHI
PRINCIPIS eloquia, consilioque fuit.
Cujus in illius Scriptis monumenta supersunt
Viva, cui debent mundus & aula decus

J. ARCERIUS.

SCRIPTA.

C. Sidonii Apollinaris Opera cum notis: *Paris.* 1598. & *Hanoviæ* 1617. in 8.

Petronius Arbiter cum notis: *ibid.* in 8. 1629. & Helenop. 1610. in 8.

Notæ Epidicticæ in Q. Septimi Tertulliani Opera: *Francof.* 1603. 1612. in 8.

Julius Firmicus de errore profanarum Religionum, cum notis: *ibid.* 1603. in 8.

De Polymathia tractatio: *Hamburgi* 1604. in 4. *Lips.* 1665. in 8. Conf. de hocce scripto Celeberrimos Viros, Thomasium, de Plagio literario §. 593. 594. & Placcium in Catalogo Pseudonymorum §. 893.

Et famam meritam venturo mancipet ævo,
Carmina quam latè tranant, collecta sepulcro
Molliter ossa cubent, sed mens extracta beato
In gremio Abrahæ momenta novissima mundi
Exspectet, faxit DEUS hoc, tuq; ultima grati
Discipuli *Reusnere* tui cape munera. DIXI.

JEHOVÆ
LUCI ET SALUTI
MORTALIUM
S.
ELIAS REUSNERUS LEORINUS
HIST. ET POET. P. P.
SECULI HUJUS LAQVEIS EXSOLVI
CHRISTUMQUE
LUCEM ET SALUTEM SUAM
CONTUERI SATAGENS
QUANTULASCUNQ. CORPORIS RELIQUIAS
MAGNÆ MATRI
QUANDOCUNQ. ET UBICUNQ. DEO VISUM
LUBENS MERITOQUE
REDDITURUS
IN FRAGILITATIS HUM. MEM.
REDINTEGRAT. SPEM
VIVENS HOC SIBI MON. P. C.

Vita mihi CHRISTUS, *mors lucrum & janua vitæ,*
Ut CHRISTO *vivam, sit mihi dulce mori.*
Morte tuâ, mors ô mortis, da vincere mortem:
Sic tu CHRISTE *mihi vita perennis eris.*

In tumulum Eliæ Reusneri.

Aspice cælatis monumenta insculpta columnis
Quæ sibi Reusnerus jusserat ante strui.
Nempe hominem natum dúm sese noverat horâ,
Instantem mansit qualibet ille necem.
Nec potuit vitam mors huic prævertere, veram
Optavit vitam qui sibi morte dari.
Qui sapit, is fatum vivens exspectat ubiq;,
Incautum velox ne queat opprimere.

I. G.

SCRI-

SCRIPTA.

Genethliacum Romanum, de præcipuis familiis Regum, Principum, Cæsarum, Imperatorum, Consulum, aliorumque Magistratuum ac Procerum Imperii Romani ab urbe Condita ad hæc tempora: *Francof.* 1589, 1592. 1612. in fol.

Diarium Historicum, in quo est Epitome omnium Fastorum & Annalium tam sacrorum, quàm prophanorum, unà cum Calendario Græco & Romano, triplici Pontif. item novo: *ibid.* 1590. 1612. in 4.

Βασιλικῶν opus Genealogicum Catholicum, de præcipuis familiis Imperatorum, Regum, Principum, aliorumq; orbis Christiani Procerum: *ibid.* 1592. in fol.

Lyra Mercurii de VII. Artibus Liberalibus, cum novem Musis collatis: *Jenæ* 1593. 1595. in 4.

Genealogia Regum, Electorum, Ducum, Principum atq; Comitum, qui Origines suas à Saxonum Rege Wedekindo deducunt. Accessit Stemmatographia Illustr. Ducum Saxoniæ: *ibid.* 1597. *Lips.* 1610. *Francof.* 1622. in fol.

Epistolæ Turcicæ variorum Autorum, ex recensione Eliæ Reusner: *Francof.* 1589. in 4.

Isagoges historiæ libri duo, quorum unus Ecclesiasticam, alter Politicam continet Historiã, secundùm cujusq; ætates exactè definitam, quarum illa ad traditionem Domus Eliæ; hæc ad quatuor mundi regna in bestiis IV. à Daniele Propheta adumbrata, accommodata est, cum veterum Historicorum tam Græcorum quàm Latinorum Chronologia: *Jenæ* 1600. 1621. in 4.

Accessit Principum & Comitum, virorumq; Doctorum Catalogus Chronologicus: *ibid.* 1611. 1621. in 4.

Commentar. de vera annorum Mundi ad Natum Christum Supplicatione; Chronologiæ in Synagoge historica observatæ solidas continens demonstrationes: *ibid.* 1600. in 4.

Enucleatio septem illustrium quæstionum Historicarum, de tempore Mundi conditi, donatione Constantini &c. *ibid.* 1609. in 4.

Strata-

Stratagematographia sive thesaurus bellicus: *Francof.* 1609. in 4.

De Epistola Chronologica Sethi Calvisii, ad candidum L... ctorem commonitio cum notis: *Lips.* 1610. in 4.

Brevis & dilucida duarum quæstionum Chronologicarum controversarum enodatio 1. de Ministerio Christi 2. ... Æra Christiana: *Jenæ* 1610. in 4.

Hortulus Historico-Politicus, coronas sex ex floribus vari... variegatas complectens: *Herbornæ* 1618. in 12. 1651. in 8...



VITA



VITA
VIRI NOBILISSIMI AMPLISSIMIQVE
JOAN. WOWERI,
Sereniſſimi Holſatiæ Principis Conſiliarii graviſſimi,
Polyhiſtoris longè celeberrimi, paucis deſcripta.



OANNES WOWERIUS natus eſt Hamburgi honeſtis Parentibus VI. Eidus Martii Anno Chriſti ∞ I Ↄ LXXIV. Puer prima literarum ſtipendia in ſchola patria fecit, quam tunc magnâ cum laude Vir eruditiſſimus WERNERUS ROLEVINCIUS moderabatur. Annum agens XIIX. à patre Leydam ablegatur, ubi quinq; ſolidos annos permanſit, ſectatus amæna literarum & antiquitatis ſtudia. Coluit ibi conjunctionem gratiæ cum Clementiſſimis Viris JANO GRUTERO J.C. DOVSIS, VULCANIO, MERULA, HEINSIO, MEURSIO, SCRIVERIO, BLIENBURGIO, & quem primo loco nominare debui, magno SCALIGERO, cui etiam impuriſſimum ſcriptorem puriſſimæ latinitatis dedicavit. Inde in Galliam profectus familiariter innotuit Viris ſummis CLAUDIO PUTEANO, FRANCISCO PYTHÆO, JACOBO BONGARSIO, PETRO DANIELI, ISAACO CASAUBONO, DOMINICO BAUDIO, THEODORO MARCILIO, & admodum reverendo viro GUITTARDO RATÆO, Epiſcopo Mompeenſi, cui Sidonium Apollinarem inſcripſit. Poſtea iter in Italiam capeſſit, illicque biennium exegit, propter excellentis ingenii dotes principibus, Cardinalibus, & Rotæ auditoribus admodum charus & æſtimatus, quorum operâ etiam ſæpe numero ad ipſum Pontificem Romanum aditus ei patuit, qui benignè hominem amplexus eſt, honeſtoq; ſtipendio alere voluit: cujus preces prætextu adverſę valetudinis blandâ averſatione ſapienter repulit. Ex longa peregrinatione domum redux ſtudia, quę juvenis tractaverat, ſtudioſè recoluit, publicavitq; *Minutiũ Felicem, Firmicũ, Panegyricũ ad Regẽ Daniæ, Apuleji*

Notas

Notas Epidicticas in Tertullianum librum de Umbra & *Polymathiam* opus operosissimum, & quo ad eruderandum animum ab inscitiæ vepretis à multis retrò annis nullum prodiit utilius. Non longo post intervallo à generoso Comite Frisiæ ENNONE ad Munus Consiliarii honestè evocatur; cujus nomine quoq; pro pacificatione Embdana, Hagam Comitis legationem suscepit. Deinde propter crebras eruptiones Embdensium cum junioribus Comitibus in Holsatiam ad illustrissimum Principem JOHANNEM ADOLPHUM mittitur, quem unico congressu, suadelâ suâ & doctissimis moribus in totum cepit, ut antequam ab illo discederet, se valedicturum Comiti Embdano, & ipsi operam daturum sub juramento compulsus fuerit promittere. Ornatur igitur à prædicto Principe titulo Consiliarii, nihilq; magni momenti geritur cui non sagax ille & prudens temporum observator, adhiberetur. Meruit etiam hâc suâ diligentiâ præfecturam arcis Gottorpianæ (splendidæ imprimis dignitatis ista est administratio, nec nisi nobilissimis Holsatiæ datur) quam cùm laudabiliter per tres annos administrasset, incidit in morbum lentum ac gravem, qui eum quotidiè erogavit, & sensim contabefecit. Sentiens igitur sibi adesse fatalem & suam horam, accersiri jussit sacerdotem, factaq; ritè exomologesi, & sacro viatico suscepto, placidè & leniter expiravit. Anno Christi ∞ IↃ CXII. III. Kal. Aprilis, ætatis suæ XXXIIX. non sine illustrissimi Principis sui desiderio, cujus jussu Slesvvigæ in templo majori honorificentissimè tumulatus est. Ipsius monumento ipse voluit ut hæc saltem verba inscriberentur:

HIC. SITA. SUNT. OSSA. JOANNIS. WOWERI.

Ad
Virum inclutum,

JOANNEM WOWERIUM.

MAtre, WOVVERI, cadentem te Minerva arcto sinu
Excipit, novemq; Musæ mollibus dein tegunt
Fascis, charisq; melle Gnydio os rude imbuit:
Hic erit nobis alumnus singularis, hic erit
Mysta rarus, quiq; centum præstet unicus vices.
Sic Athéna, Gratiæq;, sic Monetæ pignora
Ominabantur, recenti plus quam onustæ gaudio.
Et quidem huic & his fuisti deditus tenerrimè
Per decem decemq; brumas. Verùm ut inquies Honos
Visu

Visus est palam tibi, utq; visa Majestas palam est;
Gemmeo splendore captus & pompa aurea,
Deseris rupem gemellam, deseris fontes Equi,
Despicisq; cum Cleanthe lene Chrysippi latus.
Ergo te Aula multa honorat, multa adorat, ac sui
Histrionicam favoris explicat larvam, haud minus
Sic tamen statæ juventæ flore masculo interis;
Teque nulla honorat Aula, nulla adorat amplius:
Sola WOWERI, Tonantis gnata, solæ Hiantiæ
Virgines, solæ cliente Cypridos, te haud deserunt
Mortuum; sui ast amoris, ast honoris pristini
Testimonium inclitum Hebes collocarunt atriis;
Heic ubi inter Eruditos luce fulgebis bona,
Quamdiu exercebit Aula pristinam histrionicam.

JANUS GRUTERUS JC.
& Profess. Heidelberg.

EPITAPHIUM.

Clarus JOANNES WOVVERUS conditus urna hac
Ingenii claris dotibus ecce jacet.
Et qui illustris JOANNIS consultor ADOLPHI
PRINCIPIS eloquia, consilioque fuit.
Cujus in illius Scriptis monumenta supersunt
Viva, cui debent mundus & aula decus

J. ARCERIUS.

SCRIPTA.

C. Sidonii Apollinaris Opera cum notis: ***Paris.*** 1598. & ***Hanoviæ*** 1617. in 8.

Petronius Arbiter cum notis: ***ibid.*** in 8. 1629. & Helenop. 1610. in 8.

Notæ Epidicticæ in Q. Septimi Tertulliani Opera: ***Francof.*** 1603. 1612. in 8.

Julius Firmicus de errore profanarum Religionum, cum notis: ***ibid.*** 1603. in 8.

De Polymathia tractatio: ***Hamburgi*** 1604. in 4. ***Lips*** 1665. in 8. Conf. de hocce scripto Celeberrimos Viros, Thomasium, de Plagio literario §. 593. 594. & Placcium in Catalogo Pseudonymorum §. 893.

 Apu-

Apuleji Opera emendata & aucta: *Francof* 1605. in 12.
De cognitione veterum novi orbis: *ibidem* in 8.
Dies æstiva, sive de Umbra pægnion: *Francof.* 1610. in *Oxon.* 1636. in 12.
Panegyricus Christiano IV. Daniæ Regi dictus cùm Maj statî ejus Senatus Populusq; Hamburgensis Homagiu præstaret: *Hamb.* 1613. in 8.
Syntagma de Græca & Latina Bibliorum interpretatione edente Geuerh. Elmenhorstio: *ibid.* 1618. in 8. & ur cum Briani Waltonis dissertatione de linguis Oriental bus: *Daventriæ* 1658. in 12.
Epistolarum Centuriæ duæ: *Hamb.* 1619. in 8.
Marci Minutii Felicis Octavius, Cæcilius Cyprianus de Ido lorum Vanitate, & Julius Firmicus de profana ac vera Re ligione, cum notis: *Lugd, Bat.* 1645 in 12.



ORA

ORATIUNCULA

FRIDERICI TAUBMANI,

Poëtæ & Philologi incomparabilis, clarissimi Germaniæ Luminis

MEMORIÆ

habita Wittebergæ

a. d. xx. Aprilis, ANNO CHRISTIANO M. DC. XIII.

à

M. ERASMO SCHMIDT,

Græc. Prof. & p. t. Facult. Philos. Decano.



PRO cujus valetudine & vitâ, in nupera panegyri philosophica, preces ex hoc ipso loco ad Deum trinũum me præeunte misistis, brevibus quidem verbis conceptas, sed affectu ardentissimas; de eo ipso piè defuncto verba jam facere debeo. Sed quis ille? Ominari quidem, imò scire vos ipsi per vos ipsos potestis, quem velim. FRIDERICUM TAUBMANUM intelligo. Ah Taubmanum, Collegam ut nuper appellavi charissimum nunc verò desideratissimum. O Taubmanum. At quem Virum? Quem quidem vos, Auditores ordinum omnium, novistis optimè, & amastis intimè: Exteri verò admirantur maximè. De hoc Viro verba ego nunc facere debeo, inquam, partim privatim, quia conjunctissima nostra amicitia, quæ cùm aliunde, tum ex Tutela meis præstitâ satis innotuit, hoc officium jure suo sibi postulat: partim publicè, quia non planè nulli fuerunt, qui affectu erga Taubmanum optimo, hanc provinciam mihi hoc tempore Decanatu fungenti no-

mine Facultatis Philosophicæ in hac Academia, cujus & membrum nobilissimum fuit, delegandam haud obscurè r nuerunt. At quæ in me vis ingenii est? quæ eloquentia i me balbutiente? qui tanti Viri laudes decantandas in me su scipiam? qui coram Musis omnibus, in nulla veste assidenti bus, & Vindice suo dignum quid exspectantibus, os aperire au deam? Velim equidem ab Eloquentiori aliquo has parte susceptas esse. Facilè enim agnosco, quicquid hic dixero, non hic tantum, sed alibi, ubicunq; nimirum Taubmani nomen Famâ duce percrebuit, judicatum iri. Sed dicam tamen, cum privatæ amicitiæ officium præstiturus, tum voluntati aliquo rum utcunq; satisfacturus, tum optimo affectu judicioq; candido aliorum gavisurus. Voluit sanè Alexander Magnus terrarum ille Monarcha, à nemine nisi ab Apelle pingi, Cur non & Taubmanus, rei literariæ (absit verbo invidia) facilè Monarcha, à nemine præterquam à Demosthene vel Cicerone aliquo laudari velit? Sed ignoscite, ô Taubmaniani manes doctissimi, mihi ab eloquentia Demosthenica vel Tulliana minimè instructo, & tamen hoc ipsum aggredienti. Pietatem potius in vos respicite meam, quàm incomptas sermonis mei periodos. Similiter autem & vos statuite, Auditores æquissimi, à me nunc pietatis potius in Collegam & amicum desideratissimum, quàm ostentationis: querelæ potius de amisso bono publico, quàm eloquentię, quam in me fateor esse nullam; doloris, potius acerbissimi de præmaturo obitu tanti Viri, quàm ingenii sive veri sive affectati partes esse susceptas.

Si proindè exspectationi vestræ, Rector Magnifice, Viri Reverendi, Consultissimi, Excellentissimi, Clarissimi, Prudentissimi, Humanissimi, tuq; Juvenum lectissimorum corona nobilissima, quibus universis & singulis pro affectu erga Taubmannum, præsentia hac honorificentissima comprobato gratias ago officiosas, ex asse non respondero, tantum saltem veniæ mihi nunc largiamini obsecro, quantum & pio dolori & pio affectui largiendum putatis. Si verborum ornatu placere non potero, uti non potero; saltem res non planè ingratas de Taubmano commemorans, molestus ne sim, brevitate cavebo. Vos modò faventes auscultetis rogo.

Sed unde nunc dicendi initium faciam? Tantus sese aperit campus laudum Taubmanianarum, ut unde incipiendum, ubi desinendum sit, propè non videam. Puto autem idem mihi faciendum esse, quod ἀνθολόγοι factitant, qui non totum campum demetunt, sed ex eo illa tantum quæ corollæ con-

cin-

cinnandæ sufficere videntur, reliquis omissis, seligunt, & ita aliis ad idem studium satis superq; materiæ relinquunt. Seligam ergo & ego, quæ mihi putabo esse commodissima, reliqua propè infinita aliis commemoranda relicturus. Et in his quidem eum observabo ordinem, qui communiter observari solet, nec fortassè non debet, ut à prioribus ad posteriora, salva tamen libertate res ordinandi, progrediar.

Natus ergò fuit noster FRIDERICUS TAUBMANUS anno computationis Christianæ, ut literis publicis testatum accepimus, M.D.LXV. die incertum an XV. an verò, quo baptismate initiatum annales Ecclesiastici testantur, XVI. Maji, in oppidulo Franconiæ Wonsesio. Quod oppidulum etsi exile & obscurioris famæ semper fuit; ita tamen hoc filio suo Taubmano crevit & inclaruit, ut multis aliis celeberrimis etiam urbibus palmam præripere possit. Non fuit decus Ulyssi sapientissimo, in Ithaca aspera; non Poëtarum Græcorum suavissimo Hesiodo, Ascræ; non Philosophorum Coryphæo Aristoteli, Stagiræ; non Ciceroni Oratorum Romanorum Principi, Arpini; non Catoni Censorio, Tusculi; non Philippo Melanchthoni Germaniæ lumini, Brettæ; non aliis alibi in lucem prodiisse. Quid Taubmani claritati detraheret, Wonsesium habere patriam? Imò potiùs ut Ulysses Ithacam, Hesiodus Ascram, Aristoteles Stagiram, Cicero Arpinum, Cato Tusculum, Philippus Brettam: ita & Taubmanus Wonsesium nobilitavit; ut quamvis asperæ fortassè sint; tamen propter dictos viros ἀγαθαὶ κουροτρόφοι audiant. Et ut altiùs rem repetam, Non fuit CHRISTO Servatori ignominiosum in vico contemptissimo Bethlehem nasci, ut potiùs propter hujus nativitatem Bethlehema nequaquam minima æstimanda à Spiritu S. pronuncietur. Quid ergo dedecoris esset Taubmano, natum fuisse in vico obscuro? Jussit Deus ex Tenebris Lucem illucescere. An propterea Lux est minoris precii? Jussit Deus ex Nihilo produci omnia corpora; ex Puncto, omnem Magnitudinem; ex Unitate omnem Numerum. Imò semper Deus ex parvis & Mundo despectis initiis, summa quæque producit. Et sēper laudabilius Civis patriā quā patria civē honestat. Neq; tam Locus virum, quàm Vir locum ornat.

Illud verò semper pio gratoq; affectu agnovit noster Taubmanus: se non inter Turcas aut Gentes ἀθέους, sed in eo cœtu, ubi JESU CHRISTI Salvatoris totius Mundi nomen pro charactere habetur, natum, & per sacrosanctum regenerationis lavacrum Ecclesiæ Dei insitum fuisse cujus ut vivum membrum æternum maneret, precibus assiduis à Deo contendit.

Patriæ commemorationi ſuccedunt Parentes. Ex iis n tus fuit honeſtiſſimis. Patrem habuit Marcum Taubmanu virum quidem literis non imbutum, ſed opificem manuariu honoratum tamen, & pro ratione vici illius Conſulem: Ma trem Barbaram Hoffmanianam, quæ Marco Taubmano de functo, re ita exigente, ad ſecunda vota tranſiit, nupta alter honeſto viro, qui naturâ quidem Vitricus, affectu tamen, animoque Pater, Taubmanum noſtrum, quanquam in re tenui ſtudiorum culturæ deſtinavit; & ſanè, ut eventus docuit, fato felici. Glorientur, qui gloriari poſſunt aut volunt, de antiquitate ſtemmatum. Neq; enim eſt quòd vitio illis verta tur, ſi Majorum veſtigiis inſiſtentes, avitam dignitatem ſartam tectamque conſervent. At quid faciunt aliud, præterquam id, quod à Majoribus factitatum eſt? imò quid potiùs ſæpe non faciunt? Illis gloria potior ad omnem memoriam debetur; qui Novi homines exſtiterunt, & ex humiliore loco ad celſiora faſtigia aſcenderunt. Nihil prodeſt Titio vel Cajo ex claro loco prodiiſſe, niſi virtute propria eundem tueatur. Sic & nihil cuiquam obeſt, obſcuros natales habuiſſe, ſi modò virtute nomen ſibi poſteriſq; pepererit immortale. Imò quanto ignominioſior cenſendus eſt, qui Majorum virtutem ſplendidam vitiis obſcurat: tantò nobiliori fama beandus eſt, qui majorum virtutem, vel paupertate, vel humilitate generis, vel utraque, preſſam aut ſaltem tectam, ſua gnavitate in apricum producit, & poſteris aliiſque exemplum illuſtre ſeſe conſtituit. Quod Taubmanus noſter abundè fecit.

Idem autem Vitricus defunctâ Barbarâ Hofmanianâ, aliam uxorem duxit, Taubmanoq; noſtro Novercam ſuperinduxit, ſed minimè tamen injuſtam aut iniquam. Quippe quæ non alio quàm materno affectu ſemper eum fuit, ut proprium filium proſecuta, ut ſæpius illam Novercæ εὐστοργίαν, raro exemplo ab ipſo deprædicari audivimus. Neq; collocavit ſanè ſuum illa affectum malè. Taubmanus enim pro pietate ſua non modò gratam ſemper Novercæ hujus æquiſſimæ εὐστοργία memoriam retinuit, ſed & θρεπτηρίοις redditis ἀντιπελαργεῖ ſtuduit. Quicquid enim δωρημάτων pro Teſtimoniis, Intimationibus. & id genus aliis accepit; partem ejus maximam quotannis Novercæ miſit, ejuſque in ſenio indigentiam luculenta ope ſublevavit. Celebratur Æneas, qui Anchiſen patrem ex ignibus Trojanis eripuit. Celebrantur Catanenſe fratres, qui Parentes ex Ætnæo incendio humeris ſuis expor tarunt. Nec immeritò. At hi præſentes præſentibus & γη

ties semel subvenerunt. Noster Taubmanus absens ex longo intervallo, non Matris propriæ, sed Novercæ senium, non semel, sed per aliquot annos, quamdiu illa vixit, ex paupertatis incendio exportavit. Exemplum profectò rarum, hoc præsertim ævo, quæ Novercarum erga Privignos, Privignorum erga Vitricos vel Novercas affectus non admodum laudandus, nimium vulgaris est. Sed quò rarius hoc Taubmanianæ pietatis exemplum est: eò luculentiùs eam DEUS præmiis etiam hujus vitæ, & rei familiaris incremento recompensavit. Est enim præceptum divinum de honore Parentum, & qui eorum loco sunt, primum, cui Deus specialem promissionem annexuit: cujus etiam nunquam non solet esse memor.

Fratrem habuit unicum, Fabianum Taubmanum, quem jam ante octodecim annos hic cum nostro fuisse meminimus, hominem, ut apparebat, prisca & Germana simplicitate atque ingenuitate; cujus filium Johannem Taubmanum, Serenissimi Saxoniæ Electoris munificentiâ speciali, Illustris schola Misnensis hodiè alit. Sororem item comperimus ei fuisse unicam, ex qua nepotem Taubmani, Johannem Lauerum proximâ æstate, non sine pestis suspicione, in Nosocomio Academico suburbano, quò ipse sese contulerat, obiisse meministis.

Eò felicior verò illo Fratre suo, qui idiota mansit, noster Taubmanus censendus est, quo meliorem institutionem, Vitrico procurante, fuit adeptus.

Is enim hunc privignum suum, quum annum exegisset duodecimum, anno Christiano scilicet 1577. mense Decembri, Culmbachium deductum, Musis & Pietate illic loci, felicissimo auspicio consecravit; quamvis eo tempore ominari nemo potuisset, ex isto pauperculo & tum temporis rudi ac simplici puero, tantum evasurum Virum. Ibat tumbenus Taubmanus cum Vitrico suo, quò deducebatur, futurorum planè securus Deo & Eventui omnia commendans. Admissus in Rectoris Culmbacensis Museum & examine tentandus, pro aperta ingenuitate pectoris sui, hîc se Hospitem, imò Patrem invenisse ratus, sarcinulam suam, non sine suavi risu Rectoris, sub scamno recondebat, tanquam ibi permansurus. Interrogatus de variis, ità respondit, ut quantumvis pro ætate, ob defectum justæ ingenii culturæ, qua in vico patrio frui ei non licuerat, minùs exspectationi fortè satisfecerit, semper tamen & animi apertam ingenuitatem, & ingenii latentem, & adhuc simplicitate quasi sopitam vim ostenderet. Quis tum putâsset, hunc puerum ita simplicem & adhuc rudem, tantum

Latinæ Græcæq; literaturæ vindicem futurum? Solet in-dum vis naturæ, quo generosior est, quasi profundè aliqui futurum meditabunda, & intra sese magni aliquid fingens, annis aliquot primis latere quasi sopita, usquedum idonea culturam nacta, apertiùs sese prodere valeat, & ex segetis st tim herbâ messis futuræ exspectationem insignem faciat. longè tales naturæ præcocib. sunt nobiliores. Vivaciores cr duntur, quibus dentes tardiùs enascuntur, quàm quib præpoperè. Prudentiores & in loquendo cautiores eva dere solent, qui seriùs fari discunt: magis autem garruli imprudentiores, qui citius. Ingenia præcocia rarò ad fruger pervenire, vulgato verbo dicitur: de maturis sese habet secu modò cultura justa justo tempore accedat, ipseq; puer sibi no desit. Quorum utroq; Taubmanus noster ab eo die destitu tus non fuit. Invenit enim ibi ætati suæ culturam idoneam qua non in discendo confundebatur, aut quod apud nimium doctos Ludimagistros hodie nimium frequens est, altioribu captu obruebatur; sed methodicâ manuductione præceptorum assiduâ plurimum juvabatur. Nec ipse de sua diligentia quicquam remisit, aut preces ad DEUM pro benedictioni studiorum suorum omisit. Et quanquam ostiatim panem quærere quotidie per paupertatem ipsum oportebat; animo tamen semper eam tulit æquissimo, ut qui meliorem vel lautiorem vitam expertus anteà fuerat nunquam. Facilè tolerant paupertatem, qui cum ea nati & educati sunt. Illis verò demum paupertas gravis & molesta est, qui à pueritia molliter & delicatè inter lautitias divitiarum, imò etiam in mediocritate educati, in ætate ingravescente, acriter egere & strenuè esurire coguntur. Quod ne experiamur, deprecemur omnes.

Neque verò quicquam Taubmano ad futuram felicitatem obfuit, emendicatis particulis victitasse. Ipse potiùs de hac pueritiæ suæ egestate sæpissime lætatus & gloriatus fuit, & piorum hominum eleemosynas animo grato prædicavit.

Neq; fructibus caruit hæc paupertatis in annis primis experientia. Ita enim & rebus suis contentus esse, & luxum odisse, & quod optimum est, in DEO potiùs quàm causis proximis confidere, & aliis pauperculis condolere, ac pro virili subvenire Taubmanus didicit. *Ipse malignarus, miseris succurrere novit.* Minimè ergò paupertas ei, vel ulli alii exprobranda erit, quandoquidem tam præclararum virtutum & pietatis existit magistra. Recenset Aristophanes, ἀρίκωτατ☉ ille Comicus, in Pluto, Paupertatis commoda multa; sed Pietatis veræ culturam omittit homo ethnicus, quam Taubm. noster inte primos ejus fructus collocavit.

Nemo proinde Juvenum paupertatem suam iniquius ferat,

it de lautiore sorte desperet; modò pius sit, res suas agat, & eo eventum commendet. Quem Deus vult ad fastigium evarum, eum initio deprimit & humiliat; ut manifestò intelgat, se nihil habere quod non acceperit & proinde non esse, ur superbire debeat aut possit. Sed ad alia pergo.

Confecit Taubm Culmbachii quasi quadriennium. Intra uod tempus, Deo benedicente, ita profecit, ut longè alius jam sset, quàm qui accesserat. Imò vis ingenii, culturæ idoneę beeficio, multis argumentis sese prodens, spem de eo concitavit pud multos eximiam. Quumque circa illud ipsum tempus, nno videlicet Christ. M.D.LXXXII. Illustrissimus Princeps ac Dom. Dn. GEORG. FRID. March. Brand. & Olnodinus &c. elicis recordationis, nunquam satis laudatam scholam Illustrem, Pietati & Virtuti aperuisset Heilsbrun. inquam ex omni ditione sua optimæ indolis pueros conquirebat, noster etiam Taubm. hoc nomine in illam fuit missus. Ibi jam Taubm. Taubm. esse demũ verè incipiebat, & virtute sua Gratiisq; cõgenitis, omnium, non Præceptorum modò, sed & peregrinorũ plurimorũ oculos & animos in sese convertebat. In primis in Poësi ita proficiebat, ut supra vulgus Poëtarũ longissimè excellere judicaretur; & notitia atq; conversatio ejus, propter festivitatẽ, non affectatam, sed congenitã, à magnis quibusq; Viris, certatim expeteretur, & omnia auspicatissima de eo conciperentur. Christoph. Homag. Sympatriota & affinis meus, Decanus Suabacensis, Poëta præstantissimus, quem noster beatus, cùm propter staturã corporis, tum propter Poëticã excellentiã, *Poëtã Magnũ* appellare solebat, Hominis ingeniosa festivitate aliquandò delectatus suã, quã à Paulo Melisso acceperat, Coronã Laureã, jocusario quidẽ, sed veraci, ut eventus docuit, omine, capiti Taubm. imposuit, & à gestiente gestari voluit. Nõ multo post, ipse Melissus, quẽ Noster *Poëtarũ Aquilam* appellitabat, unà cũ Rhodom. olim nostro, una hora, virtutis ergo, Taubmanum Laurea donavit & coronavit. Viderunt nimirum illi accurati ingeniorum æstimatores, & agnoverunt in Taubm. nostro singularia & excellentissima Dei dona quæ & favore suo & honore illo excitare & augere studuerunt. Non enim erat in Taubmano tantùm doctrina & assuefactio, sed naturalis quædam ad Poëticã suavitatẽ inclinatio, omnes Gratias ac Veneres secũ ducẽs. *Natus erat fato non factus ab arte, Poëta.*

Quãtũ autẽ Naturalis δύναμις, Ante cõparato habitui præstet, cùm aliũde, tũ ex hisce Pindar. liquet: Σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ· μαθόντες δὲ, λάβροι παγγλωσσίᾳ κόρακες ὥς, ἄκραντα γαρύετον. Et τὸ φυᾷ κάρτιστον ἅπαν· πολλοὶ δὲ διδακταῖς ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος ὤρουσαν ἑλέσθαι. Et, συγγενεῖ τις εὐδοξίᾳ μέγα βρίθει· ὃς δὲ διδάκτ' ἔχει, ψεφηνὸς ἀνὴρ

ἀλλ' ἄλλα πτίων, ὑπὸ ἀτρικῶ κατίβα ποδὶ, μυρίων δ' ι[...]
λὰν ἀτελεῖ νόω γεύεται.

Sic ergo feliciſſimo fato natus Poëta, & jam Laurea do[...] tus Taubmanus Wittebergam auſpicato venit; ANN[...] M.D.XCII. Academicis ſtudiis ingenium uberius excult[...] rus. Sed quod pauci facerent, eâ modeſtia uſus fuit, ut de La[...] rea ſua per aliquot annos, donec aliunde res innotuiſſet, ve[...] bum fecerit nullum. Quum interea multi ſe Laureatos jac[...] tent, quos Larvatos potius dixeris.

Wittebergæ autem triennium & quod excurrit, continu[...] tum ita collocavit, ut eruditio ejus jam non amplius ſeſe in[...] Academicos fines contineret, ſed in tota paſſim Germania, [...] cum alibi, tum etiam Illuſtriſſimi Principis ac Domini, D[...] FRIDERICI WILHELMI p. m. Ducis Saxoniæ & tum Pr[...] Electoris, &c. Aulâ admiratores inveniret, & favorem atq[...] promotionem promereretur. Quam ob cauſam etiam Poët[...] cæ & humanioris literaturæ Profeſſioni, Academia noſtra no[...] minante, & dicto ProElectore approbante, feliciſſimè pra[...] fectus fuit, anno ſupra M.D.XCV. die Octobris XVIII.

Cui quanta fide in decimum octavum uſq; annum pra[...] fuerit, nemini ignotum eſt. Sæpius in publicis ſcriptis inculca[...] vit Juventuti illud Dei effatum: *Maledictus qui facit op[...] Domini negligenter.* Idem & ſibi dictum æſtimavit. Ideo[...] operas publicas intermittere, niſi quantum vel valetudine v[...] aliis cauſis ſonticis impediretur, religio ei fuit. Quanta etiam cum laude, bonorumq; omnium approbatione, quantoq[...] cum commodo publico, officio ſuo perfunctus ſit, Exteri æqu[...] nobiſcum ſciunt. Erat ei id præcipuè propoſitum, ut divin[...] Poëſeos penetralia Juventuti reſeraret, Linguam Latinam ſinceram propagaret, & ex bonis Autoribus illuſtratis com[...] probaret. Quod etiam egregiè præſtitit in Plauto, cuju[...] Comœdias quæ exſtant, publicè enarravit omnes, quemq; ſu[...] periori æſtate denuò cum Lucubrationibus ſuis eruditiſſimis & nuper paucis diebus ante obitum in minore forma ſin[...] commentariis, publico bono correctum & emaculatum com[...] municavit. Idem egregiè præſtitit in Virgilio, quem totum Juventuti prælegit, ſed adhuc in pluteis retinuit, magno cum Literatorum deſiderio; propediem emiſſurus, ſi vita ſuppet[...] iſſet. Quem præclarum tamen & utiliſſimum ejus Labo[...] rem, ne reipublicæ literariæ diu invideant, Hæredes primâ o[...] caſione operam dabunt. Quæ duo vel ſola monumenta, [...] vel maximè alia non eſſent, Taubmanum Immortalem co[...] ſervabunt, imò jamdudum famam ejus per totam Europam

vicinas insulas, per Germaniam, Galliam, Italiam, Bohemiam, Austriam, Hungariam, Daniam, Angliam, & quò non? volare fecerunt.

Simul verò Taubmanus etiam in eo multus erat, ut non tantùm Soloecismos & Barbarismos, ex contagio superiorum huc reliquos exstirparet: sed & lasciviam ingeniorum in insoletis præter necessitatem, datâ operâ, ex κακοζηλία, & transmarinæ nescio cujus eruditionis affectatione vel ostentatione luxuriantium reprimeret. Qua de re doctissima ejus exstat *Dissertatio de Lingua Latina*, quam me primùm Decano in actu Promotionis Magistrorum, ex vicino hoc scamno, ad Quæstionem Candidati respondens, præsente Augustissimo principe AUGUSTO, Saxoniæ &c. Duce Rectore tum Magnificentissimo, in hoc loco recitavit, posteà verò auctam publici juris fecit. In qua vel sola sese acerrimum Latinitatis Genuinæ Vindicem ac Patronum abundè probavit. Quo nomine etiam ab Exteris celebratur.

Quantus Poëta & Philologus Taubmanus fuerit, quamq; incomparabilis; res ipsa loquitur, & loquetur, potiùs, quàm ego potero. Malo hìc silere, quàm non satis pro meritis & dignitate dicere. Unicum dicam. Lumen nostræ Academiæ fuit clarissimum. Postera mirabitur ætas. Quantus quantus autem esset, minimè tamen sibi soli sapere visus fuit, sed sæpissimè pro re nata, cum Collegis diversis de rebus diversis consulit, & eorum sententias audivit. Poterunt hoc testari alii de aliis; ego de Græcis, de quibus non rarò, non etiam parum, tam per literulas mecum egit. Ubi Viri in Græcis non vulgarem peritiam probavi, quicquid calumniosè dicat vel scribat aliquis Porcius Suilius. Utinam autem, atque iterum utinam, diutiùs huic muneri præesse per Dei voluntatem debuisset: procul dubiò cum maximo rei literariæ commodo factum fuisset. Sed transeo ad reliqua.

Memor Taubmanus noster, se non sibi soli natum esse, & suo etiam loco Ecclesiæ Christi membra aucturus Deoq; in Conjugio casto bona cum conscientia serviturus; proximo statim anno 1596. post demandatam sibi publicam modò dictam functionem, Conjugium meditatus est, & publicè nuptias celebravit die 18. Maij. Utq; cætera omnia, ita & hoc pie & religiose ineundum judicavit precibus piis ad Deum Conjugii autorem fusis, & virorum honestorum cùm aliorum, tum verò maximè Michaelis Reichardi, Oratoris olim nostratis, quem ceu patrem venerabatur, consilio usus. Elegit autem

tam

tem sibi Virginem moratissimam & honestissimam, laboribusq; domesticis assvetissimam, ELISABETHAM, JOHANNIS MATTHÆI, civis olim hic honestissimi, filiam, adeo ex antiquissima & honoratissima Matthæorum in hac u familia prognatam, in vicinia ejus loci, ubi tum habitabat, gentem, secutus Hesiodea παραγγέλματα.

πωθένικλῶ γαμέων, ἥν γ' ἤθεα κεδνὰ διδάξῃ:
τὴν τε μάλιστα γαμῶν, ἥ γ' ἀτὲ ἐγγύθι ναίει,
πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδὼν, μὴ γείτοσι χάρματα γήμ

& nactus quidem quàm proximè Conjugium tale, quale Pr verb. 31. describitur, & Dominum timentibus à Psalte pr mittitur. Nactus enim fuit Conjugem piam, honestam, φιλ εργον, obsequiosam, œconomicam, & victui parando id neam.

Nec fuit Leo in domo sua, sed Uxori cohabitavit cum om moderatione & mansuetudine: ut Conjugium, ejus exemp rarioribus meritò sit accensendum. *Ita nimirum benedic tur homo qui timet Dominum.* Et sufficere quidem poss ejusmodi Conjugii felicitas. Verum in aliis adhuc duob divina benedictio his Conjugibus clarè affulsit. Primu enim. Conjugium ipsorum DEUS, utriusque sexus Liber beatum effecit, Filiis quidem, CHRISTIANO, FRIDERICO & JOHANNE FRIDERICO, quorum medius Patrem in lo cum communem præcessit, reliqui adhuc superstites, Patr sui nomen tueri, indole præclarâ minitantur: Filiabus ver ELISABETHA & MARIA MAGDALENA. Hos suos Libe ros, ἰσοργόνητ☉ semper amabat, & ad pietatem ac probita tem à teneris statim unguiculis assuefaciebat & ita singula DEI donum gratus agnoscebat, & animitus de iis lætabatu sæpenumero dicens, Se Immortalem aliquando moriturun *Ita nimirum benedicitur homo qui timet Dominum.* Deine verò etiam rei familiaris auctione Deus hoc concordissimu Conjugium beavit, ut Taubmannus noster, quantumvis in pau pertate natus & educatus Puer fuerit, Vir tamen, unde hone stè viveret, & se suosque sustentaret, DEO laboribus ipsius be nedicente, Principumque munificentiâ accedente, haberet, & concordiæ Conjugialis, (qua parvę etiam res domesticæ cre scunt, sicut quantumvis magnæ discordiis & litibus dissipan tur) quia & pietatis in Novercam suprà commemoratæ fru ctus uberrimos perciperet, & gratus humilisque agnosceret, cunctis DEI beneficiis minorem esse. *Ita nimirum benedi citur homo qui timet Dominum.*

Mor

Mores & conversationem Taubmani si præcensere vellem, tam immensum me immitterem campum, è quo qua exitus aut reditus dari possit, vix appareat. Tantus est exercitus virtutum ejus, ut si singulæ pro merito exornandæ essent, dies non sufficeret. Faciam ergò quod Pictores solent, qui immensam multitudinem depicturi, quum singula individua integrè non possint, capitum saltem vertices conspiciendos exhibent, indeque multitudinem æstimandam relinquunt: ita & ego capita tantùm Virtutum ejus, nec tamen omnia, sed aliqua saltem delineabo.

Erat Taubmanus noster humanus, affabilis, comis, facundus, placidus, candidus, omnium horarum homo, in series gravis & serius, in aliis jucundus, & citra omnem affectationem, quæ & Stultorum index est, non sine naturalibus, quibusdam Gratiis ac Veneribus, liberaliter eruditéq; jocosus, candido semper Mercurii, nunquam nigro Momi sale sermones suos conspergens, aut dicaciter alios perstringens, vel mordaciter insectans, sed præsentibus omnibus honestam hilaritatem feliciare singulari conciliians, ut non immeritò, si non Generis humani, saltem Virorum eruditorum, aut Academiæ nostræ DELICIÆ appellari potuerit. Quo nomine cùm aliorum quorumvis, tum in primis Principum multorum gratiam & amorem singularem promeruit. Erat præterea pro modo facultatum liberalis erga egenos, maximè Studiosos, quorum non pauci, bene merendi & juvandi studium ejus sunt experti. Sæpe alicui opitulaturus, ipse aliunde mutuò nummulos accepit. Erat & officiosus, cùm in expediundis aliorum negotiis, tum intercedendo, tùm Commendando tum ad interrogata respondendo, tum modis quibuscunque aliis.

Taceo Virtutes ejus reliquas, quas omnes si percurrere vellem, vel vestrâ audiendi patientia abuti, vel Taubmani virtutes quasi paucas, & recensitu faciles, minoris æstimationis facere velle videri possem. Imò & me tacente Taubmanus nunquam, cujus similem non tam sperare, quàm optare nobis licet. Optat Agamemnon apud Homerum decem Nestores, quorum prudenti consilio & impigra opera uti posset. Nos si decem Taubmanos, ah quid decem? si unicum Taubmanum successorem haberemus; non esset nunc, quòd res literaria tam sollicitè Vindicem ac Patronum quæreret, vel nos ejus similem vix dari quæreremur.

Omnes

Omnes autem Virtutes suas insigniores fecit Taubma Pietate vera, quam diligenti Verbi divini auscultatione, le one & meditatione, precibusque ardentissimis, & quotidi exercitio satis abunde probavit. Atque hic locus à pietate titus, in Spiritus Sancti Rhetoricis, Commendationum pra puus esse solet. Sine Pietate enim, reliquæ omnes non Virtutes sunt, quàm Virtutum colorem mentiuntur.

Quanta fide, dexteritate judicii & solertia, anno ab h quinto, Rectoratum Academicum administrârit, & ter De natum Philosophicum gesserit, scimus adhuc omnes. Qu to etiam affectu, Illustrissimi Marchionis Onoldini alumn rum Principali autoritate sibi commissorum commoda p moverit, ipsi grato animo deprædicabunt. Erat, ut paucis m ta dicam, Taubmanus noster vir pius, vir doctus, vir prude vir beneficus, & πτεράγονος undiquaque.

Adversarios, aut osores, aut inimicos hic, quod apparue habuis nullos. Quis enim tam amabile odisse potuisset i genium? Alibi tamen Poëtastrum unum aut alterum fui comperimus, qui quum aliis modis ex cœno suo emergere d sperassent, Viri hujus calumniis & insectationibus nomen s paratum iri cogitarunt. Nec mirum cuiquam sit, si Hom rus suum habuit Zoilum, Hesiodus Cercopem, Pindarus Ar phimanem, Virgilius Mævium, etiam Taubmanum habui suum Cacoëthem. Cujus tamen maledicentias Taubm nus noster non magis curavit, quàm Equus aliquis generos Catelli Culinarii, aut Popinarii latratus; aut generosa Aqui Corvi crocitatus, vel Graculi garritus. Et manebit Taubm ni nomen apud Posteros Immortale, ubi Cacoëthes ***procubu rit Humi Sus***, & nomen ejus, unà cum cadavere, vino & cer visia, dum inter vivos licitum erit, probè macerato, sub terra p trefactum erit ac deperditum. Eò levioris autem flocci pe dendi sunt ejusmodi Cacoëtheis unus & alter, quo plures su & erunt Viri doctissimi in omnibus terræ, quousque Mu coluntur, angulis, imò & Principes Illustrissimi, qui Taubm ni Poëtæ nomen, personam, labores, virtutes, famamq; ama suspiciunt ac venerantur, & Immortalem eum apud sese & p steros servare student. *Facilis jactura duorum.*

Interim utut immortalitate ingenii & famæ Taubma fruiturus sit perpetuò: æquè tamen atque alii homines om humanâ, id est, mortali lege creati, corporis morti obnox fuit, eidemque obnoxium sese meminit semper, & ad eam s piè præparavit sedulò, hujusque suæ præparationis ment

em fecit, non tristem, sed spiritualis gaudii plenam, pro occaone aliquoties. Sexta ante obitum hebdomade, quum in uptiali cœna mihi assideret, admodum ominosè de imminente sibi morte loquebatur. *Videbis*, ajebat, *non diu à me mortem absfuturam. Ita sanè ex omnibus corpusculi mei virium ualitatibus colligere necesse habeo. Nec eam abhorreo quicquam; DEO meo quocunque tempore me evocaverit, paritu-us. Scio Illum meos non derelicturum.* Neque enim erat ublimis ejus animus terrestribus affixus, sed superna semper quærebat, ubi Christus est ad dexteram Patris. Sciebat etiam, e ea lege natum, ut aliquando Mundo huic valediceret, & πολίτευμα suum in cœlis quæreret. Ideoque εὐθανασίαν assiduè DEUM flagitavit. Quam & ex voto impetravit.

Quum die XXVI. Februarii. Febri infestari cœpisset æstuosâ ac maligna; nihil magis in votis habuit, quàm ut, si DEO ita videretur, aut valetudini restitutus officii partibus perfungi posset, aut in vera Christi agnitione obdormisceret, & desideratissimam cœlestem patriam ex hac peregrinatione terrestri beatè transiret. Accesserunt posteà, ut fieri solet, symptomata alia, eaque gravissima, ut obstructio alvi, & vigiliæ nimiæ, quæ corporis vires magis magisque afflixere. Quò violentius autem corporis vires prostratæ erant; eò fortius & Fides, & Patientia, & Spiritus alacritas invaluêre. Testes esse possumus αὐτόπται & αὐτήκοοι, qui decumbenti sæpius adfuimus, nonnulli & morienti; qui preces ejus audivimus ardentissimas, & fiduciæ in DEUM plenissimas. Testes esse possunt sermones pii, Spiritu Sancto suggerente, ab ipso prolati. Dicere potuerunt alii, quos ipsi audivêre. Ego unum & alterum mihi auditum commemorabo. In primo morbi mpetu quum eum inviserem, & bene sperare juberem, measque & aliorum piorum preces ad DEUM ipsi promitterem: *Omninò* respondebat, *illæ sunt quæ DEUM expugnant. Fac ut dixisti tu, cum aliis bonis. Non herba aut malagma me sanabit, sed Domini verbum. De medicamentis dudum desperavi. Illa nihil facient, videbis, nisi Deus peculiarem addat benedictionem.* Ita nimirum à solo Deo pendebat & quantumvis medicamentis uteretur, à DEO tamen salutem per illa exspectabat. Alio die quum accessissem, & morbum invaluisse vidissem, exhortabar eum, quod Christianos decet, ad Patientiam, & Deum fidelem esse suggerebam, qui non sinat nos supra vires nostras tentari, sed ita tentationes moderetur, ut ferendis iis per gratiam divinam pares esse valeamus; Respondebat, *Ab omni-*

omninò, omninò fidelis Deus est. Fidelitatem ejus jam ju abundè perspexi anteà, ut de ea dubitandi causam non hab. Faciat ille mecum secundùm voluntatem suam. Jch be den lieben Gott nun gantz probiret mein Lebenlang / G wird mich jetzo nicht verlassen. Et in hanc sententiam pl ra loquebatur alia, Patientiæ Christianæ & fiduciæ in Deu plenissima. Unum adhuc addo, mihi quidem ex ipso nc auditum, sed præsente Reverendo Domino D. Friderico Ba duino Pastore ac Superintendente prolatum. Is quum eu vespera illa, quæ noctem obitus ejus præcedebat, invisens i terrogasset: Quidnam ageret? respondit: *Hic jaceo, & l ctor cum Domino meo Iesu Christo ad exemplum Iacobi, n dimissurus eum, donec anima mea benedicat.* O beatam lu ctam, ad quam convenientibus armis instructus aliquis acce dit. Fide nimirum & Patientia. His solis vincitur Deu invictus. His solis etiam Taubmanus vicit, colluctatus cu Deo Israëliticè per totam illam noctem usque ad auroran circa horam quartam matutinam diei XXIV. Martij, quo d ut & pridiè Philosophica festivitas Promotionis, cujus tem pus ominoso quodam desiderio sæpius exoptaverat, celebra batur.

Præcessit obitum ejus signum aliquod non contemnen dum aut silentio involvendum. Cur enim quod Deus ho mines dilectos præmonens facit, præconio indignum judica remus? Inter primos statim dies morbi sui, manè expergefa ctus, visus est sibi videre prope lectum suum arcam oblongã & in eâ virum sibi similem jacentem. Quumq; initio dece ptionem visus aut imaginationem inanem esse putaret, eleva to capite prodigium attentiùs aspexit, & rem sese aliter no habere deprehendit. Quo tantum abest ut exterritus fuerit ut potiùs animo hilariore aliis referret, & præmonitionem di vinam agnosceret. Cui eventus etiam nimis verè respondi Dicto enim die XXIV. Martij circa horam quartam matuti nam sub aurora, benedictionem à Jesu Christo colluctante Fide & Patientia jam victo adeptus, inter ardentissimas prec beatè exspiravit, & ad cœlestem Palæstinam transiit, corpu sculo suis arcæ condendum relicto.

Atq; ita beatissime Taubmane, cui nunc præter ultimur Valedicere nihil possumus, Tu cœlestem patriam repet isti. Nos in hoc orbe tristi & malitioso reliquisti. Tu, q Nestoreos annos vivere eras dignus heu præproperâ nim morte es abreptus. Quæ si decrepitum sustulisset, forte no

ess

ſſet, quod nunc Sereniſſimus Elector Poëtam clariſſimum; Academici Patres Collegam chariſſimum tantoperè deſiderarent: Res literaria Vindicem omiſſum ingemiſceret; Vidua maritum; Liberi orbi Patrem lugerent. Jam verò poſtquam adeò impeſtivo fato, anno ætatis XLVIII. ad finem currente, à media quaſi telâ operarum tuarum aurearum ablatus es; etſi tecum quidem actum eſt præclarè beateq; , nec beatitatem tuam tibi invidemus. Nobis tamen inde publicus & privatus dolor haud vulgaris eſt exortus. Habet quod doleat Aula Illuſtriſſima, habet Academia; habet res literaria; habet Vidua; habent Liberi; habent boni quique. Eoque magis quod doleamus, habemus, quò pauciores reperientur, etiam omnibus angulis Germaniæ excuſſis, qui Te repræſentabunt, & quò infauſtiora obitus tuus nobis minatur. Solent naſcendi tempora à nonnullis conſiderari, & omina inde peti. Natus fuit Pindarus in ipſa ſolennitate Pythyca; qiod pro omine ſingulari laudum Apollinis & ludorum Pythicorum Plutarchus interpretatur. Natus fuit Alexander Magnus ea ipſa nocte, quâ templum Epheſinum fulmine tactum, ignibus globatim circa ædificium volitantibus exuſtum fuit, ubi ſacrificuli Dianæ quaſi furioſi diſcurſantes clamitarunt *Magnum Aſiæ malum eâ nocte natum eſſe.* Quod omen Alexander Magnus Aſiæ victor poſteà comprobavit. Quid ſi potius moriendi tempora notarentur? Obiit Beatus Lutherus die Concordiæ. Quàm ominosè, nimis verè res loquitur. Obiit noſter Taubmanus in ipſa ſolennitate Philoſophica; cujus diem durante morbo ſæpius deſideraverat: Quid ſi clades rei literariæ obitu ejus indigitata eſſet? quam partim contemptu ingrato, partim ſiniſtrâ tractatione Linguarum eruditarum haud pauci non tantùm nobis minantur, ſed & quantum in ſe eſt, vi quaſi magneticâ quadam attrahunt:

Fuit ſuperiori ſeculo Linguarum ſtudium reformandæ doctrinæ Eccleſiæ prodromus auſpicatiſſimus, à Poëtis præcipuè non ſine inſtinctu divino emiſſus, qui etiam hoc nomine ab obſcuris fratribus odioſè traducebantur. Eo ipſo via quaſi doctrinæ Evangelii fuit ſtrata & præparata. Hoc nunc quum multis ſordeat, vel ſaltem ut parum utile aut neceſſarium frigidiuſculè tractetur, & multi jam ab hiſce adminiculis parùm inſtructi, ad Sacroſanctam doctrinam cœleſtem illotis manibus tractandam irreligioſè proruant; quidni ominemur, ſed utinam fruſtrà ominemur, tenebras Religionis poſt lucem hanc clariſſimam ſecuturas eſſe, quum cadant illi, qui erudita-

rum Linguarum Vindices esse poterant, nec facilè appare-
unde jactura restitui possit. Ideo Senes de porta cessavere,
& Juvenes à cantico suo. Cessavit gaudium cordis nost-
Versus est inluctum chorus noster. Cecidit corona cap-
nostri. Væ nobis quia peccavimus. Propter ista obten-
brata sunt oculi nostri. Fuit, ah fuit, dolor, Taubmanus un-
ex iis, in quos quadrat illud: *Ecce quomodo moritur justus,*
nemo considerat: viri justi tolluntur, & nemo attendit: à fa-
iniquitatis sublatus est justus. Quis scit, quid mali nobis in-
mineat? cujus immunem suum fidelem cultorem Taubm-
num voluerit facere Deus?

Sed utut mæreamus, lugeamus & plangamus: Nullâ t-
men ratione beatum nostrum Taubmanum revocaverimus
nec ipse ex beatitudine cælesti, in quam translatus est, iteru-
in terrestres has miserias detrudi optarit. Quin potius luct-
mediocri, quem non defunctorum nostrorum causâ, sed aff-
ctu humano ita exigente edimus, contenti simus, & nos quo-
ad beatam ex hac Mundi Lerna emigrationem piè præpar-
mus; Deumq; oremus, ut Viduam Liberosq; mæstissim-
Spiritu Sancto suo efficaciter consoletur; & cum doctrin-
Ecclesiæ salutari, etiam involucra ejus, Artes & Linguas er-
ditas, earumq; cultores & doctores benignè conservet, ut e-
rum opera in Ecclesia & Republica, & in omnibus Facultat-
bus Scholastici status, diu frui nobis liceat, jacturamq; Taub-
mani, ut de Successore gaudere possimus, ex voto rependat. In-
primis, ut Magistratum nostrum clementissimum, in vera Re-
ligione, cum perpetuâ pace, sanitate, & omni Εὐπραξίᾳ, in so-
latium Ecclesiæ suæ diutissimè conservet precibus ardentiss-
mis, ex pœnitente corde profectis, assiduè contendamus, -
flagitemus.

Funebrem ei quoque habuit *concionem Fridericus Balduin-*
SS. Theol. D. Prof. & Superint. Witteb. ex *Gen.* XXXI-
v. 22-30.

EPICEDIA.

Hac TAUBMANNUS *habet mœsti cava panda sepulch-*
TAUBMANNUS? *Sic est. Non tamen unus habi-*
Natura Sophos, & Latia pollentia lingua,
Candida mens, Pietas vivida, prisca Fides,
Festiviq; sales, & nunquam exhausta Poëtis,
Et quicquid Charites expoliisse queunt,
Et quicquid docti est, & quicquid in orbe faceti,
Hîc simul exsuvias deposuere suas.

Si-

Saxea Saxonia es, si non tot funera defles:
Saxeus, hinc quiquis siccus abire potes.
BALTHASAR MEISNERUS, D.

Quantum Marone gloriatur Mantua,
Nasone Sulmo, Propertio Mevania,
Verona te, Catulle, Bretta Melanchthone;
TAUBMANE, *tantum Cive te* WONSESIUM,
Maronis ac Nasonis, & Propertii
Æmule Catulliq; unice, & Melanchthonis.
JOHANNES WANCKELIUS.

IN TUMULUM.

Frustra est, TAUBMANNI *hoc quisquis putat esse sepulchrum*
Musarum hic Helicon, hic aqua Castalia est.
Aonane Vates, & equinum quærite fontem
Posthac; cum tumulo hoc Albis enim omnia habet.
AUG. BUCHNERUS.

ALIUD.

TAUBMANNUS *moritur Tumulo violasq; rosasq;*
Addite, Musai grata caterva chori,
Qui visus dixit violis mage grata rosisque;
Dignus, ut in Violis dormiat, inq; rosis.
CASP. DORNAVIUS, D.

EPITAPHIUM.

In Templo Parochiali Wittebergæ erectum.

FRIDERICO. TAUBMANNO. VVONESATI. FRANCO. VIRO. PIETATIS. ZELO. PUBLICE. NOTISSIMO. LITERARUM. GRÆCARUM. ET. LATINARUM. VINDICI. ACERRIMO. BARBARIEI. EXTIRPATORI. FELICISSIMO. EUROPÆ. TOTIUS. LUMINI. SPLENDIDISSIMO. POETÆ. INCOMPARABILI. ET. HUMANITATIS. IN. CELEBERRIMA. VVITTEBERGENSIUM. ACADEMIA. PROFESSORI. CLARISSIMO. MARITO. ET. PATRI. DESIDERTISSIMO. AN. CHRISTIANO. CIƆ. IƆ. C. XIII. DIE XXIV. MARTII. ÆTATIS. XLVIII. PIE. IN. CHRISTO. DEFUNCTO. MONUMENTUM. HOC. VIDUA. ET. LIBERI. MOESTISSIMI. AFFECTU. PIO. ET. GRATO. P. C.

SCRIPTA.

De Deo ignoto Oratio B. Pauli Tharsensis, quam versu beriùs paulò redditam Wittebergæ repetebat Frid. Tau manus: *VVitteb.* 1593. in 4.

Melodæsia, sive Epulum Musicum, in quo præter recens a paratas lationes iterum apponuntur de fugitivis olim C lumbis Poëticis; & unà eduntur ludi juveniles Martina & Bachanalia cum productione Cynecæi: *Lips* 159 1622. in 8.

Dissertatio de Lingua Latina, cum Epeisodio in veterame tarium Poëtarum Sutorem: *VVitteb.* 1602. 1606. 161 in 8.

Rector sive Hercules Academicus: *ibid.* 1609. in 4.

Oratio funebris de Majoribus, Natalibus, Vita & Obitu D Georgii Friderici, Marchionis Brandeburgensis: *Gie* 1609. in 8. *Baruthi* 1660. in 4.

Schediasmata Poëtica: *VVitteb.* 1610. 1619. in 8.

Posthuma Schediasmata vorsa & prorsa, collectore Chri Taubmano, Frid. F. *ibid.* 1616. 1624. in 8.

Virgilius cum commentariis: *Lips* 1611. *VVitteb.* 1617. in

Plautus cum Commentariis: *VVitteb.* 1612, 1618. 1621. in



MEMO

MEMORIÆ PHILOSOPHORUM, ORATORUM, POETARUM, HISTORICORUM, ET PHILOLOGORUM.


NOSTRI SECULI

CLARISSIMORUM RENOVATÆ

DECAS II.

CURANTE

M. HENNINGO VVITTEN.



FRANCOFURTI,

Apud MART. HALLERVORD.

Typis WENDELINI MOEWALDI.


Anno M DC LXXVII.

LUCIANUS IN TOXARI.

Καὶ μὴν πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν, μεμν μένοι τῶν ἀρίστων, καὶ τιμῶμεν ἀποθανόντας. Ἡγούμεθα, ὅντως ἂν ἡμῶν πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐθέλησαι γένεσθαι.

I. e. EXISTIMAMUS SANE NOS REM VEHE MENTER CONDUCIBILEM, ETIAM HIS QU IN VITA SUNT, ESSE FACTUROS, SI PRÆ STANTIUM VIRORUM MEMORIAM CELEBRI MUS, HONOREMQUE HABEAMUS DEFUN CTIS: SIQUIDEM FUTURUM ITA ARBITRA MUR, UT MULTI APUD NOS ILLORUM SIMI LES, EVADERE CUPIANT.

NOB



NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,

EXCELLENTISSIMOQUE

VIRO

DN. JOH. SCHEF-FERO,

JURIS NATURÆ ET GENTIUM

IN FLORENTISSIMA ACAD. UPSALIENSI
PROFESSORI REGIO HONORARIO,
NEC NON
ELOQUENTIÆ ET POLITICES
SKYTTIANO,
MAGNO MELIORIS SECULO INSTRUMENTO,
GRATIARUM DELICIO,
VIRTUTUM AC DOCRINARUM PATRONO
PUBLICO, SUO PRIVATO,
OB HUMANITATEM CHARO,
OB AUCTORITATEM VENERABILI,
OB SCIENTIAM SALUTARI,

QUI,
UT GERMANIS ORTUM, SIC SUECIS
GLORIAM DEBET,
UTRIUSQUE HODIE GENTIS FAMAM
OPTIMÆ NOTÆ LIBRIS
LATISSIME EXTENDENS;
NE OFFICII ET PROPENSI IN SE
ANIMI,
ANNIS ABHINC PLUSCULIS
EXHIBITI,
IMMEMOR ESSE VIDEATUR,
ISTHANC ILLUSTRIUM HOMINUM
DECURIAM,
ILLUSTRI ITIDEM LITERARUM
STATORI,
PER MAGNUM ORBIS TRACTUM FAMIGE-
RATISSIMO,
M. H. WITTE,
CUM VOTO VETERUM ANNORUM,
DICATIS AUSPICIIS,
SUBMISSO ADFECTU,

D. C. Q.

SERIE



Series Philoſophorum, Oratorum &c.

SECVNDÆ DECADIS.

Obiit anno

1616. Johannes Druſius Orientàl. Ling. Profeſſ. Franeker.

1620. Michaël Piccartus Logices & Metaph. Prof. Altorf.

1623. Philippus Cluverus Geographus Leidenſis.

1623. Guilelmus Camdenus Hiſt. Britannicus.

1624. Thomas Erpenius Orient. Ling. prof. Lugd. Bat.

1624. Virginius Cæſarinus Poëta Romanus.

1626. Franciſcus Bacon Baro de Verulamio Angliæ Cancellar.

5626. VVolffgangus Heiderus Ethic. & Polit. Prof. Ienenſis.

1627. Azarias Stutzius Hiſtor. Prof. Roſtoch.

1627. Ianus Gruterus Polyhiſtor & Criticus Heidelb.

ab humanitatis studiis jam alienum reddere occipiat, commendat eum fratribus suis, quibus consultissimum vid. t .r, dolescens ut Tornacum mittatur, ut ibi Gallicam addiscat. S DRUSIO alia erat mens, Sanctius propositum, altioresq; c gitationes, utpote cui finxerat de meliore luto præcordia T tan. Pater in Anglia nihil gravius ferre quàm istius Jani absentiam. Quid faciat? intentatum nihil relinquit, quo lium ad se ducendum curet in Angliam, tum blandis liter tum propositis præclaris præmiis rem peragendo. Tande singulares literas dat ad Olivarium Driesschium, cognatum um, qui tunc Alnardæ erat, obnixeq; petit, ut adhibitâ op coloni sui Ansegemensis, viri ad persuadendum paratissimi, h omni arte affectum dare velit, filius ut in Angliam ad se ve at, promittitq; fore filii ut studia liberaliter alantur, & simili Olivarius & colonus commissum sibi negotium fideliter c r. re, nullisq; verbis vel præmiis parcere. Utroq; modo pe movent adolescentem. Itaq; tandem ad patrem cum horu al. eio se recipere assensus est. Clam igitur omnibus cu Colono paterno Ansegemum proficiscitur (pagus est inter A d. nardum & Cortracum) ubi pater villam habebat. Hic pe noctatum fuit, nec postridie discessum ante tenebras, ne ab t. sipsorum cuiquam ex vicinis innotesceret. Sub nocte ergò cum jam alter alterum dignoscere nequiret, relictâ vil Ansegemensi abierunt. Ostendam versus, quod iter pedib confectum fuit per saltus & invia. Ubi Ostendam ventu in quiete visa est ei tota Anglia ardere: Quod insomniu licet non nihil terruisset ipsum, tamen invenita navi solvit, pr catus Deum, ut inceptum iter prosperaret. Interea avunc li nuncio accepto de discessu ipsius, miserunt qui ex fu eum retraherent. Sed frustrà. Nam prius quàm illi, qui missi rant, venissent, jam tunc in Angliam solverat, vento usus cunq; secundo & leni. Colonus dux & comes domum versus, procurantibus rem istam avunculis, Johanne & Ant nio Deckeris, conjectus fuit in carcerem, unde non sine mag impensis postea evasit. Londinum verò venit hic noster dolescens, sub finem anni LXVII. paulò ante natalem DOMINI. Nec mora. Pater se promisso liberatum it, filio libros mendo, & ipsius studia, quantum quidem illud in exilio lic bat, promovendo, conductis etiam viris doctis, qui eum do privatim in omni genere artium instituerent. Ibi demum g stum qualemcunq; cœpit linguæ sanctæ, docente ac mo strante Bulingio quodam, viro honesto pariter & erudito.

terea Londinum ex Gallia venit Ant. Rod. Cevallerius, Professor Cadomensis, vir in Ebraicis literis doctissimus, & supra modum laboriosus: Quem cùm publicè tum privatim Grammaticam docentem aliquamdiu audivisset hic noster, discedentem postea Cantabrigiam, quò missus erat ad obeundam regiam Professionem, cum aliis multis Gallis eundem quoq; comitatus est; tantaq; in gratia fuisse apud præceptorem certum est; ut in domum ipsius non solùm pro tempore receptus, sed tam diu quoq; retentus fuerit; donec Gallicam linguam probè didicisset. In ædibus ejus dum vivit, studiorum socium, aut potius ἐργοδιώκτην habuit Thomam Carthurigtum, Theologiæ Professorem Anglum, virum egregiè doctum, & omnibus iis, quæ ad eam Professionem requiruntur instructissimum. Postea cùm Cevallerius à suis in Galliam revocatus abitum pararet, impetravit à patre, ut ibi adhuc annum integrum commorari posset. Eum ferè totum consumsit in studio philosophiæ partim, partim in discenda lingua Græca, quam profitentem publicè audiebat Dodingtonum, professorem Regium, privatim autem conferre consueverat cum aliquot æqualibus suis magnæ spei adolescentibus in quibus & Joh. Borelius erat, longiori vitâ dignus adolescens. Nam immaturâ morte patri præreptus erat. Cum eo legerat Homerum quinquies à capite ad calcem, quod ajunt, cum commentariis Didymi & Camerarii. Item Hesiodum, Phocilidem, & alios Poëtas. Quin & prosa oratione scriptos plerosq; authores evolvebat, ut Herodotum, Demosthenem, Isocratem, Thucididem & similes. Hoc eodem anno adolescens DRUSIUS Rabbinos legere privatim docuit duos adolescentes Anglos, è collegio Trinitatis, quorum alter cognomine Livelæus, postea adscitus fuit in Professorem linguæ sanctæ Regium. Itaq; nullum tempus otio dedit, nullam voluptatibus: Sed magnorum in Anglia virorum exemplo non nulla etiam consuetudine provocatus, ut erat ingenio solerte ac molli optimos magistros præeuntes insequi assiduè annititur. Et quarum laudum gloria natura rapiebatur, linguas omnes, quibus laudes eas parari posse intelligebat, Summa animi ac laboris contentione abundè consequi operam navat. Anno post discessum Cevallerii Janus noster profectus est Londinum, hoc fine, ut in Galliam, Philosophiæ studium prosequendi gratiâ denuò concederet. Cùm verò omnimodo jam ad iter paratus esset, nuncius advenit de Laniena Parisiensi, quam Bartholomæanam vocant, quę accidit an̄. Christi M.D.LXXII. unde iter illius in Gallias impeditum fuit. Sed evenit non

multò

ab humanitatis studiis jam alienum reddere occipiat, commendat eum fratribus suis, quibus consultissimum vid. t .r, dolescens ut Tornacum mittatur, ut ibi Gallicam addiscat. S DRUSIO alia erat mens, Sanctius propositum, altioresq; cogitationes, utpote cui finxerat de meliore luto præcordia T tan. Pater in Anglia nihil graviùs ferre quàm istius Jani absentiam. Quid faciat? intentatum nihil relinquit, quo lium ad se ducendum curet in Angliam, tum blandis literi tum propositis præclaris præmiis rem peragendo. Tande singulares literas dat ad Olivarium Drieschium, cognatum sum, qui tunc Alnardæ erat, obnixeq; petit, ut adhibitâ ope coloni sui Ansegemensis, viri ad persuadendum paratissimi, h omni arte affectum dare velit, filius ut in Angliam ad se ven at, promittitq; fore filii ut studia liberaliter alantur, & simili Olivariùs & colonus commissum sibi negotium fideliter c r. re, nullisq; verbis vel præmiis parcere. Utroq; modo pe movent adolescentem. Itaq; tandem ad patrem cum horu al. eio se recipere assensus est. Clam igitur omnibus cu Colono paterno Ansegemum proficiscitur (pagus est inter A d. na dum & Cortracum) ubi pater villam habebat. Hic pe noctatum fuit, nec postridie discessum ante tenebras, ne ab tu ipsorum cuiquam ex vicinis innotesceret. Sub nocte ergò cum jam alter alterum dignoscere nequiret, relictâ vil Ansegemensi abierunt. Ostendam versus, quod iter pedib confectum fuit per saltus & invia. Ubi Ostendam ventu in quiete visa est ei tota Anglia ardere: Quod insomniu licet non nihil terruisset ipsum, tamen inventa navi solvit, pr catus Deum, ut inceptum iter prosperaret. Interea avunc li nuncio accepto de discessu ipsius, miserunt qui ex fu eum retraherent. Sed frustrà. Nam prius quàm illi, qui missi rant, venissent, jam tunc in Angliam solverat, vento usus u cunq; secundo & leni. Colonus dux & comes domum versus, procurantibus rem istam avunculis, Johanne & Ant nio Deckeris, conjectus fuit in carcerem, unde non sine mag impensis postea evasit. Londinum verò venit hic noster dolescens, sub finem anni LXVII. paulò ante natalem DOMI NI. Nec mora. Pater se promisso liberatum it, filio libros mendo, & ipsius studia, quantum quidem illud in exilio lic bat, promovendo, conductis etiam viris doctis, qui eum do privatim in omni genere artium instituerent. Ibi demum g stum qualemcunq; cœpit linguæ sanctæ, docente ac mo strante Bulingio quodam, viro honesto pariter & erudito. I

erea Londinum ex Gallia venit Ant. Rod. Cevallerius, Professor Cadomensis, vir in Ebraicis literis doctissimus, & supra modum laboriosus: Quem cùm publicè tum privatim Grammaticam docentem aliquamdiu audivisset hic noster, discedentem postea Cantabrigiam, quò missus erat ad obeundam regiam Professionem, cum aliis multis Gallis eundem quoq; comitatus est; tantaq; in gratia fuisse apud præceptorem certum est; ut in domum ipsius non solùm pro tempore receptus, sed tam diu quoq; retentus fuerit; donec Gallicam linguam probè didicisset. In ædibus ejus dum vivit, studiorum socium, aut potiùs ἐργοδιώκτην habuit Thomam Carthurigtum, Theologiæ Professorem Anglum, virum egregiè doctum, & omnibus iis, quæ ad eam Professionem requiruntur instructissimum. Postea cùm Cevallerius à suis in Galliam revocatus abitum pararet, impetravit à patre, ut ibi adhuc annum integrum commorari posset. Eum ferè totum consumsit in studio philosophiæ partim, partim in discenda lingua Græca, quam profitentem publicè audiebat Dodingtonum, professorem Regium, privatim autem conferre consueverat cum aliquot æqualibus suis magnæ spei adolescentibus in quibus & Joh. Botelius erat, longiori vitâ dignus adolescens. Nam immaturâ morte patri præreptus erat. Cum eo legerat Homerum quinquies à capite ad calcem, quod ajunt, cum commentariis Didymi & Camerarii. Item Hesiodum, Phocilidem, & alios Poëtas. Quin & prosa oratione scriptos plerosq; authores evolvebat, ut Herodotum, Demosthenem, Isocratem, Thucididem & similes. Hoc eodem anno adolescens DRUSIUS Rabbinos legere privatim docuit duos adolescentes Anglos, è collegio Trinitatis, quorum alter cognomine Livelæus, postea adscitus fuit in Professorem linguæ sanctæ Regium. Itaq; nullum tempus otio dedit, nullam voluptatibus: Sed magnorum in Anglia virorum exemplo non nulla etiam consuetudine provocatus, ut erat ingenio solerte ac molli optimos magistros præeuntes insequi assiduè annititur. Et quarum laudum gloria natura rapiebatur, linguas omnes, quibus laudes eas parari posse intelligebat, Summa animi ac laboris contentione abundè consequi operam navat. Anno post discessum Cevallerii Janus noster profectus est Londinum, hoc fine, ut in Galliam, Philosophiæ studium prosequendi gratiâ denuò concederet. Cùm verò omnimodo jam ad iter paratus esset, nuncius advenit de Laniena Parisiensi, quam Bartholomæanam vocant, quę accidit añ. Christi M.D.LXXII. unde iter illius in Gallias impeditum fuit. Sed evenit non

multò

ab humanitatis studiis jam alienum reddere occipiat, commendat eum fratribus suis, quibus consultissimum vid. t ir, dolescens ut Tornacum mittatur, ut ibi Gallicam addiscat. S DRUSIO alia erat mens, Sanctius propositum, altioresq; cogitationes, utpote cui finxerat de meliore luto præcordia T tan. Pater in Anglia nihil gravius ferre quàm istius Jani s absentiam. Quid faciat? intentatum nihil relinquit, quo lium ad se ducendum curet in Angliam, tum blandis liter tum propositis præclaris præmiis rem peragendo. Tande singulares literas dat ad Olivarium Drieschium, cognatum s um, qui tunc Alnardæ erat, obnixeq; petit, ut adhibitâ ope coloni sui Ansegemensis, viri ad persuadendum paratissimi, h omni arte affectum dare velit, filius ut in Angliam ad se ver at, promittitq; fore filii ut studia liberaliter alantur, & simili Olivarius & colonus commissum sibi negotium fideliter c r. re, nullisq; verbis vel præmiis parcere. Utroq; modo pe movent adolescentem. Itaq; tandem ad patrem cum horu al. eo se recipere assensus est. Clam igitur omnibus cu Colono paterno Ansegemum proficiscitur (pagus est inter A d. nardum & Cortracum) ubi pater villam habebat. Hic pe noctatum fuit, nec postridie discessum ante tenebras, ne ab tus ipsorum cuiquam ex vicinis innotesceret. Sub nocte ergò cum jam alter alterum dignoscere nequiret, relictâ vil Ansegemensi abierunt. Ostendam versus, quod iter pedib confectum fuit per saltus & invia. Ubi Ostendam ventu in quiete visa est ei tota Anglia ardere: Quod insomniu licet non nihil terruisset ipsum, tamen invenita navi solvit, pr catus Deum, ut inceptum iter prosperaret. Interea avunc li nuncio accepto de discessu ipsius, miserunt qui ex fu eum retraherent. Sed frustrà. Nam prius quàm illi, qui missi rant, venissent, jam tunc in Angliam solverat, vento usus u cunq; secundo & leni. Colonus dux & comes domum versus, procurantibus rem istam avunculis, Johanne & Ant nio Deckeris, conjectus fuit in carcerem, unde non sine mag impensis postea evasit. Londinum verò venit hic noster dolescens, sub finem anni LXVII. paulò ante natalem DOMI NI. Nec mora. Pater se promisso liberatum it, filio libros mendo, & ipsius studia, quantum quidem illud in exilio lic bat, promovendo, conductis etiam viris doctis, qui eum do privatim in omni genere artium instituerent. Ibi demum g stum qualemcunq; cœpit linguæ sanctæ, docente ac mo strante Bulingio quodam, viro honesto pariter & erudito. I

terea Londinum ex Gallia venit Ant. Rod. Cevallerius, Professor Cadomensis, vir in Ebraicis literis doctissimus, & supra modum laboriosus: Quem cùm publicè tum privatim Grammaticam docentem aliquamdiu audivisset hic noster, discedentem postea Cantabrigiam, quò missus erat ad obeundam regiam Professionem, cum aliis multis Gallis eundem quoq; comitatus est; tantaq; in gratia fuisse apud praeceptorem certum est; ut in domum ipsius non solùm pro tempore receptus, sed tam diu quoq; retentus fuerit; donec Gallicam linguam probè didicisset. In aedibus ejus dum vivit, studiorum socium, aut potiùs ἐργοδιώκτην habuit Thomam Carthurigtum, Theologiae Professorem Anglum, virum egregiè doctum, & omnibus iis, quae ad eam Professionem requiruntur instructissimum. Postea cùm Cevallerius à suis in Galliam revocatus abitum pararet, impetravit à patre, ut ibi adhuc annum integrum commorari posset. Eum ferè totum consumsit in studio philosophiae partim, partim in discenda lingua Graeca, quam profitentem publicè audiebat Dodingtonum, professorem Regium, privatim autem conferre consueverat cum aliquot aequalibus suis magnae spei adolescentibus in quibus & Joh. Borelius erat, longiori vitâ dignus adolescens. Nam immaturâ morte patri praereptus erat. Cum eo legerat Homerum quinquies à capite ad calcem, quod ajunt, cum commentariis Didymi & Camerarii. Item Hesiodum, Phocilidem, & alios Poëtas. Quin & prosa oratione scriptos plerosq; authores evolvebat, ut Herodotum, Demosthenem, Isocratem, Thucididem & similes. Hoc eodem anno adolescens DRUSIUS Rabbinos legere privatim docuit duos adolescentes Anglos, è collegio Trinitatis, quorum alter cognomine Livelaeus, postea adscitus fuit in Professorem linguae sanctae Regium. Itaq; nullum tempus otio dedit, nullam voluptatibus: Sed magnorum in Anglia virorum exemplo non nulla etiam consuetudine provocatus, ut erat ingenio solerte ac molli optimos magistros praeeuntes insequi assiduè annititur. Et quarum laudum gloria natura rapiebatur, linguas omnes, quibus laudes eas parari posse intelligebat, Summa animi ac laboris contentione abundè consequi operam navat. Anno post discessum Cevallerii Janus noster profectus est Londinum, hoc fine, ut in Galliam, Philosophiae studium prosequendi gratiâ denuò concederet. Cùm verò omnimodo jam ad iter paratus esset, nuncius advenit de Laniena Parisiensi, quam Bartholomaeanam vocant, quę accidit añ. Christi M.D.LXXII. unde iter illius in Gallias impeditum fuit. Sed evenit non multò

ab humanitatis studiis jam alienum reddere occipiat, com-
mendat eum fratribus suis, quibus consultissimum vid. t ur,
dolescens ut Tornacum mittatur, ut ibi Gallicam addiscat. S
DRUSIO alia erat mens, Sanctius propositum, altioresq; c
gitationes, utpote cui finxerat de meliore luto præcordia T
tan. Pater in Anglia nihil gravius ferre quàm istius Jani
absentiam. Quid faciat? intentatum nihil relinquit, quo f
lium ad se ducendum curet in Angliam, tum blandis liter
tum propositis præclaris præmiis rem peragendo. Tande
singulares literas dat ad Olivarium Drieschium, cognatum s
um, qui tunc Alnardæ erat, obnixeq; petit, ut adhibitâ ope
coloni sui Ansegemensis, viri ad persuadendum paratissimi, h
omni arte affectum dare velit, filius ut in Angliam ad se ver
at, promittitq; fore filii ut studia liberaliter alantur, & simil
Olivarius & colonus commissum sibi negotium fideliter c
r. re, nullisq; verbis vel præmiis parcere. Utroq; modo pe
movent adolescentem. Itaq; tandem ad patrem cum horu
al. eio se recipere assensus est. Clam igitur omnibus cu
Colono paterno Ansegemum proficiscitur (pagus est inter A
d. nardum & Cortracum) ubi pater villam habebat. Hic pe
noctatum fuit, nec postridie discessum ante tenebras, ne ab
tu ipsorum cuiquam ex vicinis innotesceret. Sub nocte
ergò cum jam alter alterum dignoscere nequiret, relictâ vil
Ansegemensi abierunt. Ostendam versus, quod iter pedib
confectum fuit per saltus & invia. Ubi Ostendam ventu
in quiete visa est ei tota Anglia ardere: Quod insomniu
licet non nihil terruisset ipsum, tamen inventa navi solvit, pr
catus Deum, ut inceptum iter prosperaret. Interea avunc
li nuncio accepto de discessu ipsius, miserunt qui ex fu
eum retraherent. Sed frustrà. Nam prius quàm illi, qui missi
rant, venissent, jam tunc in Angliam solverat, vento usus
cunq; secundo & leni. Colonus dux & comes domum
versus, procurantibus rem istam avunculis, Johanne & Ant
nio Deckeris, conjectus fuit in carcerem, unde non sine mag
impensis postea evasit. Londinum verò venit hic noster
dolescens, sub finem anni LXVII. paulò ante natalem DOM
NI. Nec mora. Pater se promisso liberatum it, filio libros
mendo, & ipsius studia, quantum quidem illud in exilio lic
bat, promovendo, conductis etiam viris doctis, qui eum do
privatim in omni genere artium instituerent. Ibi demum g
stum qualemcunq; cœpit linguæ sanctæ, docente ac mo
strante Bulingio quodam, viro honesto pariter & erudito. I


terea Londinum ex Gallia venit Ant. Rod. Cevallerius, Professor Cadomensis, vir in Ebraicis literis doctissimus, & supra modum laboriosus: Quem cùm publicè tum privatim Grammaticam docentem aliquamdiu audivisset hic noster, discedentem postea Cantabrigiam, quò missus erat ad obeundam regiam Professionem, cum aliis multis Gallis eundem quoq; comitatus est; tantaq; in gratia fuisse apud præceptorem certum est; ut in domum ipsius non solùm pro tempore receptus, sed tam diu quoq; retentus fuerit; donec Gallicam linguam probè didicisset. In ædibus ejus dum vivit, studiorum socium, aut potiùs ἐργοδιώκτην habuit Thomam Carthurigtum, Theologiæ Professorem Anglum, virum egregiè doctum, & omnibus iis, quæ ad eam Professionem requiruntur instructissimum. Postea cùm Cevallerius à suis in Galliam revocatus abitum pararet, impetravit à patre, ut ibi adhuc annum integrum commorari posset. Eum ferè totum consumsit in studio philosophiæ partim, partim in discenda lingua Græca, quam profitentem publicè audiebat Dodingtonum, professorem Regium, privatim autem conferre consueverat cum aliquot æqualibus suis magnæ spei adolescentibus in quibus & Joh. Borelius erat, longiori vitâ dignus adolescens. Nam immaturâ morte patri præreptus erat. Cum eo legerat Homerum quinquies à capite ad calcem, quod ajunt, cum commentariis Didymi & Camerarii. Item Hesiodum, Phocilidem, & alios Poëtas. Quin & prosa oratione scriptos plerosq; authores evolvebat, ut Herodotum, Demosthenem, Isocratem, Thucididem & similes. Hoc eodem anno adolescens DRUSIUS Rabbinos legere privatim docuit duos adolescentes Anglos, è collegio Trinitatis, quorum alter cognomine Livelæus, postea adscitus fuit in Professorem linguæ sanctæ Regium. Itaq; nullum tempus otio dedit, nullam voluptatibus: Sed magnorum in Anglia virorum exemplo non nulla etiam consuetudine provocatus, ut erat ingenio solerte ac molli optimos magistros præeuntes insequi assiduè annititur. Et quarum laudum gloria natura rapiebatur, linguas omnes, quibus laudes eas parari posse intelligebat, Summa animi ac laboris contentione abundè consequi operam navat. Anno post discessum Cevallerii Janus noster profectus est Londinum, hoc fine, ut in Galliam, Philosophiæ studium prosequendi gratiâ denuò concederet. Cùm verò omnimodo jam ad iter paratus esset, nuncius advenit de Laniena Parisiensi, quam Bartholomæariam vocant, quę accidit añ. Christi M.D.LXXII. unde iter illius in Gallias impeditum fuit. Sed evenit non

multò

QUI,
UT GERMANIS ORTUM, SIC SUECIS
GLORIAM DEBET,
UTRIUSQUE HODIE GENTIS FAMAM
OPTIMÆ NOTÆ LIBRIS
LATISSIME EXTENDENS;
NE OFFICII ET PROPENSI IN SE
ANIMI,
ANNIS ABHINC PLUSCULIS
EXHIBITI,
IMMEMOR ESSE VIDEATUR,
ISTHANC ILLUSTRIUM HOMINUM
DECURIAM,
ILLUSTRI ITIDEM LITERARUM
STATORI,
PER MAGNUM ORBIS TRACTUM FAMIGE-
RATISSIMO,
M. H. WITTE,
CUM VOTO VETERUM ANNORUM,
DICATIS AUSPICIIS,
SUBMISSO ADFECTU,

D. C. Q.

SERIE



Series Philoſophorum, Oratorum &c,

SECUNDÆ DECADIS.

Obiit anno

1616. Johannes Druſius Orientål. Ling. Profeſſ. Franeker.

1620. Michaël Piccartus Logices & Metaph. Prof. Altorf.

1623. Philippus Cluverus Geographus Leidenſis.

1623, Guilelmus Camdenus Hiſt, Britannicus.

1624. Thomas Erpenius Orient, Ling. prof. Lugd. Bat.

1624, Virginius Cæſarinus Poëta Romanus.

1626, Franciſcus Bacon Baro de Verulamio Angliæ Cancellar.

5626. VVolffgangus Heiderus Ethic. & Polit. Prof. Ienenſis.

1627. Azarias Stutzius Hiſtor, Prof. Roſtoch.

1627. Ianus Gruterus Polyhiſtor & Criticus Heidelb.



VITÆ VIRI CL. D. JOHANNIS DRVSII,

S. Linguæ Hebrææ in Academia Fra-nekerana Professoris Celeberrimi, Delineatio

Facta per

ABELEM CVRIANDRVM.



JOHANNES Clementis F DRUSIUS natus fuit Aldenardę, in oppido Flandriæ haud incelebri , Anno nato Christo M. D. L. die autem Juni XXVIII. quum paulò antè die videlice Aprilis XXIX. celebre illud inter postre ma edictum in Belgio pronunciatur quod hæreticorum librorum usum & lectionem, sicut & Iconomachias, secretiores conventus, Profanorumque de rebus sacris, Articulis fidei, disputationes, prælectiones & conciones maxima cum severitate interdicit, addito hoc præter alia mandato, judices ut severè agant absque ulla edicti mitigatione contra Hæreticos &c. Patrem habuit virum raris virtutibus, amploque censu in urbe & agro cōspicuum, CLEMENTEM è familia DRIESCHIORUM: Unde huic nostro cognomentum Driesschius & Drusius, voce postmodum flexâ paululum propter pericula, quæ tum erat

in illis locis. Mater ei fuit ELISABETA, mulier pia, è DECKERIS oriunda, quæ familia in ea urbe patritiâ est. Puer JANUS DRUSIUS annũ agens decimũ aut eo plus, à patre, qui ipsum ab incunabulis sacris studiis destinaverat, Gandavum ad Scholam trivialem ductus fuit, linguas Græcam & Latinam sub Petro Dichelo ut addisceret: Apud quem cùm ad tres quasi annos commoratur, pòst abductus fuit Lovanium, ut Philosophiæ ibi operam daret in pædagogio quod castrum vocant. Sub initium anni LXVII. ad bonas literas linguarumque studium se confert, & in urbem commigrat: In Latinis Cornelio Valerio, in Historia verò & Mathesi Joh. Stadio Magistris. Accidit autem circa hæc tempora, ut multis Christo fidelibus Martyribus, tum hìc tum alibi, fortium Athletarum more pro Christo decertandum fuerit, quos inter eũ & suo modo numerari non puduerit prædictum Drusii nostri patrem, Clementem Drieschium, qui aliquamdiu celebris istius Ecclesiæ Aldenardensis Senior fuerat neque me pudebit, quid ipsi reformatæ religionis ergò factum sit, posteritati testatum facere. Sed ne historiam contexere velle videri possim, uno verbo dicam: Clemens Drieschius, sic volentibus istorum temporum Inquisitoribus, inclementer proscribitur, & bona ipsius insuper Fisco adjudicantur. Bonorum damnum illud æstimatum fuit ad ter mille libras Flandricas, quas majores vocant, vel Angelicæ monetæ librarum circiter duo millia. Proscribitur autem & bonis privatur non aliam ob causam sanè, quàm quòd ab Ecclesiæ Romanæ scitis bonâ conscientiâ declinaret; quodque in doctrina fidei, soli verbo Dei in scripturis sacris expresso, tribueret autem, & si quid aliud istorum temporum martyres profitebantur. Proscriptus, & jam uxore (quæ Romano-Catholicæ religioni addicta erat) & liberis orbus, in Angliam cum multis Christo fidelibus exsulibus cogitat Londinumque habitationis suæ sedem deligit, Interea verò temporis, dum pater in Angliam discessum parat, mater, verita ne maritus filium hunc suum natu maximum, & charissimum, secum in Angliam adduceret, filium Janum ilico ad se Aldenardam revocat. Sed subito correpta morbo, quem ex amissione tum mariti charissimi, tum facultatum non vulgarium, contraxisse potuit, nihil facere, nisi miseram vitæ conditionem flere, filiique auribus occinere, quòd bonorum nihil sibi relictum sit, unde studia sua alere possit, & si quid tristius in mentem venire possit. Utque animum filii

ab

ab humanitatis studiis jam alienum reddere occipiat, commendat eum fratribus suis, quibus consultissimum vid t ur, adolescens ut Tornacum mittatur, ut ibi Gallicam addiscat. Sed DRUSIO alia erat mens, Sanctius propositum, altioresq; cogitationes, utpote cui finxerat de meliore luto præcordia T tan. Pater in Anglia nihil gravius ferre quàm istius Jani fi absentiam. Q id faciat? intentatum nihil relinquit, quo filium ad se ducendum curet in Angliam, tum blandis literis tum propositis præclaris præmiis rem peragendo. Tandem singulares literas dat ad Olivarium Driefchium, cognatum suum, qui tunc Alnardæ erat, obnixeq; petit, ut adhibitâ opera coloni sui Ansegemensis, viri ad persuadendum paratissimi, ho omni arte affectum dare velit, filius ut in Angliam ad se veni at, promittitq; fore filii ut studia liberaliter alantur, & simili Olivarius & colonus commissum sibi negotium fideliter cu r. re, nullisq; verbis vel præmiis parcere. Utroq; modo per movent adolescentem. Itaq; tandem ad patrem cum horum al. eio se recipere assensus est. Clam igitur omnibus cum Colono paterno Ansegemum proficiscitur (pagus est inter Al d. nardum & Cortracum) ubi pater villam habebat. Hic per noctatum fuit, nec postridie discessum ante tenebras, ne ab tus ipsorum cuiquam ex vicinis innotesceret. Sub noctem erg ò cum jam alter alterum dignoscere nequiret, relictâ vill Ansegemensi abierunt. Ostendam versus, quod iter pedibu confectum fuit per saltus & invia. Ubi Ostendam ventum in quiete visa est ei tota Anglia ardere: Quod insomnium licet non nihil terruisset ipsum, tamen inventa navi solvit, pre catus Deum, ut inceptum iter prosperaret. Interea avuncu li nuncio accepto de discessu ipsius, miserunt qui ex fug eum retraherent. Sed frustrà. Nam prius quàm illi, qui missi e rant, venissent, jam tunc in Angliam solverat, vento usus u cunq; secundo & leni. Colonus dux & comes domum re versus, procurantibus rem istam avunculis, Johanne & Anto nio Deckeris, conjectus fuit in carcerem, unde non sine magn impensis postea evasit. Londinum verò venit hic noster a dolescens, sub finem anni LXVII. paulò ante natalem DOMI NI. Nec mora. Pater se promisso liberatum it, filio libros mendo, & ipsius studia, quantum quidem illud in exilio lic bat, promovendo, conductis etiam viris doctis, qui eum dom privatim in omni genere artium instituerent. Ibi demum g stum qualemcunq; cœpit linguæ sanctæ, docente ac mo strante Bulingio quodam, viro honesto pariter & erudito. I

t

terea Londinum ex Gallia venit Ant. Rod. Cevallerius, Professor Cadomensis, vir in Ebraicis literis doctissimus, & supra modum laboriosus: Quem cùm publicè tum privatim Grammaticam docentem aliquamdiu audivisset hic noster, discedentem postea Cantabrigiam, quò missus erat ad obeundam regiam Professionem, cum aliis multis Gallis eundem quoq; comitatus est; tantaq; in gratia fuisse apud praeceptorem certum est; ut in domum ipsius non solùm pro tempore receptus, sed tam diu quoq; retentus fuerit; donec Gallicam linguam probè didicisset. In aedibus ejus dum vivit, studiorum socium, aut potiùs ἐργοδιώκτην habuit Thomam Carthurigtum, Theologiae Professorem Anglum, virum egregiè doctum, & omnibus iis, quae ad eam Professionem requiruntur instructissimum. Postea cùm Cevallerius à suis in Galliam revocatus abitum pararet, impetravit à patre, ut ibi adhuc annum integrum commorari posset. Eum ferè totum consumsit in studio philosophiae partim, partim in discenda lingua Graeca, quam profitentem publicè audiebat Dodingtonum, professorem Regium, privatim autem conferre consueverat cum aliquot aequalibus suis magnae spei adolescentibus in quibus & Joh. Borelius erat, longiori vitâ dignus adolescens. Nam immaturâ morte patri praereptus erat. Cum eo legerat Homerum quinquies à capite ad calcem, quod ajunt, cum commentariis Didymi & Camerarii. Item Hesiodum, Phocilidem, & alios Poëtas. Quin & prosa oratione scriptos plerosq; authores evolvebat, ut Herodotum, Demosthenem, Isocratem, Thucididem & similes. Hoc eodem anno adolescens DRUSIUS Rabbinos legere privatim docuit duos adolescentes Anglos, è collegio Trinitatis, quorum alter cognomine Livelaeus, postea adscitus fuit in Professorem linguae sanctae Regium. Itaq; nullum tempus otio dedit, nullam voluptatibus: Sed magnorum in Anglia virorum exemplo non nulla etiam consuetudine provocatus, ut erat ingenio solerte ac molli optimos magistros praeeuntes insequi assiduè annititur. Et quarum laudum gloria natura rapiebatur, linguas omnes, quibus laudes eas parari posse intelligebat, Summa animi ac laboris contentione abundè consequi operam navat. Anno post discessum Cevallerii Janus noster profectus est Londinum, hoc fine, ut in Galliam, Philosophiae studium prosequendi gratiâ denuò concederet. Cùm verò omnimodo jam ad iter paratus esset, nuncius advenit de Laniena Parisiensi, quam Bartholomaeanam vocant, quę accidit añ. Christi M.D.LXXII. unde iter illius in Gallias impeditum fuit. Sed evenit non

multò

multò pôst ut vocaretur Cantabrigiam à Carturigto, & [...]xonium à Laurentio Humfredo Vice-Cancellario. Poste[...] orem vocationem suscipiens, eò profectus est anno ætatis su[...] XXII. ibiq; IV. annos continuos, Ebræa, Chaldæa & Syria[...]ca docuit, non sine laude. Sed omnia ista commemorare no[...] est opus. Inde redit in patriam, & Lovanium profectus, juri[...] studio, ut per hoc parentibus amicisq; eò melius opem ferre possit, operam dare affectat. Belgii verò statu commutato belloq; contra Hispanos denunciato, Londinum revertitur a[...] patrem, quem in octavum usq; annum onerosa ista patria commutatio adhuc detinebat. Factâ interim pacificatione quam Gandavensem vocant, redit in Flandriam unà cum legato Belgico, Francisco Halvino Zvvegegemi Domino, patre Clemente (quem VIII. annos continuos Londinum Ecclesiæ Seniorem agnoverat, & coluerat, quiq; jam omnem pænè quam è Belgio fugiens extulerat, pecuniam in commune libertatis recuperandæ bonum, assumpserat) mox subsequente. In Patriam (ô dulce post longum exilium solum) cum patre reversus, non diu quid sibi agendum sit cunctatur, parentibus utrum in longos dies, menses aut annos, oneri esse velit aut honori: sed quam citissimè, sibi ut in Zelandiam trajiciendi venia concedatur, obnixè rogat. Parentes re intellectâ annuunt, DRUSIUS amplificandæ fortunæ (ut dici solet) spe ductus in Zelandiam venit, ibiq; literas commendatitias ad illustrissimos Hollandiæ Ordines accepit; Hollandi lectis istis (pro innato sibi erga Doctos amore) statim, videlicet vigesimo Junii A. M. D. LXXVII. juvenem in numerum Professorum ascifcunt, ipsiq; Linguarum, Ebrææ, Chaldææ & Syræ Professionem demandant. Muneris hujus suscipiendi ei, ut alios silentio præteream, author fuit Petrus Villerius, qui tunc magnus esse incipiebat apud Principem illum Principem Auraicum. Leidæ dum degit Drusius, uxorem ducit non minùs piam quàm nobilem, omnibusq; Virtutibus ornatissimam, Virginem Gandavensem, Mariam van der Varent dictam, Anno videlicet M. D. LXXX. Octob. XVIII. Hæc cùm in Flandria virgo, gustum melioris puriorisq; doctrinæ percepisset, conjux in Hollandia ita in illa confirmata est, ut citiùs bonis luculentissimis privari, deq; civitate & patria, quàm de sententia sua dimoveri potuerit. Præter alia, hoc de illa referunt, quòd inexhaustæ in pauperes fuerit benignitatis, qui unanimi & consonâ voce Franekeræ clamitent, cum ejus mentio incidit. *Erat illa parens & mater unica egestatu, omnisq; ad versi-*

tas:

atis solamen. Ex hac Drusius noster XXII. Martii Anni M.D.LXXXII. filiam suscepit, nomine Agnetam, quæ Anno M.D.CIV. matrimonio juncta est Abelo Curiandro harum rerum collectori, delineatori. Circa hoctempus cùm Drusium hunc nostrum negotiorum caussa Aldenardæ in patria esse oportuit (uterq; enim parens jam diem suum obierat) Princeps ecce Parmensis urbem coronâ cingit; obsidio durat XII. Septimanas plus minus. Traditur urbs per conditiones. Drusius evadit non sine miraculo. Nam non cum civibus, sed cum militibus, primo die egreditur, non sine singulari favore & diplomate, à Præside Richardoto impetrato. Cùm Aldenarda Leidam revertitur, tum ob stipendii exiguitatem, tum ob acceptum in patria damnum centum florenis donatur ab Academiæ Curatoribus, qui publico insuper scripto pollicentur, annuum ipsius in singulos annos C. florenis adauctum iri. Leidæ vixit annos VII. plus minus. Quoniam verò familiam ex tam parvo stipendio quod annuatim numerabatur, alere nequit hic noster, aliò cogitare incipit, suiq; fruendi, si legitimè vocetur, spem facere. Hoc cùm illustr. ille Auraniæ Princeps animadvertit, protinus ad Magistratum Leidensem literas dat; utq; Drusium sibi retinere operam dent, omnibus modis suadet, ut patet ex literarum copia nobis reservata. Interim hinc ex Frisia, illinc ex Anglia vocatoriæ ad D. DRUSIUM mittuntur. Lectis illis libido hunc invasit mutandæ sedis, vocationisq; Frisicæ capiundæ. Hinc operam suam Frisiæ Patribus addicit, & circa finem Aprilis in Frisiam cum familia trajicit. In illa cùm est, decimo junii die ejusdem anni diplomate, vel commissione (ut vocant) in amplissima debitaq; forma, donatur. Quàm gnaviter autem quamq; feliciter demandatæ sibi professioni satisfecerit Drusius noster, ab anno videlicet LXXXV. ad duodecimum usq; diem Februarii Anni M.D.C.XVI. quia meum hoc multis deprædicare non est, testari possunt omnes illi viri docti, qui è Gallia, Anglia, Scotia, Dania, Germania, Helvetia & Belgio ipsum audiendi gratiâ Franekeram unquam venere, quibusq; ipsius institutione uti inq; Orientalibus linguis proficere curæ & cordi fuit. Verè de illo mihi dici posse videtur, quòd

Mille foro dedit juvenes, bis mille ministrûm
Adjecit numero, purpureaq; toga.

Quod ad genuinam vitę ipsius pietatem, tum domi, tum foris, gratamq; gravitatē, & erga exteros humanitatem, comitatē & bene-

benevolentiam attinet, quis illa complecti oratione posse
iā si vellet? Me, si possem ut nō insuper nō deceret. Hinc eti
ipsius insigni doctrina, inque variis linguis peritia, deq; c
sueta apud familiares festivitate, & frontis hilaritate, den
de pectoris ipsius candore & æquanimitate nihil dicam; f
de his omnibus abundè testari possent (si opus esset) parti
collegæ ipsius, Clarissimi Viri, qui supersunt, partim litteræ i
lorum, sicut & aliorum doctissimorum virorum, quæ in me
moriam istarum & aliarum rerum, ab hæredibus asservantu
Inventæ autem sunt (ut hoc obiter addere liceat) & à m
juxta nomina scribentium in ordinem quendam redactæ, ep
stolæ latinè scriptæ 2300. præter illas, quæ Ebraicè, Græc
Gallicè, Anglicè, Belgicèque scriptæ erant. Quibus quan
tisq; verò beneficiis & honoribus Reverendissimus chariss
musq; meus socer, dum in Frisia vixit, tum ab illustrissimi
Provinciarum Ordinibus Generalibus, tum Particularibus
affectus sit, licèt hæc innumerabilia sint rudiq; Minerva à m
describi vix possint, malo tamen ut quis stili impolitiem
quàm pietatis officium in me requirat. Anno ergò M.D
LXXXVII. Januarii XXIII. Nobilissimus & Amplissimu
Vir Kempo à Donia, tum temporis Academiæ Curator, &
jam præter illam curatelam Senatoria insuper dignitate præ
fulgens D. DRUSIUM, ob rerum suarum varietatem, d
meliore nota Illust. Ordd. Frisiæ Deputatis commendat, qu
lecta, prædicti patres stipendio D. Drusii (quod erat 500. flo
rēorū) āñuatim cētū fl. adjici jubēt. Ao, M.D.LXXXX. Dni. De
putati Diploma D. Drusii renovant, amplificantq;, àdditô in
super vitæ industriæq; ipsius encomiô. Anno M.D.XCV
ipsi Frisiæ Ordines Domino DRUSIO in posterum septinger
tos florenos in singulos annos numerari stipendii loco jube
Anno sequente D. DRUSIO, ab eorundem Deputatis Biblic
rum in linguam Belgicam, cum D. Philippo Marnixio S. A
degondio & aliis, vertendorum provincia demandatur, proc
rante non minimum rem istam viro Nobili Doctoq; M. I
zærda Ordd. Fris. Dep. Hic si referre liberet, quanto studi
Doctissimi quiq, D. DRUSIUM ad hoc translationis opus p
triæ proceribus commendaverint, fertilis sanè mihi dicen
materia foret. Verùm ego hoc potius relinquam aliis. An
M.D.C. Illust. Unitarum Provinciarum Status General
D. Drusio injungunt, ut commentarium sive Notas scrib
ad loca difficiliora Veteris Testamenti ritè examinatis &
pensis super illa, interpretibus Chaldæis, Græcis & Latinis, i

b condirione CCCC. florenorum in aliquot annos pro sti=
:ndio numerandorum. Quod opus à D. DRUSIO au=
icatum ut in eo feliciter progredi possit,ecce Illustr. prædicti
)rdines ad Amplissimos Frisiæ Ordd. Deputatos 18. Maji
1. D. CI. literas dãt in quibus hũãissimè petũt, DRUSIUS
t omnibus istis oerib. & incom odis eximatur,quę opus illud;
:eipub. Christianæ maximè profuturum,ullo modo impedi-
e possent. His lectis,Literarum Mecænates & præsidia Fri-
iæ Deputati non solùm DRUSIUM ab oneribus & curis A-
:ademicis eximunt,sed ad hoc quoq; concedunt, ut ipse lecti-
onibus ordinariis quendam studiosum præficiat, amanuensis-
que opera ipsorum sumptibus utatur. Anno M. D. C. II. quar-
:o Septemb. D. DRUSIO donum ducentorum florenorum
datur ab amplis. Ordd. Frisiæ Deputatis, idq; pro bonis offi-
ciis Academiæ Franekeranæ ab ipso præstitis. Anno M. DC.
III. D. DRUSIUS a deputatis Patriæ honestam sui dimissi-
onem petit. Illi verò vigesimo quinto Martii petitionem i-
stam ad ipsos Provinciæ Ordines, deferunt, addentes præter
alia hæc quoque, quòd ob celebritatem DRUSII multi exteri
bonarum literarum studiosi Franekeram ad Academiam pa-
triam se conferant, quodq; propterea ipsi dimissionem con=
cedere non potuerint. Plura hujuscemodi generis addere, ne
Codro ilia rumpantur,non libet,nec quoque ne in immensum
excrescat opus licet. Dicam verò nunc paucis, qui liberi D.
DRUSIO nati sint in Frisia,& qualiter vixerint; pòst,qui &
quàm excellenter spartam ipse suam ornaverit usque ad mor-
tem suis lucubrationibus,narraturus:Anno M. D.LXXXVII.
primo Aprilis nascitur ipsi filia Johanna Dicta, quæ XXIX.
Maji M. DC.VIII. Abrahamo Valkio nubit;urbis Dombur-
gensis Prætori dignissimo ornatissimo. Hæc cùm in No-
vembri M. DC. XII. cum marito & reliqua familia, suarum
rerum ergo, in Flandriam proficiscitur, Gandaviq; aliquandiu
moratur diem suum placidissimè in Christo obit duodecimo
Novembris ejusdem anni. Fit autem paulò ante mortem,ut
loci istius Sacerdos accurrat, sibiq; ab ægra peccata ad aurem
enumerari postulet. Huic resistit religionis suæ confessione
animosè per gratiam Dei morbida,sed verbis ferè & verberibus
maritus. Ob hoc facinus,& quòd oleum istius Monachi ad-
mittere nolebat,cadaver mortuæ Drusianæ non dignum judi-
catur,quod in ordinario loco terræ mandetur,sed pro illo loco
cloaca,colluviarium, & si quis extra urbem est ignominiosior
locus, assignatur. Effertur ergo cadaver, vehiturq; Gandavo

in Zelandiam. Incredibile autem memoratu est, qua[ntis] sumptibus, periculis & molestiis. Anno insequente vid[elicet] cet LXXXVIII. XXVI. Junii nascitur DRUSIO nostro fil[ius] primus & ultimus, Johannes postea dictus. De hujus Dru[sii] junioris indole, ingenio, pietate in Deum, & erga quoslib[et] homines humanitate, deniq; de ipsius in bonis literis prof[e]ctu, eruditione egregiâ, linguarumq; Orientaliũ Græcæ La[-] tinæq; peritia summa, si quis latiùs cognoscere gestiat, legat quæ de filio non degenere memoriæ prodidit Drusius senio[r] in præfatione sua, libro Annotationum suarum in Nov. Tes[t.] præfixa, & alibi. Ego hoc tempore de virtutibus istius juve[-] nis, qui ætatis anno vigesimo primo ex calculo in Anglia mor[-] tuus est, nihil quàm parum dicere malo. Si verò familiariu[s] mihi cum Musis politioribus in gratiam redire à multis ali[is] curis concedetur, suo tempore fortè aliquantò latius hæc di[-] cere aggressurus sum. (*De DRUSII scriptu prolixius hic agit Cu-riander, quorum nos infrà catalogum damus.*) Restant mih[i] duo, candide Lector, quæ ubi absolvero meo more, id est, ru[-] diter, missum te faciem, tibiq; pro patientia tua, quâ hæc le[-] gendo usus es, gratias agam quas possum maximas, tuamq[ue] humanitatem qua possum animi dimissione rogabo obte[-] staborq;, hæc omnia qualiacunq; sunt, ut in optimam partem interpretari velis. Horum unum est, ut quî & qualiter de D. DRUSIO senserint viri docti, tibi digito monstrem. Alte[-] rum, ut quomodo & quando D. DRUSIUS hinc in cœlum migraverit, te quoq; edoceam. Ad primum quod attinet, hîc se encomiorum DRUSII aperit maximus amplissimusq; cam[-] pus, quem si ingredi animus esset, ne! hæc delineatio in magn[æ] molis excresceret librum. Etenim, quis libellus omnes istas epistolas capere posset, quæ à prædictis viris doctis ad DRU[-] SIUM datæ sunt, ut de aliis, quorum nomina adhuc conticui, taceam? Sed ut ego semel manum de hac tabula; consultissi[-] mum videtur, te ad editos Doctorum libros remittere, qui no[-] stro tempore in politiore literatura excelluere; si unius tan[-] tùm Theologi, sed qui citra controversiam præstantissimus habetur, testimonium de D. DRUSIO tibi communicavero. Sic ergo Theodorus Beza de D. Drusio in Annotationibus suis majoribus ad N. Test. scribit. In Præfatione ad Lectorem: *Admonuit me etiam de non paucis* JOH. DRUSIUS, *vir certè magnam diligentiæ & eruditionis laudem plurimis editis tra-ctatibus meritò consecutus.* Matth. 5,22. in Rom. *Quod Ioh. Drusio, diligenti rerum in his libris multarum observatori, ac-ceptum fero* Matth. 19, 24. in Camelus. *Sed de Elephanto, cu-*

ju

us loco Christus camelum ut animal Syriæ notius substituit, onjecit vir diligentissimus DRUSIUS. Matth. 22,16. in Herodiani. *Quam sententiam videtur confirmare, quod I. Drusius, homo in his perscrutandis eruditus, & summè diligens, citat ex Lexico &c.* Joh. 11,54. in Ephrem. *Et vir reconditæ doctrinæ Joh. Drusius annotat sæpe solitos scribere veteres η pro αι* &c.
Plura non addam Doctorum virorum de DRUSIO testimonia, ne invidos istos & ad maledicendum natos crabrones excitare velle videri possim; licèt mihi in promptu sint Jos. Scaligeri, & Casauboni, necnon Petri Fabri JC. Clar. Præsidis Tholosani, literarum quondam Principum, sicut & Joh. Piscatoris, Theologorum hodiernorum, & commentatorum in sacros libros primarii, præceptoris mei charissimi, sicut & aliorum: Et quid juvet? Sed hic incidit illud: Annon dicendus fuerit B. Drusius, dum viveret, omnium felicissimus, qui tam gratum amplumq; laborum suorum fructum, tum à publicis tum à privatis personis persentisceret, & experiretur? Ad hoc quæso audi ipsum Drusium, ad amicos duos in hunc modum scribentem. *Turbones nostri nunc quiescunt, aut pudet eos præteritorum, aut exspectant occasionem novam. Mihi quidem multis de causis quies non solùm optatissima est, sed etiam necessaria. Sed si hanc personam Deus humanæ fabulæ choragus mihi imposuit, partes delegatas oportet agam. In hac arena mihi video moriendum esse* &c. Prid. Cal. Januar. A. 1599. *Sparserunt de me rumorem vanissimum, summa est me alienum esse ab hac religione. Quid dicam? Post natam calumniam non fuit unquam major calumnia. Egone alienus à religione, cujus causa pater meus p. m. amisit anno 67. octodecim millia florenorum?* &c. VI. Febr. 1600. Quid ad hæc, mi Lector? Estne hoc viris doctis calcaria addere? ô quantò sanctius Beza, Piscator, Scaliger, Casaubonus, Aldegondius, Buxtorfius, aliique ex magna Britannia & Dania Theologi cum Drusio egere! sed hæc mitto, sciens in hoc mundo ab omni parte beatum nihil esse. Nunc ventum est Mi Lector ad morbum & mortem D. DRUSII, de quibus multa dici possent, sicut & de iis, quæ ipsi præter propter mortem obtigere, si scriptu jucunda essent, sed quantum ad me, ego hęc omnia non attingere, quàm paucis, & cum lachrymis & cum periculo (prout hæc tempora sunt) delibare nolo. Morbus ipsi fuit neque longus, & absq; ullo dolore. Ad extremum usq; vitæ momentũ nõ solùm mentis compos erat, verùm etiã visu & auditu, per singularem Dei gratiã, fruebatur. Nihil omniũ facultatũ ipsi deesse videbatur, præter linguæ usum. Nã circa ultimũ vitę

 finem

finem vox deficere incipit. Quapropter cùm ego cum uxore, per multa pericula, propter varium turbidumq; hieme cœlum, circa quartam horam vespertinam duodecimi diei Februarii Leovardiâ Franekeram ad socerum venio, nihil ille vpius nobis facere, nisi porrectâ manu dextrâ adventum gratulari; quomodo & quibus mediis ad se venire potuerimus, interrogare, lachrymulam ex oculorum altero emittere, & tandem difficili voce dicere, prout ego me admotâ aure intelligere putabam: sequere consilium Domini de Veruou. Designare volebat bonus iste vir Magnificum, Majorum gloriâ suaq virtute Nobilissimum virum D. Fredericum de Veruou hoc tempore Ordinum Generalium Consiliarium, qui ascensum paranti Drusio, cum aliquot Professoribus, Pastoribus & Studiosis ad extremum usq; halitum aderat, & cui unà cum Arto-pæo, pridie discessus sui, Testamenti sui executionem reverenter commiserat. Plura nobis ob serum adventum nostrum ex charissimo patre & socero intelligere verba non licuit, & de pluribus interrogare præ lachrymis nequimus. Ubi vir bonus se ægrè audiri & intelligi videndo animadvertit, incredibile creditu, sed tamen vero verius est, caput ipse suum reclinat in manum dextram, seseq; jam ad meditationes altiores composuisse videbatur. Oculi aperti sunt & lumina clara. Et ecce fallit astantes. Nam videbatur adesse, & aliquandiu mansurus, cùm jam anima deseruisset corpus, & locum istum beatorum petivisset. Benedictum sit nomen Domini, qui tam placidè, etiam non animadvertentibus circumstantibus, socerum, quid dico, patrem meum ex hac lachymarum, invidiæ & calumniarum valle ad se traduxit. Benedictus sit Deus in omnia secula. D. DRUSIUS huic ærumnarum cœno valedicit, horâ post meridiem quartâ, cumque omnibus sanctis gaudiis istis cælestibus fruitur. Octavo pòst die honorificentissimè cadaver sepelitur, ad funus concomitantibus non solùm quarumlibet facultatum Professoribus & Studiosis, verùm etiam Magistratu, Senatu Ecclesiastico, & penè civibus omnibus, quot urbs Franekera in ambitu suo continebat. Commisso terræ gremio D. DRUSII corpore, in templo majore, pompa ad templum Academicum ducitur, ubi ex decreto Senatus Academici, Nobilissimus pariter & Doctissimus Vir, D. Joh. Maccovius S. Theol. Doctor & Professor ordinarius, cathedram ascendit, inque laudem DRUSII, qui ultra XXXX. annos, tum in Anglia, tum in Hollandia, sed maximam partem in Frisia, linguas Ebræam, Chaldæam & Syram

publicè

publicè docuerat, admodum eleganter perorat. Faxit Deus, ut illam aliquando in lucem emissam videre & legere liceat. Huic Deo, Patri, Filio, & Spiritui Sanct. sit gloria in seculorum secula Amen.

DIS MANIBUS
VIRI CLARISSIMI
Et dum viveret, Eruditissimi ac
Celeberrimi,
D. JOHAN. DRUSII,
Linguæ Sacræ Professoris,

Qui priscos ritus, qui mores gentis Iuda
Norat, & haud ulli cesserat ingenio.
Qui doctus Latiâ, Graiaq; & quotquot ab Ortu
Lingua unquam nota DRUSIUS *unus erat,*
Ast idem, haud alius quo Vatum oracula nuper
Tersius explicuit, conditur hoc tumulo.

PAULUS BUSIUS
JC. & PROF.

Maximus exiguo tegitur sub marmore DRUSUS,
Si tamen Heroës marmoris urna tegit,
DRUSIUS *Hebraa vindex & gloria lingua,*
Per quem obscura minus pagina sacra eluit.
Pignore quo tantum Franekera culta superbit,
Quantum Scaligero Leida Diserta suo.
Qui vita satur & fama qua circuit orbem,
Dum studium & pietas crescere posse negant,
Crescere quo posset cœlum restabat avitum,
Cœlum adit, & patrio stella recepta polo est.
Filia cum genero tanti cognominis heres
Hic cineres posuit; catera fama tenet.

S. SICCAMA.

SCRIPTA.

Veterum Græcorum Interpretum fragmenta in Psalmos Davidis: *Antverp.* 1581. *Arnhem.* 1622. in 4.

Ad voces Ebraicas Novi Testam. Commentarius: *ib.* 1582. *Franek.* 1616. in 4.

Quæstionum & Responsionum Ebraicarum libri tres: *ibid.* 1583. *Franek.* 1599. in 8.

Observationum sacrarum libri XII. *Antverp.* 1584. in 8. libri XVI. *Franek.* 1594. in 8.
Animadversionum libri duo: *Lugd. Bat.* 1585. in 8. *Arn.* 1622. in 4. *Amsterd* 1634. in 4.
Annotationes in Estheram: *ibid* 1586. in 8.
Historia Ruth ex Ebræo latinè conversa, & commentario explicata: *Franek.* 1586. in 8. *Amsterd.* 1632. in 4.
Miscellanea sacrarum locutionum: *ibid.* 1586. in 8.
Alphabetum Ebraicum vetus, C. sententiæ veterum sapientum Ebraicè, Græcè & Latinè cum notis: *Antverp.* 1587. *Franek.* 1609. in 4.
Parallela sacra locorum V. & N. Test. *Franek.* 1588. in 4.
Notæ in Grammaticam Ebraicam Nicolai Clenardi: *Lugd Bat.* 1589. in 8.
Proverbiorum classes duæ, in quibus explicantur Proverbia sacra, & ex sacris orta: *Franek.* 1590. in 4.
Apopthegmata Hebræorum & Arabum cum scholiis: *ibid.* 1591. 1612. in 4.
Lectiones in Hoseam, Amos, Nahum, Habacuc &c. *ibid.* 1591. 1595. 1599. in 8.
In Tobiam: *ibid.* 1591. in 8.
Quæsita per Epistolam: *ibid.* 1595. in 8.
Castigationes & notæ in Jesum Sirach sive Ecclesiasticum: *ibid.* 1591. in 4.
Proverbia Ben-Siræ latinè reddita ac notis illustrata: *ibid.* 1587. 1612. in 4.
Liber Hasmoneorum sive prior Maccabæorum Græcè cum notis: *ibid.* 1600. in 4.
Tabulæ in Grammaticam Chaldaicam: *ibid.* 1602. in 8.
De Nomine Dei Elohim: *ibid* 1603. in 8.
De Hasidæis, quorum mentio fit in libris Maccabæorum: *ibid.* 1603. in 8.
De nomine Dei proprio, quod Tetragrammaton vocant: *ibid.* 1604. in 8. *Arnh.* 1622. *Amsterd* 1634. in 4.
De tribus sectis Judæorum, Responsio ad Nicolaum Serrarium Jesuitam: *ibid.* 1605. in 8. *Arnh.* 1640. in 4.
Minerval ad Nic. Serrarii responsum: *ibid.* 1605. in 8.
Sulpicii Severi historia sacra, cum commentario: *ibid.* 1607. in 8.
Opuscula quædam ad Grammaticam spectantia, de recta lectione linguæ sanctæ, Accentibus &c. *ibid.* 1609. in 4.

De

De Particulis Chaldaicis, Syriacis, Thalmudicis & Rabbinicis: De literis Mosche Vechaleb libri duo: Veterum sapientum Gnomæ: *ibid.* 1609. in 4.

Grammatica linguæ sanctæ nova: *Franck.* & *Leovardia* 1612 in 4.

Annotationum in N. Test. sive Præteritorum libri X.: *ibid.* 1612. in 4.

Nomenclator Eliæ Levitæ Ebraicè, Græcè, Latinè & Germanicè cum notis: *ibid.* 1613. 1652. in 8.

De Patriarcha Enoch, ejusq; raptu & libro, è quo Judas Apostolus testimonium profert: *ibid.* 1615. in 4.

Epistola ad Fratres Belgas, in qua calumnia diluitur de Logo creato: *Leovvard.* 1615. in 4.

Commentar. ad loca difficilliora Pentateuchi: *Franek.* 1617. in 4.

Comment. ad loca difficilliora Josuæ, Judicum, Samuelis: *ibid.* 1618. *Amsterd* 1630. in 4.

Fragmenta Interpretum Græcorum in V.T. collecta, versa, & notis illustrata. *Arnh.* 1622. *Franek.* 1629. in 4.

Commentar. in XII. Prophetas Minores: *Amsterd*, 1627. in 4.

Annotationum in Nov. T. Pars altera: *ibid.* 1632. in 4.

Conjectanea in Græcam editionem LXX. *ibid.* 1627. in 4.

Annotationes in Coheleth: *ibid.* 1635. in 4.

Nova versio & scholia in Jobum: *ibid.* 1636. in 8.

Plurima quoque scripta J. Drusij extant in pretiosissimo illo opere Anglicano Critico, quo Lectorem remittimus.





ORATIO
In obitum
Clarissimi Celeberrimiq; Viri,
PHILIPPI CLUVERI,
Geographi,
Habita in Academia Lugd. Batav.
Anno CIↃ IↃC XXIII.
à
DANIELE HEINSIO.



SI, quàm usitatum est efferri homines in terris, tam vulgatum esset, viros magnos & quos orbis admiratur, mori; nemo sibi aliquid in publico dicendum de virtutibus existimaret. Nunc, cum hoc præsertim tempore, magnorum tanta sit penuria ac paucitas virorum, ut cum singulis qui moriuntur, ipsa propè eruditio ac literæ efferri videantur, cavendum nobis vel imprimis reor, ne quos ad exempla laudum atque æternitatem nominis natura genuit, sine ullâ commendatione, tanquam fugitivi elabantur. Romanos quidem sæpe legimus ac Græcos, quorum literis ac sapientia ad vitæ consuetudinem imbuti sumus, ne in castris quidem, in conspectum hostium ac bellico tumultu, commisisse, ut non, quoties præclara virtus aliqua è terris emigraret, parentes quoque, patriam, ac genus universum, ejus, qui defunctus esset, commendarent. Publicè enim interesse ad exempla morum, qualis quis in vitâ exstitisset: ad cujusq; autem mortem, quali quisq; animo excederet è vitâ quippe ut ab actionibus præclaris vitam, ita eas illustrari à con-

stanti

tanti morte, quæ cùm exitus sit hujus scenę, & supremus quasi actus, fit plerumque, ut eò magis in sese oculos & animum convertat. Itaq; hanc causam sæpe existimavi, cur, qui alia Platonis, quæ in manibus versantur, ne viderũt quidẽ ũquã, in Phædone aliquid libenter, vel ex sordidâ interpretatione, legant: cur, quæ facundissimè à M. Tullio, de Crossi, de Hortensii, Sulpiciiq; obitu ac laudibus dicuntur, ita nobis cætera commendent ut eorum causa libros sæpe integros legamus: cur, qui majestate ac severitate Taciti ad quam non nisi animæ illustres ac eximiæ assurgunt, non impensè cupiuntur, magno tamen studio ac curâ, Senecæ ac Pæti exitum è terris legant, ut hæc sola sæpe aut evolvant, aut perlecta semel, iterum atque iterum percurrant. De me; equidem fatebor, cùm Gregorium Theologum, scriptorem, in quo, cum religione ac pietate, eloquentia ac eruditio contendit, libentissimè evolvam, nunquam tamen magis animo ac mente assurgo, quàm Basilii laudes, vitam, studia, imprimis verò obitum, ab eo graphicè descriptum, lego. Ita omnes, nescio quo desiderio ac curâ, ad suprema horum, qui virtute aliquâ excellerunt, trahimur, aut properamus. Credo, quod, quemadmodum Sol ille, quem quotidiè videmus, nunquam nobis pulchrior quàm cùm cadit, sic in iis, quorum fama atque existimatio terrarum orbem solis instar pervagatur, nihil magis quàm extremum, quanquam mœstos, voluptate solidâ perfundit. Cluverus verò noster, de quo verba hodie facturi venimus, quemadmodum in eo totus fuit quamdiu vixit, ut ad nominis æternitatem via regia contenderet, atque eò perveniret; ita commendationem suam aliis reliquit. Quæ cùm nobis, ex autoritate Ordinis clarissimi, commissa sit hoc die, ut attentionem, Auditores, vestram mereatur, non tam ab oratione novâ, in quâ nihil præter brevitatem pollicemur; quàm à nomine ejus ac celebritate expectamus, quæ dicenti suâ sponte id præscribit, quod à magnis orationibus facundiâ ac lenocinio verborum obtineri solet. Natus est Cluverius noster apud Gedânum, (Dantiscum vulgò vocant) celeberrimum Borussiæ emporium: civitatem, quæ cum præstantissimis Europæ, opulentiâ ac positu contendat. Patre, monetario Præfecto; viro nobili, & olim opulento. Familiæ originô, qui accuratiùs hęc tractant, Bremâ deducendam arbitrantur, in quâ urbe, aliquot ejusdem nominis Canonici nunc degunt; nobilissimi, ut series, quam vidimus, originis ac generis majorum indicat, atque excellentes viri, quorum nomini ac observãtiæ, initium profectus sui, Tabulã Italię, quam adolescens edidit, in urba hâc nuncupavit. Iis artibus imbu-

tus quarum capax prima ætas esse solet, in Poloniam, à pa missus est. ubi inter aulicos, cùm mores gentis celeberrim tum linguam accuratè addisceret. Existimabat enim fi homo generosus, ut utrique nationi, quæ arctissimè inter se junctæ essent, magno aliquando & subsidio & ornament esset. E Polonia reversus, in Germaniam parentis monit profectus est. Cùm assiduè instaret, urgeretque, ut, cæteris c missis, Legum studiis se daret. Quorum causâ, aliquant pòst Lugdunum Batavorum venit. In quâ urbe, quanquam exercitiis non nihil corporis subinde daret, curam tamen ac a dorem studiorum nunquam intermisit. Quamvis enim & amicis aliquid interdum, qui non sine causâ fures temporis di cuntur, & castissimarum virginum colloquiis ac comitatui a liquam diei partem daret, noctem (quod cum admiration sæpius audivi) solidam, non raro lectione seriâ ducebat. cùm assiduo labore agitatum corpus, fatigatum pariter cùm eo animum, plerumque ad quietem trahat. Ad illectus ætatis accedebat forma, accedebat delicatus ille, quem amici meminêre, vultus: cujus gratum ac ingenuum candorem, purpura virtutis comendabat. accedebat sermo elegans ac promptus, corpus agile, affabilitas ac comitas insignis. accedebant exercitia præclara, quæ nobilitatem sibi maximè conciliant. Quibus omnibus, nec à virtute, quod meminerim, deflexit unquam, nec ad comessatiões ac vivendi intemperiem abductus est. quæ cum sine sumptu non gerantur, &, quòd Legum studio non satis caperetur, ut qui operas forenses, quibus primò destinatus erat, subterfugeret, ut ipse ajebat, gratiâ parentis ac benignitate excidit. Vivebant eo tempore in hâc urbe, magna illa & æterna eruditionis lumina, Franciscus Junius, Johannes Heurnius, non pauci alii. Inter primos tamen Clusius, & magnus Scaliger. Fuit illud in hoc viro, quod in Socrate non semel miris eloquentiæ coloribus depinxit Plato, ut si quis è juventute nostrâ ei se dedisset, ejus animum inexpugnabili illecebrâ ac suadâ captum prius ac possessum, ad præclarum & inusitatum aliquid transferret. Qui cùm Tabulam Italiæ ab eo obiter dispositam vidisset, à stupore, ut solebat, operis ac comendatione auspicatus, seriò monere cœpit, ut cùm omne studiorum genus, vel exhaustum nostro tempore vel consummatum esset, solum Geographicum adhuc restaret, operi accingeret, ac in possessionem ejus tanquam vacui veniret. Omnibus præreptis, universum adhuc orbem superesse. eum occupantis, si quis seriò hoc ageret, futurum. Iret quò naturæ impetus vocaret. du-

m suum sibi genium ad immortalitatem sequeretur. Mul-
os esse qui in cæteris excellant: neminem hic magnum fore,
ui non primus pariter futurus esset. Quo judicio, non aliter
uàm manuum applausu generosi solent equi, inflammatus a-
olescens, & jam hujus instituti certus, in Brabantiam conce-
it: ubi Justus Lipsius docebat. credo, ut de hujus quoque in
e maximâ judicio securus esset. Quem Lovanii cùm frustra
uæsivisset (quippe qui Antverpiam profectus esset) frustra,
escio quo fato, etiam Antverpiæ quæsivit, qui Lovanium
Antverpiâ jam rediisset. Hic vix dici, Auditores, vix describi
erbis potest, qua ac quanta præter expectationem, virum ad
miseriam ab ineunte ætate factum, derepente invaserit calami-
tas. In hostili quippe oberrantem agro, Martis aliquot alumni
veste omni ac viatico exutum, pene, ut matre natus erat, nudũ
ac famelicum relinquunt. ut non alio quam aquæ potu & ra-
dicibus, quas terra dabat, sitim ac jejunia levaret. Ita Achæ-
menides hic noster, verè miser ac poëtico simillimus, ad tridu-
um vagatus, monachorum primò aliquot in viâ, mox præfe-
cti ubi eo appulisset, Lillojani, comitate sublevatus, ad amicos
veteres, inprimis autem libros suos, in Bataviam reversus est. U-
bi, cum de gratiâ paternâ ac favore nihil sibi reliquum videret,
nisi animum jam aliis dicatum, disciplinæ legum, cujus causâ
domum & ad suos vocabatur, totum daret, atque id impetrare
à se non posset, in Bohemiam, ac mox Hungariam, se contulit.
In quâ ad biennium cùm militasset, cum Præfecto suo, cujus
ãimum dexteritate ingenii ac comitate morum pridem expu-
gnarat, in Bohemiam reversus est. Ubi ea tempestate Baro no-
bilissimus de Popel, jussu Cæsaris in vinculis diu habitus, co-
ram majestate ejus causam dicere atque audiri frustra postula-
bat. verso igitur ad bilem magno, ut plerunque tales solent, a-
nimo, Apologiam pro se scripsit. Quam Cluvero nostro, ut in
Latium transferret, partim suis partim amicorum precibus per-
suasit. Eam huc reversus cùm typographo dedisset, iterum For-
tunam, quam novercam semper habuit, in se convertit. Jussu
quippe Cæsaris, qui per legatum hoc jam imperaverat, in car-
cerem conjectus, vix, ac tandem, adnitentibus pro libertate suâ
ac amici, studiosis, malũ hoc evasit. Est hoc fœminis innatum,
ut affectu illo quem parentum animis natura indidit, haud
paulò vehementiùs ducantur. Pia ergò mater, cùm, ignaro
prorsus patre, alia quàm vellet, magna tamen agitantem, clam
viatico non ita magno instruxisset: ibi verò noster, suum illũ,
quẽ jã pridẽ ãimo cõplexus erat orbẽ contẽplari ac metiri dili-
gẽtiùs instituit. Qua occasiõe, ac instituto, Scotiã, Britan. Italiã

ac

ac Galliam non semel peragrabat. Frequentius haud pu
tamen cæteris Britanniam quod, ni fallor, libros aliquot, in
mis sibi utiles, in eâ reperisset. Tantus hominem discend
dor, tantâ (ut in re inusitatâ tali voce utar intemperies te
bat. Quam non amicorum monita, non indignatio pat
na, non propositi honores, non adversa omnibus conati
fortuna, sistere adeò atque inhibere poterant, quin, ardore i
laudis, quem accensum imo pectore gerebat, in materiem
ternitatis quæcunque objicerentur magno animo converte
In Britannia de tribus Rheni alveis libellum; universi aut
orbis sed quod nondum prodiit, Compendium in Galliâ co
posuit. Scriptum breve ac eruditum, quod nuperrimè auct
locis plurimis ac emendatum (pessimè enim hactenus desc
ptum fuit) juveni lectissimo Josepho Vorstio, illius, cui pluri
debebat, filio, edendum tradidit, quod monendum hic pu
mus. ne temeritas Typographorum, aut ambitio cujusqua
cum autoris pariter ac testatoris fraude, fructum hunc dec
pat: aut lectoribus, quod vulgo fieri nunc solet, manus lu
causa adeatur. Ab hoc tyrocinio, ac primâ quasi curâ, cù
ad partes orbis singulas paulatim se conferret, atque ad unive
sum accuratè illustrandum jam paratus esset; ante omnia,
Patriâ vir pius cogitare cœpit. Quæ livore partim antiqu
rum, partim ignorantiâ ac fraude, pristinum vix jam splendo
tuebatur. Nullo igitur vel precio adductus vel mercede, i
lam tot heroum genitricem ac Romanæ æmulam virtutis, e
ornandam sibi sumpsit. In quo scripto, erudito admodum a
operoso, de Germaniæ limitibus ac terminis, de habitu ac cult
de religione gentis, pietate, armis, jure, oppidis, ac populis, ac
versus ipsam sæpe antiquitatem, ea vel excogitavit, vel ex d
sciplinæ suę fundamentis, maximo ingenio produxit, quæ
eam, cui spiritum ac lucem se debere existimabat, in possessio
nem veræ laudis ponunt, sic autori quantum eruditionis, tan
tum pietatis astruxerunt. Itaque, quemadmodum Poëta
Deam quandam extitisse volunt, quæ è Jovis cerebro progna
ta esset, ita mihi vir erecti animi ac pulchri, maximis laboribu
vigiliis ac curis, suam nobis peperisse Patriam videtur. Han
Sicilia secuta est cum Italiâ. Quam cùm iterum adiret, totan
pedibus, cùm nihil nisi oculis exactum orbi ac posteritati im
putare vellet, ante quadriennium emensus est. Nam in alte
râ, quod Sustam vidit ac Charybdin, quod Phæacum sedes
Cyclopum, quod Piorum campos, quod flabellum spiritus pc
ëtici ardentem Ætnam, quod Læstrigonas, atque alia id g

s, quæ Ulysses quia obiter inspexit, argumentum Odyssea dit; Poëtarum curæ, qui majora quam pro fide amant ac usitatis delectantur, relinquenda puto. In Italia, ne quis ç-tem nostram potiùs quàm nostra quædam, nullo literarum nsu, nullâ eruditionis admiratione duci credat, maximos adiratores sui, inter ipsos quoque Cardinales, ac Bononiæ inenit. A quibus & magnificè invitatus, & munificè, si quisuam, habitus, redire ad suos tamen maluit, ubi larem angustissimum, uxorem afflicatissimam, sororem bonæ mentis ægestaem, inveniret ac amplecteretur, quàm ut inter purpuras de libertate suâ quicquam imminutum iret. Uxor (quæ reverium tali adventicia accepit) in gravissimos dolores è contrato corpore è partu ac debilitato, ut putatur, incidit. quæ suspiiis, quæ ejulatibus assiduis ac lachrymis, non mariti modò aimum, ad alia intentum, sed vicinos quoque, ad commiserationem ac mœrorem pertrahebat. in hâc positus calamitate, hâc domesticâ acerbitate, his angustiis, hoc luctu, aliquid quotidiè de penso absolvebat. His auspiciis concepta primum est Italia ac nata: cui valetudinem, mox animam impendit. In hoc onere, scribentem aliquid aut meditantem, (cùm adolescentibus aliquot intereà, quò vitam toleraret, erudire cogeretur) ita tabe, quàm ex animi mœrere partim, partim studiis contraxerat, exhaustnm prorsus ac emaciatū omnes vidimus; ut diebus ante abitum è vitâ plusculis, cum umbrâ hominis, aut sceleto, amici qui accesseramus, loqui nobis videremur. Procul illi species antiqua illa ac venustas oris, procul nitor ille ac rubor, procul delicatæ illæ manus, quas articuli ac macies consumpserāt, procul grata illa vocis elegantia jam erat. Nasus acutissimus, tempora collapsa, languor aurium, frequentes oculorum lacrymæ, quæ lucem jam fastidiebant, vultus denique universus, ut Galenici loquuntur, Hippocraticus, diem ultimū, ante ipsum, ut in lento tabidoque morbo, nunciabant. Memini, præsente me atque aliquot amicis, qui ad spondam lectuli constiteramus, à clarissimo summoque Medico, & qui parentis illi loco semper fuit, Everardo Vorstio, significatum illi ac denunciatum esse, Nullam spem in Medicis restare: finem vitæ cogitaret, quæ initium æternæ esse in iis solet qui in Dei Filio fiduciam reponunt. Hoc fatale carmen, sine ullâ animi commotione sic accepit, ut hunc orbem, quem labore tanto universum perdidicerat, & jam descripserat, continuò ex animo deponeret. sarcinulas non tam colligeret, quàm mentem universam Christo traderet. adventantem quoque, sed (quod festi-

ſtinantibus videtur) diutius cunctantem, ut molesti creditor
ſolent, poſceret ac flagitaret. In extrema hac neceſſitate a-
dentes ſibi aliquot Theologos habebat: qui alloquiis aſſid
ac monitis, pacem illi, ſi quid animo hæreret, cum ſuprem
numine ac hominibus conciliarent. Ab his cum de immorta
tate animi nonnihil ex occaſione ageretur, intentior quàm a
te, ac cum aliqua, ut in hoc morbo ſæpius ſolebat, indignati
ne, Ne Strabonem quidem ſuum, hominem in hac mali
quam Chriſtiani militant, paganum, de hoc dubitaſſe dix
Quanquam enim ſciret, non dimenſionibus locorum, ſed co
ſtanti fide ad cœleſtem illam terram perveniri eos tamen, q
de iis quæ profani homines naturæ beneficio definiiſſent, d
bitare auderent, ſcarabeos potiùs quàm homines exiſtimaba
qui profectò ipſi, ſi de mente noſtra aliquid hauſiſſent, quam
quam inter ſordes ad quas nati ſunt & fæces, facilè intellige-
rent, divinam illam partem, quæ tot ſpacia locorum, tanta ma-
ria, tot montes, totum denique hunc orbem puncti inſtar ca-
pit, ac, quod omnibus his majus eſt, ad rationes vocat, cum hoc
corpore non terminari. cui quamdiu hæret niſi prorſus ſtupet,
vim inferri è ſocietate ejus ac caliginem offundi ſibi ſentit. In-
terceſſerat jampridem illi, ut mortali ſanguine ac propagine o-
mnes oriundi ſumus, cum Iſacio Pontano, viro excellenti, de
re Geographica nonnihil controverſiæ: quæ ad velitationem
ac offenſiunculas erupit. De qua cùm prudenter, qui tum ade-
rant amici utique monuiſſent, totum ex animo delere ſe pro-
feſſus eſt. Sciebat enim vir clariſſimus, ac Chriſto ſuo, cui ſem-
per hæſerat, jam conſecrandus, quemadmodum informe hoc
corpus, niſi priùs gloriæ reſtituatur, ad poſſeſſionem filiorum
Dei non adſpirat, ita ardentem odio ac ſtudio vindictę animũ,
ad felicitatem ſuam non admitti. Sanguinem & carnem ad fe-
licitatem ejus non admitti, qui, è cruce pendens, inter laniatus
ac tormenta, ſub immani illo onere depreſſus quod ne cogitan-
do quidem quiſquam noſtrum hactenus acceſſit, antequam
ſupremum illud ſacrificium parenti conſecraret, tortoribus ac
carnificibus ignovit. Audiviſtis finem ejus viri, cui pares oppi-
do quàm paucos ætas noſtra tulit; iis artibus ac diſciplinis, qui-
bus animum emanciparat, forte nec ſuperiorem vidit. Cujus
quidem varios errores, caſus ac adverſa, qui putabit, nihil obſti-
tiſſe tamen dicit, quin ad voti ſui portum, ac columnas, ut Ge-
ographi loquuntur, Herculis pervenerit. Linguas tenuit quàm
plurimas. Præter eas, quæ ab eruditis vindicantur, Belgicam,
Bohemicam, Polonicam, Italicam, Ungaricam, Britannicam &

Ca-

Gallicam. ut in orbe suo nusquã peregrinus, & ubique natus videretur. Liberos reliquit duos: tanto omnium commiseratione magis dignos, quanto orbitatem minus sentiunt. Quibus ex hoc universo, quod ingenio & eruditione totam possidebat parens, nihil præter luctum & penuriam, relictum est. Voluntatem qui post obitum exsequeretur, viros præstantissimos ac celeberrimos dilegit. Petrum, scilicet, Cunæum, Academici senatus Præsidem, Antonium hunc Thysium, ac Everardum Vorstium, Amicos mecum, præterillos, aliquot communes habuit. Inter cæteros, Scaligerum ac Casaubonum. inter eos qui supersunt hodie Johannem Meursium, Thomam Erpenium, Gerardum Vossium, clarissimos ætate nostra viros. qui officia, quæcunque excogitari possunt, ægro, aut post mortem præstiterunt. Inter primos autem ac præcipuos Richardum Joannem Nereum, Theologum doctissimum: cui & libellum sacrum, se autore scriptum, ante obitum commisit. Quibus omnibus, Cluvere optime ac præstantissime, memoriam mœstissimam ac luctum reliquisti. Reliquisti Magnę Græciæ, quę summam à te poscit manum. Reliquisti Græciæ, quæ opem aliquando expectabat tuam. reliquisti tot autoribus, ac inter reliquos; Straboni, quem tot locis emendasti. Reliquisti universo orbi, de quo illustrãdo, describendo, ac delineando, cogitabas. Reliquisti universis literis ac eruditioni. quàm unius causa universam exornabas. Nam ex parte quidem tua, nisi duriores æquo ac immites sumus, etiam gaudendum reor. Non jam de angusta pulmonis ac spirandi quereris difficultate. non uxorem jam cum morte colluctantem, inter meditationes tuas audis. non de liberorum patrimonio ac tuo, quod fortuna jam superstiti abstulerat, sollicitus ac mœstus sedes, non undantem sanguine Europam, non distractos popularium dissensione animos, nec fœdissimas doctorum inter se contentiones, & extremum nostro tempore venenum, personantes amicorum laudes, detestaris. Alium in orbem, navigantibus ignotum ac Geographis, translatus es. Ubi non, ut ante, flumina ac fontes, maria ac sylvas, oppida & lucos, ut solebas, non Pachynum tuum, Lilybæum ac Pelorum, non Italiam, terrarum dominam, ejusque principem Romanam urbem, sed cœlestem illam civitatem vides, *quæ est sursum*, quam tot flumina exhilarant ac cingunt. Civitatem sanctam, civitatem Regis magni. In qua nihil cuiquam deest: in qua cuivis exhibetur quantũ quisque optat: in qua denique, ut

vir sanctus loqui solet, bonum suum quisq; intelligit ac q rit. Ætate quidem primâ hinc avulsus es. sed quam vigi & animi contentione, ultra senectutem plurimorum prod xisti. Opes tenues atque arctas reliquisti. Sed nec beato rum animæ has norunt. Ac ne sapientes quidem : qui pe culium cum fœnore in animis reponunt. Et paupertas anti quissimum virtutis patrimonium, ac sapientiæ vernacula, viris magnis nuncupatur, quæ in Aristide, ut cum vetere scri ptore loquar, justa, in Epaminonda, strenua ac prudens, sapi ens in Socrate, facunda in Homero, in non paucis erudita fuit tecum, optime Cluvere, terras omnes vidit ac emensa est. Li beros desertos ac parente orbes reliquisti. sed & tales patrem suum habent. Et habemus matrem omnium communem Providentiam divinam : quæ, cùm nihil negligat in terris, ta les maximè intuetur. legislator noster, pullos quoq; avium ac nidos in tutelâ suâ habet. Sed & præstantissimi supersunt viri quorum tu humanitatem sæpe prædicasti. Supersunt, & hoc loco adsunt Curatores Academiæ, patroni tui nobilissi mi clarissimiq; viri : quibus ocium & libertatem tuam debu isti : Nos Germaniam, Siciliam, Italiam, debemus. qui pro copiis, quas prudentissimè impendunt, pro consilio quo va lent, ne hic quidem defuturi sunt. Si quis honos superest de functis, si quid piæ recordationis alibi relictum est, si contem ptum eruditionis, qui hoc tempore grassatur, cum domesticâ calamitate ac familiari, cum impensâ valetudinis atque ipsa morte, deprecari magna atque illustris virtus potest : flebunt peregrinæ quoque gentes, quarum regna, ditiones, atque im peria, illustri loco posuisti, tantis meritis ac eruditione virum, plurimis ad vitam eguisse, cùm funambuli ac moriones à prin cipibus alantur : equi quoque ac canes, ad virtutis gloriam aut voluptatem saginentur. Audiat Fortuna tamen, magnis ãimis adversa, cũ quâ hactẽus luctat⁹ es. Tu, desertus prope ab eâ ac neglectus, totum terræ orbem, illustrandum tibi pariter ac contemnendum, elegisti. In Europâ, Asiâ, ac Africâ, in quibus dignitates quidam atque honores, opes alii atque au rum, omnibus omissis, consectantur, invenisti dignius quod ageres. Intelligere ipsas ac complecti ratione voluisti. Prin cipes provincias, Germaniam, Siciliam, Italiamq;, ita devin xisti tibi, ut non eos modò qui nunc spiritum in iis ducunt, sed & veteres sciptores, quos tam multa docuisti, laudis tuæ instrumenta atque heroicæ virtutis habeas. Habiturus qui dem, quamdiu erunt homines in terris, qui aut scripta tua le

gent

gent aut illarum positum ac formam, non ex ipsis, quod immensae molis est, sed ab industriâ & curâ tuâ discent. Italiam nos quidem certè, quam, ut alteram pupillam, viris amicissimis in terris commendâsti, tanto studio, labore, diligentiâ ac eruditione, non in ipsa, quam tantopere demeruisti, inter Thybridis amoenitates ac delicias, sed in Bataviâ, supremâ libertatis arce, à se descriptam ac renatam, inter monumenta ejus ac trophaea suspendemus.

SCRIPTA.

Commentarius de tribus Rheni alveis & ostiis, item de quinque populis quondam accolis, scilicet Toxaudris, Batavis, Caninefatibus, Frisiis ac Marsacis: *Lugd. Bat.* 1611. in 4.

Germania antiqua, tabulis Geographicis & Imaginibus exornata: *ibid.* 1616. 1631. in fol. Contracta: *Guelferbyti* 1663. in 4. Germanicè: *Leiden* 1616.

Sicilia antiqua, cum Minoribus Insulis ei adjacentibus. Item Sardinia & Corsica: *ibid.* 1619. 1624 in fol. Contracta. *Guelferb* 1659 in 4.

Italia antiqua tabulis Geographicis illustrata: *ibid.* 1623. in fol. Contracta: *Guelferb.* 1659. in 4. cum Annotationibus Lucae Holstenii: *Romae* 1666 in 8.

Introductio in universam Geographiam tam veterem quàm novam: *Lugd. Bat.* 1524. in 4. *Amsterdam.* 1629. 1637. 1651. 1657. 1659. 1672. in 12. 1665. in 24 *Guelferb.* 1667. in 4. *Paris.* 1635. in 12. *Oxoniae* 1657. in 8. Gallicè: *Paris.* 1648. in 8.

Disquisitio de Francis & Francia. *Paris.* 1636.





ORATIO
In Laudem
CLARISSIMI VIRI
GUILELM
CAMBDENI,
habita
In Regia Academia Oxonienſi,
Die Saturni, ante Comitia 16. Iulij
Anno Dom. 1652.
à
LUDOVICO MOLINÆC
Profeſſore Hiſtoriæ CAMBDE-
NIANO & Medicinæ Doctore.



UM muneris ratio poſtulet (C Auditores.) ut hiſce Comitiis, aliqui hiſtoricum vel ad hiſtoriam pertinei publicè prælegam; fateor me magnitu dine rerum quæ complexu ſuo contine hiſtoria obrui & quæ potiſſimum eju pars,quæ materia,quod ſubjectum hiſto icum,an de ejus dignitate, præſtantia ac utilitate, argument hactenus trito & pene detrito, enarrem quidquam, altern ſententiis & Judiciis aliquandiu hæſerim: tandem in hc ſubſtiti.ut nullam partem hiſtoriæ,nec de hiſtoria ipſa,neve quoquam hiſtorico veteri ſeu ſacro ſeu exotico,ſed de Neote rico unico differerem eoq; viro maximo & incomparabi cujus admirationi ne hoc quidem obſtat quod noſtro ſecu natus ſit,cui orbis Literarius multum debet, multo magis Br tannicus,ſed maximè,alma Academia *Oxonienſis*, cujus cu ego pars ſim & infima & minima, ab eo tamen viro bene cii pars redundet maxima; non poſſum quin pro ſtatio

tatio

atione, quod novit orbis literarum; tota Britannia clamat; Mater Academia *Oxoniensis* sinu suo complectitur, ipse ego experior, tester apud vos, atque grata animi recordatione recolam & effundam: Is de quo loquor est *Guillelmus Cambdenus* Clarencius, Rex fœcialium, Præco famæ, oraculum natalium, armorum sacerdos, stemmatum Hermes, Munificentissimus fundator Professionis historicæ in Illustri Academia *Oxoniensi*; quam professionem *Cambdeno* ipso Authore cum maxima laude primùm sustinuit Clarissimus Decessor meus *Degorem Verus*, à quo secundum, annuente & favente Amplissimo Senatu Academico in me devoluta est, cui etsi imparem me noverim, nec ornatum iis dotibus quæ ad sustinendam tam gravem provinciam requiruntur: hactenus tamen humanitas vestra recreavit me; spemq; dedit fore ut conatus & bene merendi voluntas in solutum acciperetur atque æstimaretur. Porrò quanquam *Cambdenus* virtute simplici potiùs meruit laudem quàm captavit, plusque habuit in recessu quàm fronte, eo tamen rebus humanis exempto, famam & celebritatem nominis sui scriptis luculentis, atque memoriâ probitatis vitæ & modestiæ morum in solido locavit: fuit *Cambdenus* similis Mario, propriæ fortunæ faber; qui minimum Mæcenatibus; plurimum sibi & ingenio debuit; hìc ergo nihil extra *Cambdenum* laudabimus: nam ut ait Seneca, qui genus jactat suum, aliena laudat: quantò obscurior natalibus, tantò nobilior; quia ipse sibi nobilitatem peperit: qui puer inter alumnos hospitii seu xenodochii Ecclesiæ Christi quæ est Londini innutritus fuit; mox Illustrissimis scriptis toti Europæ & magnis nominibus ignobilitatem inseruit: quanquam ut ipse dicit, genus Maternum ducat à nobili familia. Inter plurima scripta, quibus ipse se posteritati commendavit, duo sunt quæ potissimum palmam merentur, hisce enim quantus vir fuit testatum reliquit. Ea sunt Britanniæ descriptio & Annales Angliæ, regnante Serenissima Regina *Elizabetha*: In hisce, quatuor potissimùm elucent, eruditio; veritas, judicium & oratio. Eruditionem viri miraberis potiùs quàm descripseris, eoque magis quia docti characterem dare non alius sit quàm viri docti. Plurimi hodie omne tulisse punctum existimant si in Grammatico pulvere, totam vitam desudaverint, quales sunt nostri Critici, qui putant in syllabarum momentis servari rempublicam, judicia constitui & lites dirimi; qui in Philologis & linguis sunt doctissimi; sed circa rerum cognitionem non perinde diligentes; qui etymon no-

minis aut verbi pluribus linguis dabunt; at vix rem ipsam pa
triâ linguâ pertractabunt: Inde est quod Criticus verbor
suppellectili sit dives; sed ea arte collocandi destitutus, n
quam corpus Theologicum, aut historicum conficiat, Cr
cus dies rerum minutiis verborum conterit: omne genus
brorum omnesque disciplinas evoluit, ut in iis syntaxim, a
vocabula vetustate rancida annotet. Sagacis est industri
in ruspandis antiquitatis ruderibus & eruendis ex multo st
core aliquot micis auri: & mirum ni totum sterquilinium p
auro habeat: Si quid commentatur Criticus, non selecta,
quæcunque novit in unum congerit: rarò institutum per
quitur, aut id agit, ut liber cum titulo concordet; sed passim i
ducta & quasi devia loquitur & evagatur in liberiores egre
sus, ut prope oblitus sit quod maxime scribendum erat, nc
absimilis servo cui per viam subinde interpellato, imperia do
mini sui exciderunt: Criticus mirè sibi plaudit, se suaque
cogitata remandans, cæteros verò præ se contemnit & cens
esse plumbeos & miseros, ut ut viros eruditione conspicuo
sed Theologos, Jurisconsultos & Medicos, qui disciplinas i
corpus, succo suo plenum redegerunt: nominatim Theologo
rum nationi minus æquus est, quòd non biberint ex fonte Cri
ticorum, quin eos nequidem nominis mentione, multò mi
nus honorificâ dignatur; dubium, an potius religionis fastidi
quàm hominum, qui si ad criticam adjunxerunt studium au
professionem Theologicam; tantum decedit de existimatio
ne critici, quantum illi Theologiæ accessit, cujus quidem stu
dium non est Criticorum πρόεργον sed πάρεργον, neq; enin
alia religione tenetur, quàm antiqui alicujus marmoris scri
pturam non temerare. Non desunt alii qui non alium do
ctum censeant præter Philosophum argutū, hominem nemp
acuminis nimis tenuis, ac proinde quod facilè retunditur, &
se sæpe replicatur; quod de Chrysippo affirmat Seneca: ist
usmodi Philosophus versatur circa μετέωρον λεπτολογίαν, &
Instrumentis Philosophiæ moratur, ipsam Philosophiam, v
nunquam attingit, vel commutat in fascem aridarum spin
rum, quæ quaquaversum attrectaveris, pungunt. Exhibet Ph
losophus argutus Philosophiam succo & sanguine suo fraud
tam & exuccam; haud absimilem astaco fluviatili in qu
multum est quod extrices, minimum quod edas; etenim exe
cet Ingenium inter irrita, & otium terit disputationibus nihi
profuturis, quæ ipsa subtilitate tantò sunt magis inutilia
in-

ıe efficacia, quia potiùs docent disputare, quàm vivere. quin
ꞓs maximas & verissimas facit levissimas & perplexas, simi-
ꞓsq; mendacio reddit: tandem nimium altercando, sputan-
.o potiùs quàm disputando, plana nodis nectendo, ambigui-
ate verborum fidem faciendo, subesse fraudem, veritatem a-
nittit: Ejus Sophismata nec ignoranti nocent, nec scientem
uvant: Aristippus subtiliter disputanti dicebat, ego, inquit,
victus discedo jucundiùs, quàm tu victor dormiturus. Istis
absimilis noster Cambdenus omnino vixit; nam etsi in critica
versatissimus fuit in ea tamen non substituit, nec pedem fixit;
in illo mustaceo laureolam quærens; sed per eam, gradum si-
bi præstruxit, ad conficienda opera historica numeris omni-
bus absoluta; longè præstantius esse ducens Architectum esse,
quàm quod Critici faciunt, ligna & lapides semper aptare ad
ædificandum: Ut in criticis memoriam, sic in Philosophicis
judicium exercuit, per ea discens potiùs vivere quàm disputa-
re: finem & fructum Philosophiæ qua imbutus fuit edocent
& vita & viri scripta, quæ testantur, virum sagacitate in per-
vestigando, solertiâ in conjiciendo, judicio in eligendo, me-
moriâ in referendo, lepore in explicando longè instructissi-
mum & eminentissimum: dedit Philosophia literis huma-
nioribus, quibus probè & pulchrè instructus fuit, ne essent nu-
gaces & futiles & circa meras voces occupatæ; illæ vicissim
effecerunt ne Philosophia ejus esset austerior & aridior, & ut
faciliùs se in animos insinuaret. Sic omnium scientiarum,
artium & disciplinarum circulum complexus est noster
Cambdenus, ita tamen ut quod Damascenus requirit in viro
docto, quibusdam studiis se commodaverit, aliis se tradiderit;
exemplo illius qui longum iter emensurus, non nullibi diver-
tit tantùm, alibi debet moram aliquam; quædam loca furti-
vis oculis & in transitu videre satis habet: nonnunquam pau-
lulum excurrit & divagatur; sed emenso excursu, redit in viam
Regiam, domumque ac patrios lares repetit; ea studia sectans,
quibus fiat, melior vel homo, vel civis vel paterfamilias vel
amicus: Id sedulò observavit clarissimus Cambdenus; nam
qui ad eruditionem adipiscendam attulit ingenium & exerci-
tationem, id studii maximè persecutus est, quo peritus esset, re-
rum, exemplorum, & omnis vetustatis; potissimum in Britan-
nia sua illustranda & conficiendo laboriosissimo opere, mirum
& immensum quot scripta patria, Græca, Latina evolverit,
quot Regni commentaria publica, sacra, archiva, Bibliothecæ

urbium & Ecclesiarum tabularia, quot monumenta visenda, scrutanda: quot veteres schedæ excutiendæ. Rem arduam noster perfecit, ut ait Plinius, vetustis novitatem dare, novis authoritatem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, & dubiis fidem. Tantam eruditionem ornabat pietas, integritas morum & summa modestia: qui enim summum obtinet locum in Bibliothecis, ipse se tamen, cum de se loquitur, ad infima Antiquariorum subsellia detrudit; nunquam de se suisq; laboribus nimium magnificè sentit: nullius unquam famam læsit cui modestiæ & animi moderationi, necesse est cedant æquales eius Scaliger & Lipsius, quorum philautia & eruditionis conscientia, quandoque vertigine arcem mentis concutiebat. Scaliger dissidētē in suis difficilibus nugis vocat bestiam, porcum, canem & quid non? eiq; suspendium vel ominatur vel precatur. aliorum παροράματα, portentis & monstris, tartareisque erroribus ex inferno erutis aut à cacodæmone exclusis, accenset. Extat Scaligeri δοκησισοφίας specimen Epistola 442. ad Joh. de Laet, quo non fœdius à quoquam exhibitum. Verba ejus sunt, *Multa passim in textum Evangelicum ab ultima vetustate vitia admissa sunt, quæ nemo præter me indicabit.* Pari typho passim laborat Lipsius Ex. Gr. præfatione ad Lectorē præfixa libro de Amphitheatro: *Non ista, non alia in antiquitate tractare arduum, ad quæ explicanda otium fortasse aut voluntas deesse mihi poterit, nunquam facultas.* in antiquariæ rei studio nō insanivit ut natio solet. Antiquariorū, qui sūt Idololatrę numismatū, imaginū & statuarū suarū, quas nō minùs religiosè asservant, quam si ἱερονιτεῖς: quin in eis magis amant, quod aut vetustate collapsum, mancum & dedolatum, aut carie erosum; integras falsitatis aut novitatis suspectantes: Istiusmodi suscipiunt periculosæ plena aleæ itinera, ut tumulum ex aggestis cadaveribus post solennem aliquam pugnam, uti Pharsalicam conspiciant; aut numismata quorum cælatura pridem attrita est ex subterraneis locis eruant: interviam mirùm ni pecuniam omnem occupent lapidibus magis vetustis quàm pretiosis, scrutis, conchis, Ecmagmatis, simulachris, aposphragmatismis & ejusmodi mercium quisquiliis quas situs & caries & temporis lociq; longinquitas pene, ut loquuntur, sacrosanctas fecit: id hominum perstringit Seneca *Illum tu otiosum vocas, qui majorem dierum partem in æruginosis lamellis consumit.* Sed non in alium finem noster conquisivit ejusmodi rudera & numismata, quam ut probis autho-

thoribus legendis & explicandis facem præferret, maximè, ut, quod in Britannia sua illustranda, ritus antiquos, vestes, coronas, sedilia, triumphos & ejusmodi, ob oculos poneret; Cæterum ut in Britannia ornanda ipse se superasse videtur, ita in texenda *Elizabetha* Reginæ historia docendum aliam manum accessisse, præter, haud dubiò mentem authoris, unde opus fœde com aculatum fuit; quod credibile patratum fuisse ab adulatoribus aulæ Regiæ ægrè ferentibus Regis Matrem, adulterio fœdam, cœde Mariti ream, suis coloribus describi, qualem Augustus Thuanus & Georgius Buchananus fidei integerrimæ scriptores depingunt Mariam Scotorum Reginam: tum quis credat gravissimum authorem, qualis Cambdenus fuit, operi suo intulisse tot actus, scripta, Epistolas, curiæ sancita, quæ mere feminam captivam attinent, quæque librum duplo auctiorem conficiunt, quasi hæc scire populum magni interesset: quid? quod non est credibile Cambdenum Historicum alethotatum voluisse texere Apologiam pro impurissima & sævissima fæmina quam constat, vel fatentibus Aulæ parasitis nupsisse Bothuellio, qui in cædem Mariti Darlæi conspiraverat: etenim in reliquis scriptis Cambdeni, patet eum sine ira & studio locutum, præcipuè in Britanniæ illustratione, nec amore cujusquam aut odio ductum, sed ἀδικάστως, tanquam quispiam nec charitate nec invidiâ sibi cognitus esset. In nostro ut eluxit veritatis studium, dos apprime requisita historiam scribenti, sic maxime valuit oratione ad historiæ compositionem accommodata: nam nec mellifluus Cæsaris stilus, nec lepos Curtii, nec acumen Taciti desunt illi; ita ejus stilus naturali pulchritudine exurgit, sententiarum punctis tanquam luminibus aspergitur, & in animos legentium placidè se demittit. Quid dicam de Munificentia in Illustrissimam hanc Academiam, cùm Historiam professionem, quæ vacabat non tantùm instituit; sed & ei qui munus ejus obiret non pœnitenda stipendia decrevit; nempe apud literarum Parentem, plus valuit amor reipublicæ literariæ, quàm cognatio; plus naturæ similitudo & propensus animus de literis bene merendi, quam legis & consuetudinis sanctio; existimans latius patere officiorum rationem, quàm Juris regulam: Quod si vitæ privatæ genus, si amicitias, si virtutis, & nominis admiratores quos habuit in Europa plurimos, per partes & nominatim recenserem, Scaligerum, Casaubonum, Thuanum, & quos non, Cambdeni nostri æquales; ante deficeret tempus, quàm diffe-

rendi seges & argumentum, & de Cambdeni vita minus volumen ederem, quàm id quod Gassendus de Peireskio composuit, qu quidem Peireskius imprimis coluit Cambdenum: ut enim referente Gassendo cùm primùm Peireskius appulit in Angliam, & postquam præeunte Oratore Regem *Iacobum* salutavit, nihil prius habuit quàm Guillelmum Cambdenum invisere, apud quem cùm sermo incidisset de antiquitate Britannicæ linguæ, in sententiam Cambdeni deductus est, Gallos & Britannos eâdem primitus linguâ usos fuisse; quod quidem solidis rationibus probavit Cambdenus in Britannia sua, eique suum calculum posuit Amitinus meus vir longè doctissimus Samuel Bochartus in sua Geographia sacra. Porrò in hostimentum, Cambdenus Peireskium observavit, maximi fecit, eumque, notis ad Britannorum numismata, vocat Juvenem Nobilissimum, & in re nummorum antiquaria longè doctissimum & perspicacissimum, cui se debere dicit exhibitionem variorum numismatum ex auro, argento, ex altera parte concava erant, alia sine literis, alia literis graphicè inscripta, eaque in hac Insula effossa Hac eruditione, hisce moribus, ut non loquar de honore Regis Fœcialium, quo ornatus fuit, monumentum sibi struxit diutiùs mansurum in animis hominum, quàm splendidum sepulchrum memoriæ viri ædificatum, apud Westmonasterienses; nam illud nulla oblivio delebit: hoc verò jam deformatum, & dedolatum est à fæce plebis, à qua nihil sanctum & tutum est: verùm Magnorum virorum, non trabibus aut saxis nomen inciditur, sed Monumentis æternæ laudis. Agite ergo quotquot estis boni, Philomathes, nomen Alumni vestri gratâ memoriâ recolite; virtutes hominis, studia, vitæ genus, mores imitamini; scripta quæ edidit assiduâ manu evolvite: sic defuncti memoriam veneramini, ut omnia dicta factaq; ejus ad praxim reducatis, atq; famam figuramq; animi & morum (ut Tacitus de Agricola dicebat) magis quā corporis complectimini, ut si minùs imitatione tanti viri, præstantiam, certè voluntate proximè accedatis.

DIXI.

Ad

Ad G. CAMDENUM, Magnæ Britanniæ illustratorem maximum.

Insula pene suis oblivifcenda Britannis,
Mox in lethaos præcipitanda lacus.
Hoc tibi quod superest, CAMDENE, Britannia debet:
Tu quoq; dum superest illa, superstes eris.

JOAN. OVVENUS.

IN EJUSDEM EFFIGIEM.

Dum laus Britannis Sarta mansura est, manet
Æterna CAMDENI BRITANNIA *in libris.*

GVILIELMI CAMBDENI Encomiasticon.

Qui juvenes aliquando doces, quô Græca solebant
Verbula proferri, quoq; Latina, modò:
Ipse idem, evolvens Archiva recondita Regum,
Quo voluere modo sceptra movere, doces.
Antiquæ Britonum scrutator originis, olim
Quos habuit populos terra Britanna, refers:
Quosq; eadem obtinuit te conspiciente triumphos,
Inclyta dum recitas Principis acta tua.
Scilicet, ut summi Fecialis munere fungi
Possis, & instituas ordine quæq; suo:
Quæ fuerant, primò, gentis fundamina, pandis;
Quò, tandem, evasit Gloria summa, doces.
Cavisti tandem, tot Conditor Historiarum,
Te moriente simul ne ruat Historia.

J. WALLIS.

EPITAPHIUM.

Londini, in Templo West-Münsteriano, ad latus maximi virorum, Isaaci Casauboni, positum.

QUI. FIDE. ANTIQUA. ET. OPERA. ASSIDUA.
BRITANNICAM. ANTIQUITATEM. INDAGAVIT.

SIMPLICITATEM. INNATAM.
HONESTIS. STUDIIS. EXCOLUIT.
ANIMI. SOLERTIAM. CANDORE. ILLUSTRAVIT.
GVILHELMVS. CAMDENVS.
AB. ELISABETHA. REGINA.
AD. REGIS. ARMORUM. (CLARENII. TITULO.)
DIGNITATEM. EVOCATUS.
HIC. SPE. CERTA. RESURGENDI.
IN. CHRISTO. S. E.
OBIIT. ANNO. MDC XXIII. DIE. IX. NOVEMB.
ÆTATIS. SUÆ. LXXIV.

SCRIPTA.

Britannia, sive florentissimorum regnorum Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Insularumq; adjacentium descriptio Chorographica: *Londini* 1586. in 8. *Francof.* 1590. 1616. in 8. *Amsterod* 1617. in 8. 1639. in 12. *Lugd. Bat* 1625. 1639. in 8. &c. sed præcipuè spectabilis est eruditio, quæ cum Tabulis Chorographicis prodiit 1607. in fol. uti scribit Philippus Labbe in Bibliotheca Bibliothecarum p. 253. In Epitomen contracta est à Regnero Vitellio: *Amsterod.* 1616. in 8. Anglicè edita *Lond* 1610. in fol.

Historia Anglica, Hibernica Normannica, Cambrica, à Veteribus scripta, ex Bibliotheca G. Camdeni: *Francof.* 1602. in fol.

Reges, Reginæ, Nobiles, & in Ecclesiâ B. Petri Westmonasterii sepulti, usq; ad annum 1606. unà cum ejusdem Ecclesiç fundatione: *Lond.* 1606. in 4.

Actio in Henricum Carnetum Societatis Jesuiticæ in Anglia superiorem, & cæteros, qui proditione longè immanissimâ Serenissimum Britanniæ Magnæ Regem, & Regni Angliæ Ordines, pulvere fulminali è medio tollere conjurarunt, Latinè versa: *Lond.* 1607. in 4.

Annales rerum Anglicarum & Hybernicarum, regnante Elisabethâ: *Londini* 1615. in fol. *Francof.* 1616. in 8. *Lugd. Batav.* 1625. 1639. in 8.

Institutio Grammatices Græcæ.: in 8. *Francof.* in 8. *Han.* 1624. in 8.

De ratione & methodo legendi Historias: *Lond.* 1623. in 8.

Elogia Anglorum *ibid.* 1653. in 8.

GERAR-



GERARDI JOANNIS VOSSII ORATIO

In obitum

Clarissimi ac Præstantissimi Viri,

THOMÆ ERPENII,

Orientalium linguarum in Academia Leidensi Professoris. Habita statim ab exequiis in auditorio Theologico, XIII. Nov. An. CIↃ IↃ CXXIV.



SI antehac unquam, nunc profectò in hoc publico luctu,& privato meo,quæ ornatissimo hoc consessu, & lectissimorum hominum frequentiâ,digna sint, nec eloqui satis possum. Tantus jam diu animum mæror invasit; priorique iterum atq; iterum novus accedit dolor. Quàm pauculi enim dies sunt, quòd ademptus nobis fuit vir maximus,medicinæ columen, Ælius Everardus Vorstius: cujus de egregiis laudibus, quatenus orationis se penicillo finerent depingi, præclarè hoc ipsò ex loco dicentem audiistis doctissimum & disertissimum Jurisconsultorum, Petrum Cunæum, Senatus Academici præsidem. Lugebam tum ego, partim triste damnum, quod interiores literæ, ac imprimis medicina fecisset: partim etiam infelicitatem meam. Desiderabam enim non modò amicissimum virum, & collegam conjunctissimum: sed eum præterea, quo, post Deum immortalem,corpusculi hujus,familiæque meæ, valetudo ac salus annos jam multos niteretur. Atq; eò acerbior hic mihi casus fuit,quòd eodem,ut meministis,tempore amisissem nobilem & constantissimæ pietatis virum, Joannem Casimirum Junium, Francisci filium. Jam ille exquisitam tot linguarum notitiam adeptus erat,non illarum modò, quas peregrina-

grinando & illiterati addiscunt; sed etiam, quos docti filii vindicant, Hebrææ imprimis: jamq; absolverat disciplinarum orbem: jamdiu assiduus fuerat in cognoscendis religionis controversiis; nec pauciora in iis, quàm mathesi, & re militari, literis signârat: in bello autem, tum industriâ in negotio, tum fortitudine in periculis, ita præiverat militi; ut non disciplinam modò, sed exemplum etiam à se peti juberet. Post tot, tantaq;, dum jussu illustrissimi Arausionensium principis, Bredam, quam hostis obsideret, cum manu ea, quam duceret, plenus animorum tendit; nec pestilenti sidere terretur, quo minus militem suum contagio adflatum solatio, & auxilio, coram juvet: ipse in morbum incidit, quo paucos intra dies (heu fallaces spes, atque incertas!) absumtus fuit. Ita ereptus misero mihi est affinis optimus, & quondam studiorum comes; conjugi meæ frater carissimus; avunculus liberis meis dulcissimis. His obrutus malis, remedium non aliunde magis, quàm à studiis, poscebam: atq;, ut corpus animo, ita animum sustentabam meliorum spe. Sed Deus, iratus peccatis nostris, accumulare mala malis non cessat. Itaque, qui gemino ante luctu tantopere premebar; novo nunc dolore percellor, amisso collega clarissimo, incomparabili viro, Thoma Erpenio: quem nudius tertius, heu miseri, amisimus, ac nunc terræ gremio mandavimus. Quod cùm cogito, atque adeò effari apud vos cogor, tantus iterum, & animum mœror, & corpus languor occupat, ut membra ipsa vix officium faciant. Nec patiar tamen, ab amplissimo Senatu nostro, qui hanc mihi provinciam imposuit, requiri ultimum à me honestæ voluntatis officium erga eum, quem non modò plurimum semper dilexi; sed etiam observavi, & colui; ut eximia viri tanti virtus merebatur. Faciamq; hoc eo lubentiùs, quod officium istud erga defunctos, non Deo solùm gratissimum esse confidam; sed ipsi etiam utile dicenti: quandoquidem ita plurimùm usu venit, ut doluisse sit solatium doloris. Neque fore ignoro, ut oratio hæc mea, hominis in dicendo non admodum exercitati, ac nunc etiam mœrore præpediti, ad excellentes ejus viri laudes minimè adsurgat. Sed consolatur me non mediocriter, tum prudentia vestra, quę in hac temporis ad præparandum brevitate, non sinit vos magna à me exspectare: tum illud etiam, quòd non solùm mei similis oratio, sed diserti etiam hominis, inopiam nũc suam proderet in eximiis ejus virtutibus, meritisq; prædicandis. Quoniam autem ex infinitis illis multa adeò animo etiam mœrenti se offerunt, ut horæ intra spatium vix percurri à me possint universa

ver-

versa: nolo exigui temporis decerpere quicquam commemorandis iis,quæ ad institutum parum faciunt: sed,his prætetitis,in eo totus versabor,ut quia pulcrum est bonis nasci; præstantius multò, honestè vitam degere, beneq; de seculis omnibus mereri: beatissimum autem, piè sanctèq; terris excedere: eò omnes intelligatis,Erpenium nostrum,nec in primo infelicem: & in proximo felicitate cum præstantissimis seculi viris certantem: & in præclarissimo verè beatissimum, nullo certè inferiorem,fuisse.

Ut igitur ab incunabulis ipsis ordiamur, pater Thomæ nostro Erpenio fuit vir ornatissimus,Getardus Joannis ab Erpe: mater,lectissima femina,Beattix de Bye; honestâ uterque familiâ ex nobili Brabantiæ oppido, cui Sylva Ducis, nomen dedit. Ubi diu inter suos vixere,summis pariter atque infimis grati acceptique. Sed,cùm sinceriori omnia religioni postponerent,sponte solum vertentes,in Zelandiam concesserunt:indeque sedem in Batavia Gorcomi fixere. Atque hic natus Erpenius noster fuit, paullò ante primam nocturnam III. Eid. Septemb. anni illius,non Academiæ modò, sed fœderatæ toti Belgiæ funestissimi, millesimi quingentesimi octogesimi quarti, quo illustrissimus Arausionensium Princeps, Guilielmus Nassovius, pater patriæ & Academiæ hujus conditor,nefariâ cæde interemtus erat,bimestri dieque nõ amplius uno ante natalem lætissimum Erpenii nostri. In puero statim ex adspectu ipso præclara indoles eluxit: satisque apparuit, quantopere sciti corporis decorem, quo præditus erat, pulchrior longè anima exsuperaret. Mores enim compositi erant,& suaves,ut facilè omnes in sui amorem pelliceret. Ingenium felix non modò ad aliquid capiendum; sed etiam reservandum. His impulsus parens,non ille literatus quidem; sed qui literas tamen & literatos,magno in pretio haberet,filiolum,cùm jam annum ageret decimum,studiorum causâ Lugdunum Batavorum misit. Ubi ille prima tunc Musarum elementa imbibit. Sed anno proximo in Zelandiam cum parentibus Middelburgum migravit. Anno ætatis duodecimo repetiit Lugdunum, ut uberius è reconditis atque abditis literarum fontibus hauriret. Quod eâ in ætatula feliciter adeò præstitit, ut, quibus imbueretur à magistris, ea non primitus cognoscere; sed,ex Platõis scito,reminisci potiùs videretur.Itaq; ex herbescenti illa Segete jam tum certissimam omnes conjecturam capiebant messis futuræ.

An-

Annos natus duodeviginti, Kalendis Octobris, eorum in numerum relatus fuit, qui Academiæ nomen dedissent. Jam viros clarissimos de rebus gravissimis differentes publicè audiebat: privatim etiam versabat maximi nominis scriptores: cùm, ecce, sæva quędam, licèt occultior, oborta est procella. Nā cum plerosq; adolescentes nimia ingenii fiducia moretur, quò minus ad summa pertingant: Erpenium nostrum ita vitium contrarium penè vadis illisit, ut parum abesset, quin studiorum frangeret ratem. Quippe, & naturâ ita factus, & ita à suis edoctus, ut de seipso quàm modestissimè sentiret: nimiâ sui ignoratione usque adeò diffidere sibi cæpit, ut neutiquam in animum inducere sustineret, eum se esse, qui ingenii sui navigio feliciter transmittere posset vastum illum tot linguarum, & scientiarum, Oceanum. Ita affectus, non mediocriter remittere incipiebat a pristino studiorum ardore: nec impensius quicquam desiderabat, quàm ut industriam suam à studiis aliò sibi traducere liceret. Sed mentem hanc suam explicare optimo parenti metuebat. Acutiori enim ingenii acie erat, quàm ut nō perspiceret, eum mirum in modum animo commotum iri: ut à quo sese, ex quo vitæ limen attigisset, studiis sciret destinatum: & sæpe audierat, hanc post pietatem Christianam, peræ votorum summam ei esse, ut filius, si non ad supremum doctrinæ gradum perveniret (nec dum enim sperare tantum audebat) at saltem longiùs paullò collocaretur extra vulgares illas animas, quæ in spissis inscitiæ tenebris miserè jacerent. Dū adolescens ita dubius animi hæret: nec lubricæ cogitationis exitum potest invenire: inopinanti in manus Fortii Ringelbergii de Ratione studiorum liber. Cujus ut gustum cepit, sic ei movit salivam, ut nec ante deponendum putârit, quàm totum devorâsset, atque adeò in sanguinem succumq; vertisset. Fidē exsuperare videtur, quantopere tum ab tristi illa sententia recesserit, quam de literis conceperat priùs. Nihil enim illi jam præter doctrinarum studia placere: ea planè ex Sapientum consilio instituere: Semper aliquid meditari, vel, occasione oblatâ, ad ea, quæ percepisset, aliis aperire viam. Quid multis opus? Etsi ingenium sibi non tribueret, quod habebat: tamen, industriâ post Deum confisus, rationis disciplinam, qua in rerū cognitiōe dirigitur mēs nostra, perfectissimè discebat: ab hujus vestibulo ad sapiētiæ prudētięq; sacraria perductus, sagacissimè scrutabatur arcāa naturæ: cœli mensuras colligebat morū scientiâ, civiliq; doctrinâ, non leviter se tingebat, sed penitus

im-

imbuebat: eorum deniq; quæ Metaphysica appellantur, amore tanto flagrabat, ut non contentus summo sapiendi magistro Aristotele, ejusq; interpretibus, Aphrosidiensi, Philopono, Syriano, Averroë, Aquinate, Fonseca, aliis: etiam ingentes illos Suarezij commentarios à capite pellegeret ad calcem; imò, ubi opus, iteraret, tertiaret; vastumque illud volumen ita tandem animo inscriberet penitissimo, ut annis etiam multis post curriculum Philosophiæ decursum, cùm jam aliis studiis vehementiùs incumberet, veritus non sit dicere amicis (nihil autem minus, quàm Suffenus aliquis, suique jactator erat) vix magni hujus operis paginam esse ullam, cujus non ordine argumentum omne, & quicquid memorabile foret, exactè adhuc calleret, specimenque dare paratus semper foret. Itaque, si quis alius, hic profectò, maximo Senatus Academici consensu, jureque optimo, summâ Philosophiæ laureâ ornatus fuit: quod anno contigit CIƆ IƆ CVIII. VIII. Eid. Jul. inaugurante eum in hoc honore, mathematico eximio Rudolpho Snellio.

Cùm autem Philosophiæ præcepta in ore duntaxat innatare soleant juventuti: Erpenius noster in hoc omnis erat, ut illa etiam vitâ suâ exprimeret. Non herus quisquam in famulitium plus imperii sibi vindicabat, quàm ille in corpus suum, nec æquior populi arbiter, quàm ille adolescentiæ suæ censor erat.

Neque literarum & Philosophiæ studio contentus fuit: sed, majori quodam numinis adflatu, ad eam quoque scientiam, quæ cælestes nobis thesauros recludit (Helicem illam, & Cynosuram, Theologiam, dico: illam omnium artium dominam) animum appulit. Et, quanto divina humanis antistant, tanto ille ardentius hic cogitationes, & industriam suam collocabat. Sed ardorem eum postea, ut sic dixerim sufflaminarunt infausta certamina, quæ inter Theologiæ doctores in hac ipsa Academia oborta erant. Itaque, etsi tum etiam eo studio, quo non aliud nos arctius Deo devincit, Summopere caperetur: nihilominus, Josephi Scaligeri, eruditorum principis, hortatu, Orientalibus simul linguis operam navabat. Ita accidit temporum infelicitate, ut præclarum illud ingenium ad hæc studia feliciter se applicaret.

Quamquam autem minimè ignoraret eximia Bataviæ suæ bona: tamen, quia non ita agitur cum rebus humanis, ut una tellus præclara omnia ingenia includat: exteras etiam visere Acade-

Academias statuit. Lugduno abeuntem hujusmodi elogio magnus Scaliger prosequebatur: quod ex ipsius heroïs manu nunc legimus vobis: *Thomas Erpenius Hollandus, id meritis suis consecutus est, ut non solùm ab omnibus doctis amari! sed etiam ab illis commendari dignus sit. Tantos enim progressus in humanioribus literis fecit, ut nihil ei desit, præter eos, qui ejus virtutes æquè, ac nos, perspectas habeant. Itaq; nos, qui & illarum testes sumus, & omnibus notas esse volumus, rogamus omnes, qui hoc chyrographum nostrum viderint, ut eum talem credant, qualem hoc scripto designavimus: ut, cùm ejus virtutes noverint, eâdem operâ & fidem nostram noverint. Ita testamur. Datum Lugduni Batavorum V. Eid. Quinctiles* CIƆ IƆ CVIII.

Ac primùm iter suscepit in Britanniam, quam quinquennio etiam antè adierat. Sed judicio nunc, doctrinaq; firmatior, non tam capiebatur vario illo, amænoq; adspectu, qui sponte se oculis ingerit: quàm in eo totus erat, ut disceret florentissimæ gentis ingenia, instituta ac mores: quæ res prudentiam mirificè acuit atq; ornat simul. ut scientiam augeret, Cantabrigiensem accessit, & Oxoniensem Academiam. Et, quod non minimâ in felicitatis suæ parte ponere solet, amicitiam Londini iniit cum Gulielmo Bedvvello, viro longè doctissimo, atque Orientalium linguarum peritissimo qui Erpenium ad easdem porrò excolendas plurimùm adhortabatur.

Hinc Lutetiam Parisiorum profectus fuit; ubi nihil ei priùs vel antiquius erat, quàm ne indignus videretur amicitiâ, viri nunquam satis laudati, Isaaci Casauboni. Ei sine fuco, & more majorum, exposuit omnem studiorum suorum rationem; interq; alia adjecit, ut decretum haberet, Constantinopolin ire, partim quò felicius Orientales addisceret linguas: partim ut faciliùs codices proposito suo utiles compararet. Magnus Casaubonus, quo non alter earundem magis amore linguarum accensus erat, ut similis animi adolescentem cognovit, tantopere eum complectebatur, ut quicquid possideret ex librariis Arabum gazis (quod luculentum sanè erat) hoc omne juberet usibus inservire Erpenii nostri. Quod quidem beneficium hunc usque adeò lætitiâ perfudit, ut beatiorem já se vivere putaret neminem. Mox etiam bella se occasio obtulit multa Arabum monumenta emendi de Medico regio. Quæ postquam magno comparâsset, cupiditate tenebatur in-

insatiabili fruendi hoc thesauro. Utraq; hac occasione annum etiam integrum substitit Lutetiæ. Interea verò temporis præceptorem ibi nanciscitur Josephum Barbatum Jacobitam, domo Ægyptium, virum, qui Latinas quidem literas à limine vix salutasset: sed cujus operam in addiscendâ Arabum linguâ minimè in postremis haberet. Hoc magistro, & imprimis, studiis, privatis, tantũ Erpenius assecutus fuit, ut Casaubonus, quẽ prius discipulum eum doctorem jam suum agnosceret. Atque ab eo tempore, nec rogare Erpenium destitit, ut quia incomparabilis vir, Josephus Scaliger, ex Arabum proverbiis partem jam bonam, & Latinè transtulisset, & illustrasset notis: eò egregium illud opus perducere ipse ad umbilicum vellet. Hic Erpenius prædicare divinum Scaligeri ingenium, doctrinamq; humanâ penè majorem; rudiorem etiam se profiteri pictorem, quàm ut Veneri ab Apelle inchoatæ admovere manum ausus esset. Sed vehementius tum instare vir magnus; certòq; spondere, rem exitum eum habituram, quem uterque optaret. Tandem noster ille victas manus dedit: periculumq; se facturum recepit. Hoc animo ille Lutetiam reliquit, dolorem tum suum & ore, & calamo, testante Casaubono. Nec paucula ex ipsa Casauboni manu recitare vobis pigebit: *Doctissime καὶ εὐσεβέστατε Erpeni, invitus, nec sine magnâ studiorum meorum jacturâ, qua multum tibi debent, dimitto; Deum optimum maximum toto pectoris affectu orans, ac porrò etiam oraturus, ut te servet, & tuis studiis benedicat.* Γένοιτο γένοιτο. *Lutetiæ Parisiorum, anno Dom.* XVII. Kal. *Decembris.* CIↃIↃ CIX.

Inde VI. Kal. Decembris in Academiam venit Salmuriensem. Ea tum temporis auspiciis florebat illustris viri, Philippi Mornæi, Plessiaci Domini. Qui simulac vidit adolescentem, tam rarâ linguarum peritiâ instructum, tot aliis animi dotibus ornatum; non amore ejus solùm, sed admiratione etiam captus fuit: facilemq; ei, quando, & quoties luberet, aditum ad se dedit: quam potestatem is, qui tot & tanta negotia sustineret, vix uni & alteri permittebat.

Hebraicas tum temporis literas publicè ibidem docebat Philippus Bignoræus, natione Aremoricus; quo præceptore, linguæ ejus elementa se hausisse in vita sua profitetur clarissimus Theologus, beatæ memoriæ socer meus, Franciscus Junius. Sed ubi Erpenii nomen ad aures studiosæ venit juventutis, institutionem Bignoræi, veterani doctoris, sed fortasse senio jam fatiscentis, privatæ adolescentis operæ longissimè posthabuit.

Ibidem promissi, quod Lutetiæ dederat, memor, obscuriora

Arabum proverbia vertere atq; exponere, aggressus fuit: partemq; laboris sui ad Casaubonum transmisit. Difficile dictu est, quantum inde gaudium vir maximus perceperit. Itaque nec continere se potuit, quin in præfatione eâ, quam postumis Scaligeri opusculis adhibuit, publicè testificaretur, *quæ Scaliger morte præventus præstare non potuisset, ea, hortatu suo, recepisse Thomam Erpenium, cùm aliarum linguarum, & philosophiæ callentem juvenem: tum Arabismi, & grammaticarum ejus linguæ observationum, mirificè curiosum & intelligentem.* Literis etiam Salmurium datis, explanatiùs hunc animum suum expressit: ut quibus fateatur, ita se hoc specimine capi, ut reliqui operis desiderio (verba ejus usurpando) propè jam contabesceret: & quia præfatione, cujus antè meminimus, & se, & ipsum, publico obnoxios fecisset, officii ejus esse, quò fidem utriusq; liberaret, translatiōe, atque observationibus suis, beare orbem literatum. His concitatus Erpenius, non cætera solùm vertit; sed illa etiam correxit, ubi Scaliger, seu exemplaris vitio, seu nimium properando, humanitus aliquid passus foret. Casaubonus verò, qui incredibilem ex eo voluptatem capiebat, cessandum minimè putavit, donec ad editionem eorum Erpenium perpulisset. Sed cùm typorum penuriâ in regionibus exteris maximum instituto huic pulcherrimo objiceretur impedimentum: dilatum est negotium, donec, in patriam redux, Raphelengii ea typis divulgaret, operamq; hanc suam ipsi dicaret Casaubono, paullò antequam maximus ille vir in Anglia decederet: qui quàm gratum acceptumq; id munus habuerit, non unis testatus est literis, quæ jam lucem viderunt Mense undecimo, ex quo Salmurium venerat Lutetiam reversus est, V. Eid. Octobris anno CIↃIↃCX. O quàm gratus ille ejus reditus magno fuit Casaubono! quàm Stephano Huberto, medico regis Charissimi, & linguæ Arabicæ professori in Academia Parisiensi! quàm item aliis multis! apud quos tanto majori tunc in honore erat, quanto, ab adventu priori, celebratior jam erat doctrinæ suæ fama. Neque aliud posthac æquè obstabat studiorum ardori, quàm dulces amici, & nonnulli assidui horum comites amicitiam ejus quotidiè præstantes: quorum utriq; salutatione & alloquiis suis, bonas sibi horas, ut fieri solet, vindicabant. His igitur ut sese subduceret, ad primum ab urbe lapidem; juxta Matronæ confluentem, mensium aliquot secessum quæsivit. Ibi ut totus repentè factus est suus, Lexicon Arabicum, quod anno præcedente insigni ce-

pe-

perat artificio contexere, maximâ vocum accessione ditavit. Nec eo contentus, hujus linguæ artem, quæ difficillima semper habita fuit, præceptis quibusdam, hortante etiam Casaubono, felicissimè conclusit.

Hinc, præcipiti autumno añi CIƆ IƆ CXI. iter instituit in illam terrarum quondam imperatricem, Italiam. Juvit eum solum calcare, pressum olim inclitis viris, quorum vel libros, vel gesta legisset. Nec delectatio ea intra studium constitit antiquitatis. Quàm enim lubens conspexit multos præstantissimos viros! quantæ etiam voluptati iisdem Erpenii nostri adspectus fuit! præsertim autem Orientalium linguarum gnaris quos facilè rapuit in admirationem sui. Bibliothecas etiam illustriores ibidem vidit, & excussit: Mediolanensem imprimis ac Venetam. Quodq; familiam ducit, Venetiis assiduè contulit cum Judæis & Muhammetanis: ac, quo plura ab his disceret, tantò avidiùs cætera concupiscebat. Itaq; his magistris (ô pulcram animam:) etiam Turcicæ, Persicæ, & Æthiopicæ linguæ, notitiam acquisivit.

Hinc in Helvetiã se contulit: ubi multos reperit, ut integros honestosq;, ita præstantis eruditionis viros: sed nullius ei jucundior amicitia fuit, quàm Viri clarissimi, Joannis Buxtorfii; quo Hebraicarum literarum intelligentiorem, magisq; in Rabbinicis & Talmudicis exercitatum, Europa habet neminem.

Mox varias Germãiæ Academias, ac bibliothecas, lustravit; Heidelbergensem potissimum: eaq; in urbe & amicitiam junxit cum summo viro, Jano Grutero, jurisconsulto: cujus inter laudes eximias non minimum ea locum meretur, quod nullus hoc viro, nec diffitente invidiâ, præclariùs sit meritus de tot scriptoribus Romanis.

Atq; hujusmodi domi forisq; vitæ Erpenianę sementis fuit. In qua non obscurè lucnlentę spem messis videmus. Deinceps, ne exspectationem de se conceptam eluderet; vel fructum ejus diutiùs invideret suis: Rheno flumine in Bataviam rediit, IV. Nonas Julii anno CIƆ IƆ CXII.

Nec nomẽ illud longè lateque resonans solâ in patriâ latere diu potuit. Itaq; anno proximo IV. Eid. Febr. ab nobilissimis & amplissimis viris, quibus Academiæ hujus cura incumberet, Arabicę aliarumq; linguarum Orientalium, unâ exceptâ

Hebrææ,quæ publicè jam doctorem suum agnoscebat, maximo omnium creatus professor fuit. Atque eo in munere præclarè adeò se gessit, ut, licèt mediocre nihil de eo speraretur, opinionem tamen omnium longissimè vinceret. Nimirum Suada quædam insidebat viri illius labris; quæ sic orationem temperabat, ut non solùm, quę tetrica viderentur, perspicuè tractaret; sed auditorum etiam animos incredibili quadam perfunderet voluptate.

Inter discipulos eos, quos & multos habuit, & præstantes, est nobilissimus Alexander à Capelle, inclyti viri, Gerlaci à Capelle, Cancellarii Geldriæ, proles dignissima. Cujus singulare ingenium & incredibilem industriam, æstimare ex eo licet quòd, qui historiæ, civili prudentiæ, & juris studio, sedulò se dedisset, ea minimè remittens, sanè non intermittens, horis subsecivis, idq; quatuor, vel circiter, mensibus, tantam Arabicarum literarum notitiam comparârit: ut non modò, citra vocalium quas vocant, opem, cuncta lectitaret: sed quæcunq; communi gentis ejus linguâ prodita essent, optimè intelligeret, belleq; interpretaretur. Etiam inter egregias animas, quæ ex Erpeniano gymnasio, velut ex equo Trojano, prodierunt, est vir præstantissimus, Constantinus L' Empereur, qui illustri in Hardevvicensium gymnasio magnâ cum laude, & S. Theologiam, & Hebræam profitetur linguam. Est etiam raræ eruditionis vir, Sixtinus ab Amama, qui Franekerana in Academia luculentè eandem tradit linguam scriptisque pereruditis præclarè meretur de literis sacris. Est summi parentis laudatissimus filius, Adolphus Vorstius, vir variâ eruditione egregiè instructus, & medicinę in Academia hac professor. Est is, quem virtutis magis, quàm affinitatis ergò, amo & æstimo, Joannes Brunæus, Jurisconsultus; nec sacrarum minùs literarum, quàm juris sui gnarus; qui cum Musâ Belgicâ, tum imprimis iis, quę de sacro Hebręorum fonte optimâ fide transtulit, magis & magis inclarescit. Est Jacobus Golius, matheseos ac totius philosophiæ, & medicæ simul artis peritissimus: qui itinere, cum illustrium DD. Ordinum legato, in Mauritaniam suscepto, partim colloquendo cum eruditissimis regni Marocensis viris; partim versando ejus gentis codices terris nostris ignotos; quá hic linguæ Arabicæ scientiam nactus erat, immane quantum adauxit: quo de viro quàm præclarè doctor ipse Erpenius judicârit, non alius meliùs, quàm egregius, & diffusissimæ lectionis Theologus, Antonius Tysius, testabitur. Quid commemorem Guilielmum Merulam, clarissimi Academiæ hujus

quon-

quondam luminis, Paulli Merulæ, filium? qui cùm magnos jam hîc in Hebræis & Arabicis progressus fecisset, Constantinopolim adiit, ac quadriennio, Persicam, Medicam & Turcicam linguam, exactè didicit: Avicennæ libros quatuor ex Arabicis, quædam ex Persicis, alia ex aliâ Orientis linguâ vertit: Alcoranum præterea cum variis codicibus contulit, qui ab optima matre adservatur: magnumq; orbi Christiano virum, & perutilem patriæ civem daturus erat, nisi eum jam reducem in flore juventutis meliores in sedes fata transtulissent. Quid item referam Samuelem Bocchartum, & Samuelem Evervvinum, doctissimos viros, illum Codomensis, hunc Ecclesiæ Goudanæ Pastorem? quid eruditissimum Jacobum Beecmannum, moderatorem gymnasii ea in urbe, quæ ingentem Erasmum orbi terrarum dedit? Quid Jacobum Verburchum I.C. Joannem Brosterhusium, Lugd. Batavos, & Bartholomæum Cornelii WouvviumHagensem, juvenes multijugâ doctrinâ ornatissimos? Quid acutissimum Guilielmum Nieuportium, liberalium artium ac philosophiæ doctorem? Quid Hadrianum Junium Ultrajectinum, magnæ eruditionis, longeq; majoris exspectationis juvenem? Quid Thomam Perierium Parisiensem, qui quantos in Arabica lingua progressus fecerit, locuples ejus linguæ Lexicon, quod scripsit, argumento est, Qui ut omnia se Erpenio debere profitetur, ita ei potissimùm operam locabat corrigendo, quæ Arabicè excuderentur: subindo alios etiam ea in lingua instruebat. Quid tot alios narrem, qui in hac Belgica, Gallia, Germania, terris aliis, vel præcellentis doctrinæ viros, vel summæ spei adolescentes? quorum licèt non pauci animo obversentur mea: prudens tamen præterire malo: ne, si omnes eximii nominis anxiè consecter, contemnere videar cæteros; quorum nec vos me, in hac temporis angustia, inire numerum velitis, si possim; nec in tanta copia possim, ut vos maximè velletis.

At quanta ad hos accessio fieret, si eos etiam accensere animus sit, quos Hebræis instituit literis! Quod privatim ab eo primùm fiebat uti & postea in Græcis. Nec propterea ejus rei gloria se continebat intra parietes istos, quibus vox personuerat: sed quos ab ore suo suspensos tenuerat domi, eos foris habuit (etsi id minimè spectâsset) exquisitissimę doctrinæ, summæq; industriæ, præcones ac testes. Itaq; anno CIↃ IↃCXIX. cùm nobilissimi Academiæ Curatores consilium caperent de novo Hebraicæ linguæ, eoq; publico doctore; non alius æquè idoneus visus fuit, quàm Erpenius noster. Geminam

ab eo tempore provinciam sustinens, matutinis quidem horis Arabicè, ut antè: pomeridiānis autem, quibus Theologiæ Candidati minus destinentur, Hebraicè docebat: idq; tanto concursu, quasi Palladium aliquod cœlitus decidisset. Nec contentus tot annis fuit, quam nactus erat Spartam, vivâ voce exornare. Vix enim profiteri linguas cœperat, cùm ita secum cogitaret, vocem, ad paucos dimanare; libros longè lateq; diffundi. Itaq; in animum induxit, ea in lucem dare, quæ suo sibi ingenio ac labore peperisset: nec ea tantùm, sed veterum etiam monumenta, quæ inedita hactenus conquisisset ingenti pretio. Sed egregium hoc ejus consilium morabatur, quod Clarissimæ etiam officinæ destituerentur typis, quibus excudi ea oporteret. Quin Romæ jam frigebat prælum Medicæum: nec ultrà satisfaciebat magnificæ exspectationi, quàm concitâsset. Aliunde autem vix aliquid ullius momenti in Arabicis; in Persicis verò, ac Turcicis, nihil omninò prodibat. Quare diu, quid ageret, incertus, tandem pro summo erga orbem Christianum, amore, sumtuum magnitudine minimè territus, typographiam (ut in re nova novo nomine vocamus) instituit, idq; linguâ non una: sed Arabicâ, Hebraicâ, Syriacâ, Chaldaicâ, Æthiopicâ, Persicâ & Turcicâ. Atq; ad heroïcum hoc facinus stimulos sibi additos esse fatebatur ab nobilissimo & clarissimo viro, Francisco Savario de Breves, regi Christianissimo à Consiliis, ejusq; prius Constantinopoli, postea Romæ oratore: qui & ipse typographiam Arabicam Lutetiæ Parisiorum maximis adornare impensis dicebatur. Cujus tantum est ingenii flumen, tantaq; dicendi vis, ut prædicare satis possit, quæ ab eo tempore in lucem Erpenius edidit, alia quidem ex se depromta; alia verò ab antiquis relicta? Nam, ut de orationibus ejus, eruditis juxta ac disertis, nihil dicam: quid prudentius scriptum, vel venustius excusum, Arabicis Locmani Sapientis fabulis, viri Muhamedi etiam memorati in Corano suo? Quas Erpenius, unà cum translatione suâ, primus per orbem diffudit. Quid item elegantius duabus Arabicorum proverbiorum centuriis? quid versione eorum accuratius? quid notis eruditius? quam telam, ut ante diximus, exorsus Scaliger fuit: sed Erpenius pertexuit. Quid etiam brevius nervosiusq; canonibus de literis Eliph, Wau, Ie (Latinè eas vocabulo EVI complecti possimus:) de avibus libellum suum dicatum ivit clarissimo doctissimoq; collegæ suo, Gulielmo Coddæo, Hebræas & Chaldæas tum literas profitenti in Academia hac nostra. Quid hac illustrius Gjarumiâ, ut appellāt? nēpe Arabicæ linguæ methodo, opere auro cōtrā nō caro, perq; Asiā & Africā univer-

sam

iam celeberrimo: quod Medicæâ ex officinâ scitissimis prolierat typis; sed adeò mendosè, ut Erpenius necessum habuerit illud conferre cū codicibus quatuor māu exaratis, quos felicissimè nactus erat. Eorū ope atq; auxilio emēdatissimè illud recudit, unà cū fidâ trāslatiōe, & doctissimis notis. Quid utilius etiā māuductiōe illâ Arabicā in linguā, quā ipse cōscripserat? Vel quid omnibus, qui in Hebræorū sacraria deduci volūt, exoptatius fuit linguæ ejus methodo, quā ad Amicitiæ, ac Fidei arā suspēdit clarissimæ & eruditiōis, & virtutis quatuor viris, Joanni Polyandro, Andreæ Riveto, Antoniis Wallæo Thysioq;, Sacræ Theologiæ in Academia hac Professoribus eximiis? Quid dicā de editā Patriarchæ Josephi Historia, ex Alcorāo decerpta? in qua tā multa sūt de puro scripturarū fōte hausta; tā multa de turbido Muhamēdis averno derivata; ut vel inde liqueat, quàm inquinatis falsus ille prophetes māibus sacras tractare literas soleat. Quid desideratiùs quoq; trāslatiōe Arabica librorum Mosis? quæ & hominis est Christiāi, & interpretis non nuperi, & melius cū fonte cōvēit Hebræo, quàm illa Saadiæ Gaōis, magni nominis Judæi, quæ Constātinopoli prodiit, addita, præter linguā, qua Moses scripserat, Chaldaica Onkelosii, & Persica Tavvosii versiōe. Atq; eā Arabicam trāslationē à se editā cū nō nisi intelligētissimo Orientalium linguarū dicare vellet: potissimū elegit Amplissimū virū, Guilielmū Boreliū, illustribus Zelādiæ Ordinibus à secretis: quo in viro, preter alia multa, hoc quoq; eximiū est, quòd earū imprimis linguarū amore, nec sumtus maximos, nec pericula ingētia reformidans, itinera ipse in Asiā, & Africā, suscepit: ac ne nūc quidē, licèt publicis negotiis districtissimus, vel pecūiæ, vel operæ parcit suæ in Oriētalibus libris, ab ultimis etiā mūdi plagis, sibi cōparādis. sibi verò? imò potius orbi Christiano: quādoquidē bibliothecā mācipio quidē suā esse arbitratur: usu autē omniū eorū, qui has literas intelligūt. Quid etiā nobilius Syriaca Psalmorū Davidis interpretatione? quā ex optimo suo & antiquissimo codice māu exarato, addita & versiōe sua accuratissima, elegātibus typis expressit. Deniq; quid āgustius veteri illa Arabica trāslatiōe Novi Testamēti, sive ejus Nesjulamā, filius Azalcefati, sive alius auctor est? Quā magno Ecclesiæ bōo integrā primus edidit Erpēius: idq; ex codice āte ānos prope trecētos descripto Thebaidos: & cujus bonā partē, Acta nimirū & Epistolas, cū altero codice sedulò contulisset summus vir, præclarèq; de studiis, & præcipuè Oriētalibus linguis, prōeritus, Frāciscus Raphelēgius. Atq; hujusmodi thesaurū nactus Erpēnius erat ex bibliotheca hac Lugdunensi; cui, inter alios Oriētales libros eū quoq; legārat vir incomparabilis, Josephus Scaliger. Adjiciamus illud etiam, quod jam prælū fervebat historiā Saracenicā, nobilissimo opere: in quo pauca adeò restare vidētur, ut propediē lucē

videre possit. Quid autem si post ista nec considerare ea sit grave, quorum nobis desiderium Erpenius reliquit? Mitto enim dissertationem, quomodo maximo cum fructu peregrinari in Galliis possimus: quam misit ad doctissimum Juris consultum, Joannem Nieuportium. Mitto & præcepta linguæ Græcæ, longè accuratiùs consignata, quàm fieri vulgò solet: quem laborem publico non invidebit Vir clarissimus, & amicissimus mihi, Hieronymus Backerius I. C. Mitto grammaticam Æthiopicam, quæ utinam aliquando postliminio ec redeat, quò optamus. Mitto & Grammaticen Syriacam, quam ex amicissimi auctoris dono habet equestris dignitatis vir, ac doctrinâ facundiâq; pariter eximius, Daniel Heinsius noster: qui pro suo erga Orientales non minùs, quàm cæteras literas, amore, publici eam juris se facturum, sponte nobis recepit. At nefas saltem sit omittere Lexicon Arabicum: quod cujusmodi daturus esset, conjecturam capere licet, partim ex observationibus eruditis Arabico Raphelengii Lexico jam ante decennium adjectis; partim ex specimine futuri operis, paucis nempe pagellis jam excusis: ex quibus satis liquet, ita Gheuharium, ac Camusii autorem, aliosq; sequi voluisse, ut interea, & superflua demeret, & præterita adjiceret, & falsa castigaret. Parabat quoque bibliothecam orientalem, de omnium in Oriente linguarum origine, variaq; naturâ, & libris earum quaq; linguarum perscriptis. Ad hæc statuerat quàm primùm, unà cum versione suâ edere geographiam principis Abulfedæ: quam ante decennium exscripserat ex codice bibliothecæ Palatinæ. Receperat etiam se primâ occasione divulgaturum Alcoranum, sive Muhammedanorum legem, & Arabicè, & Latinè appositis quoque nominibus Suratæ, vel Assoræ: variis item lectionibs, notisq; ad meliùs Muhammedis mentem intelligendam: addita item confutatione ejusdem, ex doctissimis quibusque, tum Christianis, tum Judæis: adnexis deniq; Indicibus, tum eorum, quæ Alcorano exponerentur: tum Suratarum Alcorani: tum illorum, quæ continerentur notis. Itidẽ moliebatur apparatũ in Alcorãũ: in quo triplex foret dissertatio: ũa dicta ALFURCAN, de Alcorãi auctore & auctoritate; argumento adhæc, distributione, stylo, & interpretatiõe. Altera, cui nomen PROPHETES, de Muhammedis vita; item religione, & variis ejus sectis. Tertia, quæ vocatur IMPERATOR, de Chaliphis, qui Muhammedi successere; deque bellicis eorum victoriis, quibus tot florentissimas gentes imperio Saracẽico addiderũt. Huic quoq; apparatui adjecisset triplicẽ Muhamẽdãorum cõfessiõẽ: ũam ex Africa, Arab. & Latin. alterã

terã ex Europ. Turc. & Latin. tertiã ex Asia, Malaccicè, & Lat. Apposuisset quoq; epistolas ab rege Marocensi ad illustrem Arausionensem principem scriptas: item ridiculum Muhammedis iter: utraq; cum solidâ doctissimorum virorum confutatione. Postremum illud obtineat locum, quod facilè principem meretur; nempe ingentis animi consilium, de quo sæpe mecum, & cum tot aliis amicorum, locutus fuit; cum exteris etiam, ut symbolum conferrent, per literas egit: quamq; ad rem se in synodo obtulit Dordrechtanâ. Parabat enim, heroïco ausu, editionem Novi Testamenti, partim constructã ex sermone eo, quo Apost. & Evãgel. scripserũt, additis & variis lectionibus, ac super iis judicio & delectu: partim ex Latina translatione vulgatâ, cum emendationibus doctorum virorum, ac notis: partim ex versionibus, Syriacâ, Arabicâ, Æthiopicâ, & Armenicâ, cum interpretatione singularum, ac collatione earum inter se. Huic ille operi nomen dare decrèrat, TABERNACULUM CHRISTI. Tam multa ille, tam varia, tam præclara, partim confecta habebat, partim affecta, partim etiam animo agitabat.

Nunc, quæ ad reliquam etiam vitam; atq; imprimis, quæ ad honores illi habitos pertinent, videamus. Paullò postquam ex Italiâ Germaniaq;, ad lares suos rediisset: honestissimi in his litteris muneris spes ei apud Anglos offerebatur: eaq; certissima, ac sine exceptione aliâ, quàm ut ne ipse sui Britannis spem invideret. Atq; hujusce rei indicium accepit à viro doctissimo, magniq; etiam nominis in Britanniâ sua. Sed jucundior Erpenio patriæ, ac parentum, & tot amicorum, conspectus erat; quàm ut, vix domum reversus, divelli se à suis tam citò pateretur. Nec eo refrixit in Angliâ præstantium virorum amor; quem ille longè maximum persensit, non dico longo pòst intervallo; sed anno etiam sequenti, quo profectus in Britanniam fuit, sed occasione longè aliâ, quam nec gravabor referre. Habebat Londini sororem, Mariam Erpeniam, probissimam feminam, quæ nupta erat ornatissimo viro, Danieli ab Hasevelt. Hic socerum per literas certiorem fecerat de gravissimo conjugis suæ morbo. Quod ut noster cognovit, qui paucis ante mensibus docendi munus in Academia hac inierat; itineri se quàm primùm in Angliam dedit, ingentia Deo interim vota faciens, sororem si sospitem reperisset. Sed, simul ac mare transmiserat, intellexit jam eam decessisse. Hoc tamen fecit, quod & affini carissimo, & liberis à sorore relictis, solatio non mediocri erat: & coràm melius pervidit, quanti fieret à summis Angliæ viris. At nullis

eorum exoptatior Erpenii adventus fuit, quàm Casaubono, & Bedvvello: quorum & operâ tunc arctissimo amicitiæ vinculo conjungi cœpit cum Reverendissimo in Christo Patre, Theologo undiquaq; maximo, Lanceloto Androsio, id tempori, Eliensi, nunc Wintoniensi Episcopo, & serenissimo magnæ Britanniæ Regi à sacris & secretis consiliis.

Bis etiam postea, negotiis quidem magni ponderis urgentibus; sed nec minùs admiratione præstantium Angliæ virorum pellectus, in florentissimum hoc regnum iter suscepit: semel quidem, cùm socium se viæ dedisset amicissimo collegæ suo, Andreæ Riveto, sponso, qui domum ex Anglia ducebat lectissimam feminam, Mariam Molinæam, egregii Theologi, Joachimi Molinæi, Aurelianensis Ecclesiastæ, filiam, sororemq; eximii nominis Theologi, Petri Molinæi, præceptoris quondam mei in Philosophia peripatetica; à quo & unum me summâ liberalium artium laureâ in hac Academia decoratum fuisse, non sine grati animi memoriâ recordor.

Alterum verò Erpenii iter in Britanniam biennio antecessit, quo comitem habuit uxorem suam, Jacobam Buyesiam, filiam amplissimi Hollandicæ curiæ Senatoris, Joannis Buyesii, viri eruditione doctrinâq; præcellentis; sed integritate animi longè commendatioris apud omnes probos. Cujus ille filiam uxorem duxit anno CIↃ IↃ CXVI. Prid. Non. Octobr. ac senos ex ea liberos suscepit: quatuor fuerunt: duos superstites videmus: sed numerum eorum postuma augebit proles, simul ac propitio numini visum erit.

Sæpissime autem mirari subiit animum meum, tam magna variaq;, non tentare modò ausum Erpenium, sed præstare etiam potuisse: præsertim, qui valetudine esset adeò infirmâ, ac nunc affligeretur periculis uxoris, toties puerperæ: nunc angeretur liberûm suorum mortibus: nunc, pro tenero amore suo, institutioni carissimorum pignorum ipse vacaret: nunc ab iis, quæ ad tuenda, vel relicta vel parta, pertinerent, totus requireretur: nũc implicaretur amicorum rebus: nunc negotiis publicis abstraheretur ab iis, quorum autoritatem defugere non liceret. Quæso, Auditores, quid aliud in causa esse putemus, cur unus tam multis sufficere potuerit, quã (ut mihi quidem semper persuasi) quod eodem in homine sũma cum industria certarent, ingenium velox ac subactum, judicium peracre ac sincerum, memoria tenacissima? Nempe hæc illa dona sunt cœlestia, quibus rem arduam præstitit, ut, licèt tantopere abduceretur à studiis nihilominus hoc consequeretur, ut non admirationi solùm in patria foret, quod perpauci tamen consequi potuerunt:

ruerunt: ſed, quemadmodũ ipſe cuncta metiretur orbis Chriſtiani bono, ita viciſſim eum præcipuo quodam honore coleret orbis atq; obſervaret; inq; orientalium linguarum peritia ei faſces ſuos ſubmitteret lubens.

Atq; hæc veriſſimè à nobis dici, non grata ſolùm poſteritas teſtabitur;ſed nunc etiam omnes agnoſcunt: niſi fortaſſè aliquos urat nimius Erpenii ſplendor. Unde enim, niſi à conſentientibus omnium animis profectum dicamus, quòd ſollicitè adeò eum ambirẽt multi Europæ principes? Unde, quod adhuc adoleſcenti in Italia offerrentur ducati annui quingenti, conditione ea, ſuam ut operam addicere vellet in Arabicis transferendis? Unde, quòd jam adultior ab ultimis ſollicitaretur Hiſpaniis,ad explicanda quædam ex antiquis cryptis eruta,quæ totus capere nequîſſet terrarum orbis? Quod ne fidem ſuperare videatur,ex præſulis Hiſpalenſis ad Erpenium literis, potiſſima,ſed bona fide,complectar. Significabat is, ſe ex libris ab Erpenio editis exquiſitam ejus ſcientiam in univerſis Arabum literis ſatis cognoſcere: ac propterea magno ſe deſiderio teneri,ut per eum conſequi poſſit translationem quorundam, quæ, ſe Granatenſẽ moderante Eccleſiã,effoſſa eſſent è monte Illipulitano, menſe Aprili, anni CIƆ IƆ XCV. Eſſe ea exarata in laminis plumbeis, idq; literis planè exilibus: inſcriptionẽ teſtari,literas eſſe Salomonis: doctrinæ laminis contentæ auctorem ſtatui Jacobum Zebedæi, Apoſtolum: ſcriptores autem diſcipulos ejus, Cæcilium ac Cteſiphontem, martyres. De quibus, ut arbitror, judicium meum hoc loco non requiritis. Præterea ajebat,librum eſſe alium ſummæ vetuſtatis,ſed incognitis literis. in quo interpretando hactenus nihil cujusquam potuerit, vel peritia, vel induſtria. Quapropter ſe Erpeniũ obſecrare, ut ipſe in Hiſpaniam veniat: venerandæ adeò antiquitatis monumenta videat coràm: eaq; vertendo, cum ſtudiis privatis,tum imprimis Eccleſiæ,eat conſultum. Magni ſe beneficii loco iſtud habiturũ. Ac ne longior ſim, tandẽ de mercede præmioq; aliqua locutus,his verbis epiſtolam claudit: ***Super hac etſi tibi,pro tua dignitate, vix retribuere poſſumus;ut poterimus tn. eum mercede & fœnore remunerabimus. Vt tibi placitum fuerit,ſatisfaciemus. Veni, vide, vince. Σὺν Θεῷ fortaſſè tuæ fortiſſimũ Belgiũ per te felix fauſtumq; erit. Vale, atq; iterum vale. Hiſpalimenſis Iunii IV An. Dom.*** CIƆ IƆ CXIX. ſubſcriptum erat, ***Petrus à Caſtro, Archiepiſcopus Hiſpalenſis.*** Idẽ Præſul ſchedas etiã transmiſit exſcriptas ex eo, quod diximus, opere plumbeo quod de doctrina erat Chriſtiana. Erpenius earum quidem interpretationem dedit: de itineris verò Hiſpanienſis conditionibꝰ præfinitò magis loquendũ putavit.

Cùm autem spissiùs hoc negotium procederet, quàm posce-
rent Præsulis vota: postulato ejus potentissimus Hispania-
rum rex ad Serenissimam Infantem, Brabantiæ Archiduc. lite-
ras misit, quibus hoc de Erpenio negotium seriò commenda-
ret. Exarata ea regis epistola erat Madriti Kal. April. ann
CIↃ IↃ. CXXIII. Nec minùs eopse anno XVIII. Decemb. li-
teris suis apud Erpenium institit Christophorus Aybarus, qu
præsuli Hispalensi à secretis erat. Quò minùs verò eâ in r
mos Regi gereretur: partim fiebat longinquitate loci, ac tem-
porum calamitate: partim quòd tanti ea monumenta face-
ret Præsul, ut minimè pateretur, illa Lutetiam, vel Antverpiam
deferri; quò minori se periculo, ac molestiâ, Erpenius contu-
lisset: partim quòd nihil Erpenius posset, aut vellet, absque
auctoritate ac veniâ potentissimorum fœderatæ Belgicæ or-
dinum, ac illustrissimi Arausionensis principis: partim etiam
aliis de causis, quas familiarissimi non ignorant; atque ex iis,
quæ diximus, aliquâ ex parte perspicere ipsi potestis.

Quod si etiam extra terras Christianas animis mecum
ire lubet: sanè regi Marocensi, eidemque magno Africæ im-
peratori, usque adeò (cujus rei testis esse idoneus, doctissimus
Golius potest) placuere Erpenii nostri literæ, cùm ob alia,
tum ob puritatem dictionis Arabicæ, ut optimatibus, atque
eruditissimis regni sui viris, sæpius eas miraculi loco ostende-
rit. Imò quantam de eruditione ejus spem concepisset; ar-
gumento illud erit, quòd cùm Erpenius ab eo postulâsset co-
dices quosdam Arabicos, qui non alibi exstarent, quàm in sa-
crorum archivis, describi illos in ejus gratiam jusserit, primâq;
occasione se receperit missurum. Quale nihil ab rege Mu-
hamedico, impetrare homo Christianus potuisset, nisi qui eru-
ditione eximiâ istis etiam terris maximam concitasset admi-
rationem sui. Accedit illud, quòd ejusdem potentissimi regis
orator eò curas ac cogitationes suas referebat, ut in negotiis re-
giis Erpenio consiliorum socio, atque adjutore, uteretur. Sed
remotus adeò à gloriæ cupiditate animus Erpenii erat, ut hoc
honoris modestè recusaret. Nec propterea legatus eum hu-
manissimis orare literis destitit, ut paucis saltem diebus Hagæ
sibi frui illo liceret. Nihil enim animo suo dulcius fore ajebat,
quàm ut per eum ad Regem suum doctrina rediret auctior.
Quin tanti se facere illum, ut cuncta Belgicæ ornamenta mi-
noris duceret. Atque ut potestas coràm compellandi data
fuit, feliciorem sibi negavit his in oris diem illuxisse.

Sed ab exteris regibus, eorumque legatis, domum reverta-
mur:

mur ac quanti ejus eruditionem & prudentiam Belgicæ nostræ proceres fecerint, videamus. Ineunte vere anni CIↃ IↃ CXX. ex decreto illustrium fœderatæ Belgicæ Ordinum, & inclyti Arausionensium principis, ab Nobiliss. & Ampliss. Academiæ Curatoribus in Galliam missus fuit. Negotii autem hoc ei datum erat, ut, quia magni nominis Theologi augere hanc Academiam decretum haberent, eò animum, & Petri Molinæi, & Andreæ Riveti, tentaret. At qua ille tum prudentiâ! quâ fide! quâ industriâ se gessit! Attamen licèt cumulatissimè satisfaceret proceribus nostris: nihil aliud tamen effecit, quàm ut Ecclesiis Gallicis jucundam relinqueret memoriam sui. Illustres verò Belgicæ nostræ Ordines, qui exploratissimum haberent, præclarè Erpenium munere suo perfunctum esse; eundem imprimis idoneum putarunt, qui anno proximo, tum Riveti animum, amore & Bataviæ, & Theologicæ professionis, vehementius incenderet: tum eos flecteret, qui magna animi contentione hoc egissent, ut ne permitteretur Galliam suam his terris permutare eum virum, quem omnium judicio constaret, & religionis controversias optimè intelligere, & in doctoribus antiquis longè esse versatissimum, & plurimum ob summam prudentiam habere auctoritatis, nec minùs eloquentia valere. Ne quid auribus cujusquam dare videar, sanè negotii hujus difficultatem æstimare vel ex eo licet, quòd Erpenius propterea semestri integro in Galliis fuerit commoratus. Quanta autem cum prudentia tum iterum se gessit! Qua morum suavitate conciliavit sibi omnium animos! qua Suada, cùm in Senatu ecclesiastico, tum in Synodo Pictaviensi, oravit sæpius! Itaque, quod fieri posse nemo putabat, cunctorum tandem animos flexit, ac vicit: satisque apparuit, virum esse, qui sapientia sua summis se pariter, atque infimis, gratum redderet acceptumque. Quid testimoniis pluribus opus? Illustrissima mater Trimuliana, filiusque ejus, potentissimus Thuartii dux, cùm tantum viri usum ac prudentiam perspicerent; elogio eum hoc decorarunt: in eo se comperisse locum non habere, quod vulgò dici solet; homines linguarum studiis addictos parum videri rerum intelligentes, vel agendi peritos.

Quod si in exponendis iis, quæ ad iter hoc publico nomine susceptum, pertinent, miscere etiam liceat privata: prætetiri non debet, ut Lutetiæ, superiori quidem æstate amicitiam inierit? altera verò hac profectione, initam firmarit, cum duobus è Libano Maronitis, Gabriele Sionita, & Joanne Hesto-

nita,

nita; doctoribus Theologiæ, & regiis Arabicæ linguæ Professoribus in Academia Parisiensi: quibus &, vere novo in Galliam iterum tendens, elementa linguæ Arabicæ consecrarat. Lutetia verò cum clarissimo Riveto Sedanum concessit. Ubi ab illustrissimo duce Bulonio, ea vultus serenitate, ea comitate, exceptus fuit, ut non obscuris appareret indiciis, quanti virtutem, atq; eruditionem Erpenij, æstimaret, æstimaret princeps, si quis alius, prudentissimus. Postquam à Galliis rediit, potentissimi fœderatæ Belgicæ proceres eo interprete uti solent in illis, quæ Asiæ, atq; Africæ principes, literis suis commisissent. Qua in re operam his antea dare solet magnus Scaliger: ut omnes sciunt, qui familiariter tanto viro utebantur: atq; eundem ad me perscribere memini ante hos viginti annos, & quod excurrit. Quàm autem præclara eo in negotio fuerit industria Erpenij nostri: non aliunde meliùs cognoscitur, quàm quòd illustres Ordines, quincto abhinc die, cùm Hagam evocatus in concilio eorum graviter disseruisset, decrevere literas, actaq; omnia, quæ ad negotia Musliminorũ pertinerent, fidei ejus committere, ac posthac, quoties de mente eorum disceptaretur, sermonem cum eo jungere in concilio suo, ut eò certiùs dispicerent, quid Mussliminicæ genti respondere oporteret. Quo sanè quid honestius, ac gloriosius, Erpenio nostro contingere potuisset?

Sed fatis aliter erat visum, quàm ut optimus vir felicitate ea in terris frueretur. Hei misero mihi! dicere sine lacrimis vix possum. Sed quoniam, pro instituto nostro, satis mihi egisse videor de cæteris si quorum fortè ad aures nondum extremus ille vitæ actus pervenit, non patiar eos rem tantam ignorare.

Quatriduum est, ut jam orsus eram dicere, quòd in illustri illo consessu de maximi momenti rebus loqueretur: interq; alia gravissimas adducebat causas, cur expediret Reip. nostræ, ut à Marocensi rege vir exposceretur Arabicè doctissimus: ac, ne videretur isto sibi solùm consultum ire velle, eum se de suo aliturum recepit: nec enim sumtus se extimescere ullos, quos sustinere posset; dummodo inde utilitas non levis redundaret in Rempublicam. Hujusmodi dum ille in hoc Patrum concilio, majori animi contentione verba facit, quàm vires ferrent: nec antea admodum firmus, majorem etiam persentiscere languorem cœpit, usque adeò ut considendi veniam postularet.

Ut verò in hospitium venit (quod veteri præceptori suo Jacobus Golius non alibi, quàm apud optimũ, & humanissimum parentem suũ, Theodorum Golium, Feudorũ comitatus Hollandici actuariũ, esse passus erat) magis etiã manifesta morbi indi-

indicia se ostenderunt. Eodemq; die Hagam venit præclarum conjugum par, Adrianus Datselarius, & Joanna Erpenia, nostri soror: qui frustra Lugduni pridie Erpenium quæsiverant. Ut tam caras animas Erpenius conspexit, recreari paullùm primùm est visus; Deoq; gratias egit, quòd opportunè adeò utrumq; ad se misisset. Atque hi reliquo dici, & nocte poxima, assidui apud Erpenium fuere cunctaq; ei præstitere officia quæ tam arcta necessitudo, amorq; tantus, requirebat. Interim in horas morbus aggravescere. Quare postero die, auctore etiam Screvelio, medico clarissimo, Leidam se deferri jubet. Sed de uxore sollicitus, partui tam propingua, quæ ad subitum ægri adeò mariti conspectum animo nimium turbatum iri videbatur: Datselarium suum ad affinem alterum Backerium præmittit: ut hujus prudentiâ animus ad fortiter eum casum ferendum paullatim præparetur. In cymbam postea defertur. In eandem descendunt soror, & Golius, tristes admodum, sed, quantum poterant, summum premebant dolorem. Noster interea magno animo, perpetuoq; in Deum defixo, vim morbi sævientem ferebat. In urbem ut ventum, cùm jam præter Academiam veheretur, paullò altiùs jussit imum attolli velum: oculisq; acriùs eum in locum intentis, in verba hæc, quæ Sorori, Golioq;, cor penè findebant, in tria, inquam, verba ista erupit; *Vale Academia, in quâ voluptate eâ hactenus vixi: ampliùs te non videbo.*

Ut verò eum domi lectulus suus recepit, continuis se precibus commendabat Deo: delictorum veniam supplicibus poscebat votis: magnâ animi demissione familiam se ducere ajebat inter miseros peccatores: quiq; pro vitæ hujus modulo inculpatè vitam transegerat, de integritate sua verbum audire nullum sustinebat. Neq; ibat inficias, si ita Deo fuisset visum, libenter in hoc terreno se tabernaculo commoraturum aliquantisper fuisse; sed non tam vitæ suæ amore, quàm adflictissimę uxoris caussâ, & dulcium liberûm: satis enim jam diu sibi vixisse: imò pertæsum esse humanæ vanitatis, & seculi inquinatissimi. Hæc ille effatus, præsēte præstātissimo Hieron. Backerio; qui licèt ex medicis bonis fidisque (ii, Joannes Werchorstius, & Henricus Florentius, erant) pestilentia confractū esse Erpenium, satis sciret: nullo tamen vel suo, vel suorum periculo dimoveri potuit, quò minus officiis omnibus affinis cari perfungeretur. Coràm quoq; aderat doctissimus Jacob. Golius, qui contagionis metu amoto, ex ore dilecti præceptoris, quid de imperfectis operibus suis fieri vellet, excepit, neque officii quicquā omisit, quod parēti suo præstare quisquā potuisset. Nec Fraudādus laude sua Thom. Perier. in Gallicāo utroque itinere ab Erp. quōdā adscit9, & octēnio integro ej9 instituit. majoriq. ex parte

diis,semperq; victuris ingenii monumentis. Quam autem ille consternabatur nuncio de obitu amici summi, ac popularis sui, Erpenii! quantopere deplorabat infelicitatem communis patriæ, quæ tam citò amitteret solem, in occidente quidem nostro orientem; sed qui orientis linguis omnes nihilominus orbis plagas illustraret. Alios etiam non paucos possim referre; eosque & eruditione & dignitate illustres. Sed post eum virum, qui multorum instar est, venire malo ad principes Bataviæ nostræ cœtus. Mœret enim Erpenium senatorius utriusque curiæ ordo: cui rei testis idoneus esse potest amplissimus & clarissimus Vir, Nicolaus Cromhontius, sacri Senatus præses: qui & ipse Erpenium suum, non, ut amicum modò, luget, sed etiam, ut amicissimi quondam collegæ sui Buyesii generum dignissimum. Mœrent quoque interpretem suum requirunt, præpotentes Ordines, non Hollandiæ modò; sed totius fœderatæ Belgicæ: ac cum iis princeps Arausionensis, pater patriæ, domusq; Nassovia universa. Lugebunt quoq; reges, ac principes exteri; qui, quanti eum fecerint, satis antea perspeximus. Lugebunt Academiæ Christianæ, & quicquid uspiam Musas colit: unoq; ore fatebuntur, obiisse virum in literarum studiis, ac potissimum iis, quas sæpe diximus, linguis, nulli secundum; cuiq; lubens hanc eruditionis palmam Europa tribuat universa.

Quod si ejus viri mortem orbis mœrebit Christianus: quãto æquius luget Belgica fœderata? Et propter quem in luctu Belgica hæc versatur; quanto fas magis Bataviam eum dolere! Ac ob cujus obitum in mærore est Batavia; quantam inde ægritudinem percipere credamus Academiam hanc, cujus ille fulgentissimum jubar erat? Quantoperè igitur dolere nunc putemus nobilissimos & amplissimos Academiæ hujus Curatores, & præstantissimos Urbis Consules! Quantopere etiã Senatum Academiæ hujus, & quisquis eam, vel docendo, vel docendo, vel scribendo, illustrat! Quantopere deniq; omnes illos, qui ex nobili hac & florentissima juventute, Orientis linguas ab ejus ore hauriebant! Nempe non amicum modò optimum, sed preterea, alii collegam conjunctissimum, alii doctorem eximium desideramus: quorum singula de me profiteor. Nostri igitur, quotquot Academiam hanc incolimus, ista imprimis jactura est. Nos, nos, inquam, propius iste dolor tangit. Nobis enim coràm licebat

 frui

frui excellenti ejus doctrinâ, & prudentiâ singulari. Nobis etiam interiores ejus virtutes familiarius perspicere datum fuit: qui eum virum cognovimus, pietate præstantem; omnibus æquum; nulli invidentem; quoties invidia lacessere inciperet, semper benefaciendo facilè exsuperantem; à fastu alienum; moribus non gravem minùs, quàm suavem; deniq; amicos in omnes officiosissimum, ita ut totum se iis consecraret.

Quamquam verò ferrei pectoris sit, istis non plurimum moveri: ne tamen nimium indulgeamus dolori nostro: nec committamus, ut nihil esse discriminis videatur inter nos, qui de populo Dei sumus, & cæcas nationes. Quid enim? Ejulemus? Hoc gentilium est: imò præficarum. Christiana est hostia, quam extulimus. Defleamus saltem? At ne in Homero quidem laudavero, quòd Archivorum lacrimis arenam terramq; irrigatam dicat. Sed poëticam ille secutus est voluptatem. Nos autem convenit divinæ acquiescere voluntati. Præsertim cum sciamus, eum lacrimis esse superiorem: ut qui trãslatus sit in excelsa cœlorum templa: ubi non dolor, aut timor; sed perpetua lux, perpetua est Serenitas. Fulget enim semper claritas Dei, & lux ejus, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. An lugeamus nobis ereptum? Atqui non magis ereptus est nobis, quàm orbis periculis. Quot enim vitiis mundus hic obsitus est! quot vinculis tentationum cõstrictus! In quo, quanto diutius sumus, tanto majore peccatorum sarcinâ oneramur. At ille bonum certamen certavit, consummavit cursum, fidem servavit. Doleamus relinqui lectissimam conjugem, cum parvulis liberis; parentem ejus, optimum senem; almam etiam matrem Academiam? Reliquit ille quidem uxorem, & suo Christo; qui cùm sollicitè adeò viduas, & pupillos, commendet nobis in verbo suo, ipse eos gratiâ suâ nõ deseret. Reliquit grandævum patrem. Sed prævivit ei ad patrem suum cælestem: quò & præclarus senex viam adfectat. Reliquit matrem Academiam: sed debito suo fraudare non potuit terram, communem nostri omnium matrem. Imò nec minùs fortasse Academiæ gaudendum, quod hactenus eximium illud ornamentum habuerit; quàm dolendum, quòd amiserit. Sed enim breve fuit spatium illud, quo licuit eo frui. Breve, fateor, quidem; sed quicquid ejus divinitus concessum fuit: Deo ille omne hoc, & publico impendit. Poëtæ laudantur, qui, satiatis necdum auditori-

bus,

bus, fabulam absolvunt. Et infelicem putabimus, qui sic vitæ hoc curriculum decurrit, ut senibus juxtà ac juvenibus, desideratus discedat? Et quantillum hoc, si longiore vitâ dignatus sit in cælis! Quid enim hæc vita est, tot molestiarum plena? Quare simus, ut servi sapientes in domo Dei. Quia servi sumus, necesse ducamus remanere, donec Dominus vocet. Quia sapientes esse debemus, exoptemus, quod lucro est. Lucro autem sanctis est mori. Nam simulac corpus resolvitur, animus absolvitur: nec aliter conjungi possumus cum Christo. Hoc nunc consecutus ille est, quem tantopere lugemus. Nos igitur ne sortem illius doleamus; sed potiùs nostram. Si ægrè est nobis, quòd pro tantis virtutibus, ac meritis, non meliùs ei fuit in terris: affectu hoc nostro suppleamus. Imago ejus semper oculis obversetur. Pietas semper, & merita, in animis vivant: perseverent in lingua. Hac nos accinamus ei, hac posteritas omnis, quod Harmodio, in scoliis solet, NEQUAQUAM MORTUUS EST. Ante omnia autem viri excelsam virtutem imitemur: ad hanc nos per omnem vitam componamus: ut simulac Deo visum erit, nos quoq; evocare ex misera hac vita, exemplo ejus hostiæ, cujus nos corpus extulimus hodie, cujus animam Christus acceptavit, & obtulit Patri nosmet quoq; gratam Christo hostiam offeramus.

D I X I.

IN OBITUM.
Viri Clarissimi

THOMÆ ERPENII,

Orientalium literarum in Academia Lugdunensi Instauratoris incomparabilis.

Omnia dum Leida Phœbus concedit, habebat
Quas habuit Grajus, quasq; Latinus, opes;
Intulit Erpenius Musas oriente petitas,
Hac deerat Batavis gloria sola meis.

Sublato Domino patrias rediere sub oras,
Et fugit Batavos gloria tanta meos.
O Lugdunensis data cui tutela Minerva est,
Et vatum vates diceris esse pater,
Hesperias saltem, Phœbe, ô defende Camœnas,
Iam victi spolium mors Orientis habet.

JOANNES RUTGERSIUS.

Qui primum è tenebris orientem adducere solem
Cœpisti in Batavos, ô decus Omne tuis,
Téne etiam suprema dies fatalibus umbris
Addidit? & mores nil potuere tui?
Nil niveus candor, nil sancta modestia, nil meus,
Qui cœli in terris incola semper eras?
Tot jam annos mensesq; tuo pendemus ab ore,
Seu totum hoc ratio, seu fuit acer amor;
Acer & insolitus, qui me tibi junxerat uni,
Sæpe etiam passus vix meminisse mei est.
Tu grajorum adytis immensum & inertibus umbris
Iussisti ad portus flectere vela tuos,
Et nunc in medio luctantem gurgite pinum
Deseris. heu fati lex inimica mei!
At saltem pressissem oculos in morte natantes,
Hausissemq; animâ deficiente tuam!
Tot saltem excelsas fixissem pectore voces,
Quot frustra effudis jam moriturus olor!
Quin etiam nomenq; meum morientis in ore
Præstitit, & totus tum quoque noster eras.
Vita aliis erepta sua est. nos odimus omnem:
Et pulchrum est Phœbo non oriente mori.

DANIEL HEINSIUS.

TUMULUS.

Cui mixtâ casiâque balsamoque,
Arsurâ struitur rogus papyro?
Erpeni, tibi. namque tu solebas
Has messes Arabum, piamque myrrham,
Sacris colligere & reponere urnis;
Magno judicio, labore multo.
Hac fini, nisi fallor; ut locatus
Porrectis pedibus, forasque versis

His

His odoribus hinc abire posses.
Raris exsequiis & apparatu
Certè dignus eras: fuitque sanctæ
Vitæ odor bonus usque & usque; cur non
Odores quoque fata consequantur?

PETRUS SCRIVERIUS.

SCRIPTA.

Annotationes in Lexicon Arabicum Franc. Raphelengii: *Lugd. Batav.* 1613. in 4.

Grammatica Arabica: *ibid.* 1613. *Amsterod.* 1636. 1656. in 4.

Proverbia Arabica cum interpretatione & scholiis: *ibid.* 1614 in 4. 1623. in 8.

Locmanni Sapientis fabulæ & selecta quædam Arabum Adagia, cum interpretatione Latina & notis: *Lugd. Bat.* 1615. & *Amsterod.* 1636. 1656. in 4.

Grammatica Giarumia, & libellus de centum vocibus regentibus, cum versione Latina & comentariis: *ibid* 1617. 1636. in 4.

Novum Domini nostri Jesu Christi Testamentum Arabicum: *ibid.* 1615. in 4.

Historia Josephi Patriarchæ ex Alcorano Arabicè, cum triplici versione & notis: *ibid.* 1617. in 4.

Canones de literatura EVI apud Arabes natura & permutatione: *ibid* 1618. in 4.

Rudimenta linguæ Arabicæ; item Praxis Grammatica & consilium de studio Arabico feliciter instituendo: *ibid.* 1620, 1628. in 8. *Paris.* 1638. in 8.

Versio & Notæ ad Arabicam Paraphrasin in Evangelium Johannis: *Rostoch.* 1629.

Grammatica Ebræa generalis: *Amsterod* 1621. *Geneva* 1627. *Lugd. Batav.* 1659. in 8.

Orationes tres, de linguarum Ebrææ atque Arabicæ dignitate: *Lugd. Bat.* 1621. in 4. & 12.

Pentateuchus Mosis Arabicè: *ibid.* 1622. in 4.

Historia Saracenica, inde à Mahomete Pseudopropheta, a initium usq; Imperii Turcici, quâ res gestę 58. Imperatoru Machometicorum per 700. ferè annos breviter narrantur Arabicè, cum versione Latina, notis, tabulis Geographic & Genealogicis: *ibid.* 1622. 1625. in fol. Eadem histori Latina tantum cum notis, & rursus Arabicè tantùm *ibid* 1625. in 4.

Psalmi Davidis Syriacè: *ibid.* 1625.

Arcanum punctationis revelatum, sive de punctorum Hebraicorum Antiquitate libri duo: *ibid.* 1624. in 4.

Grammatica Chaldæa & Syra: *Amsterod.* 1628. *Lugd. Bat* 1659. in 8.

De Peregrinatione Gallica utiliter instituenda Tractatus *Lugd. Batav.* 1631. in 12.

Præcepta de lingua Græcorum communi: *ibid.* 1662. in 8.



VITA

VITA
ILLVSTRIS. VIRI
VIRGINII CÆSARINI,
ROMANI,
URBANI VIII. PONT. MAXIMI
CUBICULO PRÆFECTI,
JCTI, PHILOSOPHI ET POETÆ
INSIGNIS,
AVCTORE
AVGVSTINO FAVORITO,
S. COLLEGIO CARDINALIUM
A SECRETIS.



Uæ de Virginii Cæsarinii ingenio, moribus, studiis, disciplinâ, fortunâ, totoque vitæ cursu, non ab rumore vulgi, neque à Rhetorum laudationibus accepimus, sed à viris gravibus, & ab omni affectu liberis, qui adhuc supersunt, quique Virginium usu quotidiano cognitum habuerunt; ea nos, sicuti narrata a ceptaque sunt, simpliciter, pro nostrâ & argumenti naturâ, fideliterq; trademus.

Natus est Romæ, die XX. Octobris, anno M DC XCV. patre Juliano, Civitatis Novæ Duce; matre Liviâ, Virginii Ursini filiâ. Utriusq; autem parentis genus, generisq; dignitas & potentia clariora sunt, quàm ut scriptoris operam, lucemq; desiderent. Fratres habuit majores quidem natu, Joannem Georgium, qui patri in Ducatu successit, & Alexandrũ, qui posteà Cardinalis creatus est ab Urbano Octavo, minores

autem, Ferrantem, utriusq; Signaturæ Referendarium, ac Petrum militem Hierosolymitanũ. Propinquitatibus verò multis magnisq; floruit, à matre præsertim. Nam præter Ursinam gentem, Beatrix, Cornelia, & Catharina Liviæ sorores, nuptui traditæ, cùm suis, tum suorum filiorum conjugiis, Sfortias, Columnas, Corneos, Pallavicinos, Malvetios, Altempsios, Cæsios, Borromæos, Madrutios, aliasq; subinde veteres familias & locupletes comprehenderant. In Virginio igitur eximia ab ineunte ætate indoles, & ad studia literarum singularis alacritas apparuit: adeò ut Bonifacius Cardinalis Cajetanus, acri vir, ut omnes sciunt, perspicaciq; judicio, septennẽ adhuc puerum cùm tractaret, ad omnia summa natum diceret, & incredibiles progressus in literis, si institutio accederet, augurari soleret. Celebre est, ac penè in consuetudinem proverbii venit, nihil Romanis pueris festivius, nihil elegantius fieri posse: prõtos, sagaces, dicaculos, ingeniosos, ad omnia disciplinarum genera mirè factos videri: ubi adoleverint, concidere sæpe vim illam omnem, ardoremq; animorum, & quasi Circæo aliquo poculo repentè mutatos, alios planè sensus, aliam sibi mentem induere. Verène id, appositèq; dicatur; an à Transalpinis hominibus, vetere erga Romanos odio, falsò jactetur, nihil laboro. In Virginio certè aliter se res habuit, ut posteà intelligemus. Novem fermè natus annos Parmam mittitur cum Alexandro fratre, quo procul à paternis deliciis, adeòq; ab iis occasionibus, quæ mentes adhuc teneras, & ad magna surgentes plerumq; enecant, intentiorem ad studia animum adjiceret. Antelata autem cęteris urbibus Parma, cùm ob celebritatem illius Academiæ excellentibus in omni disciplinâ magistris, Ranutii Ducis opera, florentissimæ, tum ob aviam Farnesiam: quo etiam nomine Ranutius venientem Virginium libenter domũ suam recepit, & pro ea, quæ intercedebat, conjunctione, benignè liberaliterq; habuit, quoad ea in urbe est commoratus. Mãsit autem ibi quinq; plus minùs annos: intra quod spatium nõ solùm ea omnia arripuit, quibus ad humãitatem informari solent ingenui adolescentes; verùm etiam totius Philosophiæ cursum confecit, præceptore Avanzino, qui Jacobi Zabarellæ in Gymnasio Patavino discipulus, Peripateticæ disciplinæ ludum in Parmensi aperuerat: tanta quidem cum laude, ut condiscipulos & percipiendi celeritate, & disputandi solertia longo intervallo omnes anteiret. Nec institutum intereà iter retardavit infortunium, quod illi accidit. Nam dum inter æquales in equestri ludo se exercet, (quod unicum habebat

bat à ſtudiis laxamentum) refractarius equus, cui erat impoſitus, juveniliter exultantem, & ſuperbè nimis imperitantem excuſſit, adeòque graviter ſolo illiſit, ut pluribus locis crure confracto, præ doloreſenſibus pænè omnibus deſtitutus, ultimùm vitæ diſcrimen adiverit. Quem caſum major etiam paulò pòſt calamitas excepit, Chirurgi imperitiâ. Cùm enim poſt duos menſes, quàm decubuerat, experiri vellet, an rectè adhuc conſiſtere pedibus poſſet, adeò perperam ac diſtortè conglutinata tibia apparuit, ut eam denuò perſtringere neceſſe fuerit, & in eum ſtatum revocare, quo ante curationem fuerat, quò rectiùs convaleſceret, accerſito ab Iſſæo uſque lacu, in Venetâ regione, probatæ artis Chirurgo. Horret animus eos cruciatus cogitare, qui denuò tolerandi Virginio fuere; qui tamen illos eo animi robore tulit, eâque conſtantiâ, quam in viro confirmatæ jam ætatis & ſapientiæ non requiras. Igitur, ut eramus aggreſſi dicere: tantum abfuit, ut propterea ſtudiorum ſuorum curſum intermitteret, ut per totum illud tempus, quo in lectulo confixus jacuit, (jacuit autem integrum propè annum) nihil ageret aliud, quàm ut cum viris doctis ſermonem de literis inſtitueret, præcipuè verò cum Patribus Soc. Jesu, qui ei frequentes, & ad omne promti officium aſſidebant. Quorum quidem vivendi ratio & inſtitutum adeò Virginio arriſerant, ut non ſemel de illorum amplectendâ militiâ cogitarit: eamq; animi illius propenſionem perpetuam atque conſtantem poſteà aperuit ultima ipſius voluntas, qua Ignatiano habitu efferri ſe velle cavit in teſtamento. Ea curatio cùm poſt menſem undecimum exitus tandem proſperos habuiſſet, eoſque jam progreſſus feciſſet in literis, quos operepretium eſſet in aſpectum lucemque proferre, Romam, ineunte adoleſcentiâ, Virginius revertit, ubi magnum ſanè virtuti ſuæ theatrum invenit paratum. Nam ingens hominum animos cupido inceſſerat videndi cominùs, & periclitandi ingenii, de quo tam multa, tam præclara omnium ſermone afferebantur: erantque non pauci, qui ſuſpicarentur, in adoleſcentulo primariæ nobilitatis, & morum formæque elegantiâ commendatiſſimo, efferri plus æquo omnia: ita verò ſolere fieri, ut qui aliis in urbibus maximo in pretio eſſent, & laude ingenii cæteros mortales anteirent, Romæ ita decreſcerent, ut vix aliquo in numero haberentur. Virginius tn. adventu ſuo ita confirmavit rumores, qui de ipſius virtute atque ingenio percrebuerant, ut nihil jam in Urbe eſſet ejus nomine clarius;

Idem Cardinalis Virginio auctor fuit, ut tantam rerum optimarum scientiam, ingeniique præstantiam, quæ sibi divinitus contigisset, ad ipsius Dei gloriam, & generis humani fructum conferret, scribendo librum, in quo uberioribus argumentis, quàm ceteri fecissent, magisq; ad sensum permanentibus, omnem dubitationem tolleret de immortalitate animorum, ad revincendam illorum pertinaciam, qui sacrarum literarum testimonio hac in re minimè acquiescerent. Et sane multa in id argumentum Virginius jam collegerat, colligebatque in dies, quò omnia suo tempore rectè & ordine digesta luculento volumine complecteretur; nisi præmatura postea mors egregium Opus, quemadmodum alia multa quæ moliebatur animo, intercepisset. Inter hæc non neglexit Juris quoque scientiæ, cujus Consultus fuerat Parmæ solemniter appellatus, operam dare, coacto etiam stylo, quo ceteroqui castigato utebatur, accommodare se formulis corruptæ Jurisprudentiæ. Verumtamen longè major illum voluptas ad initia Musarum studia, & flagrantior cupido rapiebat, hominem præsertim non tam honorum & potentiæ, quibus vulgares animæ usque ad insaniam capiuntur, quàm laudis & gloriæ, qua magnæ mentes & erectæ in primis ducuntur, appetentissimum. Quamobrem, valere tandem jussis leguleiorum foriq; clamoribus, iterùm se liberalioribus literis totum tradidit, Theologicis præsertim, ac Philosophicis: quarum primas cum sacræ historiæ, Canonum, Conciliorum, ac Patrum cognitione conjunxerat; in ultimis verò, Doctore & Magistro Avanzino, de quo suprà memoravimus, ita usque ad illud quidem tempus Peripateticorum sectæ adhæserat, ut ab eorum placitis vel latum unguem discedere religio illi esset. Verùm ubi versari familiariùs cœpit cum Federico Principe Cæsio, ejusque auctoritate & consilio in amicitiam se dedit Galilæo, Joanni Ciampolo, aliisq; ejus disciplinæ hominibus, qui è cœlo se devocasse gloriabantur veram ac germanam philosophiam, hoc est, aliam planè ab eâ, quam Aristoteles tradidisset; primò quidem obluctari acriter eorum dictis, deinde ubi quotidianus sermo argumenti insolentiam cicuravit, haud gravatè aures, postremò etiam manus dedit. Itaq; veteris militiæ desertor & transfuga, ut sunt juvenum ingenia cupida rerum novarum, transitum fecit ad castra Lynceorum, (id nomen Academiæ fuit) quorum erat institutum inusitata rerum eventa, quæ terris, quæ cœlo acciderent, in disputationem vocare, causas sedulò indagare, & eorum observationibus; aliisq; experimentis, veterem omnem

omnem philosophiam, Aristotelicam in primis evertere. Ex eo numero qui esset, quasi familiæ suæ tesseram ambitioni vocabuli convenientem, gestabat digito annulum, lynce insculptum, quo significabatur, esse eos in rimandis naturæ arcanis perspicacissimos. Hæc porrò Academia auctorem habuit eum, quem diximus, Federicum Principem Cæsium, literarum amatorem potius, quam peritum; mansitque tamdiu, quamdiu vixit auctor suus, qui illam quasi satam a se arborem omni officio industriâque colebat. Verùm eo mortuo, cùm Academici nullas haberent certas sedes, nec cæterarum Academiarum morem sequerentur, statis diebus in unum conveniendi; sed unico nominis splendore, & annuli mysterio omnis eorum disciplina contineretur: brevi Lynceorum memoria ita extincta est, ut eorum ad ætatem hanc nostram vix tenuis aura pervenerit. Præter Galilæum, & Ciampolum, coluit quoque Cynthium Clementem, eidem sectæ addictum, & insignem eâ tempestate Medicum. Ab eo Virginius Chimicis sacris initiatus, versari cœpit attentiùs in ejus artis experimentis, quibus præcipuè Aristotelis fundamenta convelli putabant. Eaq; ipsa experimenta convertit postmodum à destruendis Peripateticorum placitis ad fulciendam valetudinem suam, quæ jam & assiduo labore in studiis, & habitu corporis gracili propensoq; ad maciem, in deterius quotidie prolabebatur. Verùm hic quoque conatus, sicut alia multa quæ periclitatus fuerat medicamenta, irritus fuit, in dies magis magisq; superante vi morbi. Cujus rei cùm omnem culpam (vitio generis humani) conferret in inscitiam Medicorum, invehi vehementer eâ occasione solitum ferunt in insaniam temporum nostrorum, quibus ars illa, cui valetudinem nostram vitàmq; credimus, tamquam humilis & plebeia, digna judicaretur, in qua illi fermè elaborarent, qui nullas vererentur violare majorum imagines, quiq; tenuitate plerumq; rei domesticæ, prohiberentur operam dare studiis ac disciplinis ad eam probè tractandam necessariis; instrumenta fundi, pascua, nomina, supellex, à viris honestissimis, patriciisque vendicarentur. Igitur cùm alterius cœli præsidium, reliquis omnibus frustrà consumtis, experiri constituisset, Bononiam iter intendit, non quòd situm illius urbis maximè opportunum duceret valetudini suæ, placidum alioqui temperatumq; cœlum desideranti; sed quòd in Bononiensi Gymnasio mereri stipendia dicerentur Medici præstantissimi, nec deessent literati viri, sine quibus, ut cetera adessent omnia, videbatur sibi Virginius in solitudine luctuq; vivere. Sed interceptus in itinere ab amantiss. sui Princ. Cæsio, Aquamspartam

Cæsiæ

Idem Cardinalis Virginio auctor fuit, ut tantam rerum optimarum scientiam, ingeniique præstantiam, quæ sibi divinitus contigisset, ad ipsius Dei gloriam, & generis humani fructum conferret, scribendo librum, in quo uberioribus argumentis, quàm ceteri fecissent, magisq; ad sensum permanentibus, omnem dubitationem tolleret de immortalitate animorum, ad revincendam illorum pertinaciam, qui sacrarum literarum testimonio hac in re minimè acquiescerent. Et sane multa in id argumentum Virginius jam collegerat, colligebatque in dies, quò omnia suo tempore rectè & ordine digesta luculento volumine complecteretur; nisi præmatura postea mors egregium Opus, quemadmodum alia multa quæ moliebatur animo, intercepisset. Inter hæc non neglexit Juris quoque scientiæ, cujus Consultus fuerat Parmæ solemniter appellatus, operam dare, coacto etiam stylo, quo ceteroqui castigato utebatur, accommodare se formulis corruptæ Jurisprudentiæ. Verumtamen longè major illum voluptas ad mitia Musarum studia, & flagrantior cupido rapiebat, hominem præsertim non tam honorum & potentiæ, quibus vulgares animæ usque ad insaniam capiuntur, quàm laudis & gloriæ, qua magnæ mentes & erectæ in primis ducuntur, appetentissimum. Quamobrem, valere tandem jussis leguleiorum foriq; clamoribus, iterùm se liberalioribus literis totum tradidit, Theologicis præsertim, ac Philosophicis: quarum primas cum sacræ historiæ, Canonum, Conciliorum, ac Patrum cognitione conjunxerat; in ultimis verò, Doctore & Magistro Avanzino, de quo suprà memoravimus, ita usque ad illud quidem tempus Peripateticorum sectæ adhæserat, ut ab eorum placitis vel latum unguem discedere religio illi esset. Verùm ubi versari familiariùs cœpit cum Federico Principe Cæsio, ejusque auctoritate & consilio in amicitiam se dedit Galilæo, Joanni Ciampolo, aliisq; ejus disciplinæ hominibus, qui è cœlo se devocasse gloriabantur veram ac germanam philosophiam, hoc est, aliam planè ab eâ, quam Aristoteles tradidisset; primò quidem obluctari acriter eorum dictis, deinde ubi quotidianus sermo argumenti insolentiam cicuravit, haud gravatè aures, postremò etiam manus dedit. Itaq; veteris militiæ desertor & transfuga, ut sunt juvenum ingenia cupida rerum novarum, transitum fecit ad castra Lynceorum, (id nomen Academiæ fuit) quorum erat institutum inusitata rerum eventa, quæ terris, quæ cœlo acciderent, in disputationem vocare, causas sedulò indagare, & eorum observationibus; aliisq; experimentis, veterem

omnem

omnem philosophiam, Aristotelicam in primis evertere. Ex eo numero qui esset, quasi familiæ suæ tesseram ambitioni vocabuli convenientem, gestabat digito annulum, lynce insculptum, quo significababatur, esse eos in rimandis naturæ arcanis perspicacissimos. Hæc porrò Academia auctorem habuit eum, quem diximus, Federicum Principem Cæsium, literarum amatorem potius, quam peritum; mansitque tamdiu, quamdiu vixit auctor suus, qui illam quasi satam a se arborem omni officio industriâque colebat. Verùm eo mortuo, cùm Academici nullas haberent certas sedes, nec cæterarum Academiarum morem sequerentur, statis diebus in unum conveniendi; sed unico nominis splendore, & annuli mysterio omnis eorum disciplina contineretur: brevi Lynceorum memoria ita extincta est, ut eorum ad ætatem hanc nostram vix tenuis aura pervenerit. Præter Galilæum, & Ciampolum, coluit quoque Cynthium Clementem, eidem sectæ addictum, & insignem eâ tempestate Medicum. Ab eo Virginius Chimicis sacris initiatus, versari cœpit attentius in ejus artis experimentis, quibus præcipuè Aristotelis fundamenta convelli putabant. Eaq; ipsa experimenta convertit postmodum à destruendis Peripateticorum placitis ad fulciendam valetudinem suam, quæ jam & assiduo labore in studiis, & habitu corporis gracili propensoq; ad maciem, in deterius quotidie prolabebatur. Verùm hic quoque conatus, sicut alia multa quæ periclitatus fuerat medicamenta, irritus fuit, in dies magis magisq; superante vi morbi. Cujus rei cùm omnem culpam (vitio generis humani) conferret in inscitiam Medicorum, invehi vehementer eâ occasione solitum ferunt in insaniam temporum nostrorum, quibus ars illa, cui valetudinem nostram vitamq; credimus, tamquam humilis & plebeia, digna judicaretur, in qua illi fermè elaborarent, qui nullas vererentur violare majorum imagines, quiq; tenuitate plerumq; rei domesticæ, prohiberentur operam dare studiis ac disciplinis ad eam probè tractandam necessariis; instrumenta fundi, pascua, nomina, supellex, à viris honestissimis, patriciisque vendicarentur. Igitur cùm alterius cœli præsidium, reliquis omnibus frustra consumtis, experiri constituisset, Bononiam iter intendit, non quòd situm illius urbis maximè opportunum duceret valetudini suæ, placidum alioqui temperatumq; cœlum desideranti; sed quòd in Bononiensi Gymnasio mereri stipendia dicerentur Medici præstantissimi, nec deessent literati viri, sine quibus, ut cetera adessent omnia, videbatur sibi Virginius in solitudine luctuq; vivere. Sed interceptus in itinere ab amantiss. sui Princ. Cæsio, Aquamspartam

Cæsiæ

Idem Cardinalis Virginio auctor fuit, ut tantam rerum optimarum scientiam, ingeniique præstantiam, quæ sibi divintus contigisset, ad ipsius Dei gloriam, & generis humani fructum conferret, scribendo librum, in quo uberioribus argumentis, quàm ceteri fecissent, magisq; ad sensum permanentibus, omnem dubitationem tolleret de immortalitate animorum, ad revincendam illorum pertinaciam, qui sacrarum literarum testimonio hac in re minimè acquiescerent. Et sanè multa in id argumentum Virginius jam collegerat, colligebatque in dies, quò omnia suo tempore rectè & ordine digesta luculento volumine complecteretur; nisi præmatura posteà mors egregium Opus, quemadmodum alia multa quæ moliebatur animo, intercepisset. Inter hæc non neglexit Juris quoque scientiæ, cujus Consultus fuerat Parmæ solemniter appellatus, operam dare, coacto etiam stylo, quo ceteroqui castigato utebatur, accommodare se formulis corruptæ Jurisprudentiæ. Verumtamen longè major illum voluptas ad mitia Musarum studia, & flagrantior cupido rapiebat, hominem præsertim non tam honorum & potentiæ, quibus vulgares animæ usque ad insaniam capiuntur, quàm laudis & gloriæ, qua magnæ mentes & erectæ in primis ducuntur, appetentissimum. Quamobrem, valere tandem jussis leguleiorum foriq; clamoribus, iterùm se liberalioribus literis totum tradidit, Theologicis præsertim, ac Philosophicis: quarum primas cum sacræ historiæ, Canonum, Conciliorum, ac Patrum cognitione conjunxerat; in ultimis verò, Doctore & Magistro Avanzino, de quo suprà memoravimus, ita usque ad illud quidem tempus Peripateticorum sectæ adhæserat, ut ab eorum placitis vel latum unguem discedere religio illi esset. Verùm ubi versari familiariùs cœpit cum Federico Principe Cæsio, ejusque auctoritate & consilio in amicitiam se dedit Galilæo, Joanni Ciampolo, aliisq; ejus disciplinæ hominibus, qui è cœlo se devocasse gloriabantur veram ac germanam philosophiam, hoc est, aliam planè ab eâ, quam Aristoteles tradidisset; primò quidem obluctari acriter eorum dictis, deinde ubi quotidianus sermo argumenti insolentiam cicuravit, haud gravatè aures, postremò etiam manus dedit. Itaq; veteris militiæ desertor & transfuga, ut sunt juvenum ingenia cupida rerum novarum, transitum fecit ad castra Lynceorum, (id nomen Academiæ fuit) quorum erat institutum inusitata rerum eventa, quæ terris, quæ cœlo acciderent, in disputationem vocare, causas sedulò indagare, & eorum observationibus; aliisq; experimentis, veterem

omnem

omnem philosophiam, Aristotelicam in primis evertere. Ex eo numero qui esset, quasi familiæ suæ tesseram ambitioni vocabuli convenientem, gestabat digito annulum, lynce insculptum, quo significabatur, esse eos in rimandis naturæ arcanis perspicacissimos. Hæc porrò Academia auctorem habuit eum, quem diximus, Federicum Principem Cæsium, literarum amatorem potius, quam peritum; mansitque tamdiu, quamdiu vixit auctor suus, qui illam quasi satam a se arborem omni officio industriâque colebat. Verum eo mortuo, cùm Academici nullas haberent certas sedes, nec cæterarum Academiarum morem sequerentur, statis diebus in unum conveniendi; sed unico nominis splendore, & annuli mysterio omnis eorum disciplina contineretur: brevi Lynceorum memoria ita extincta est, ut eorum ad ætatem hanc nostram vix tenuis aura pervenerit. Præter Galilæum, & Ciampolum, coluit quoque Cynthium Clementem, eidem sectæ addictum, & insignem eâ tempestate Medicum. Ab eo Virginius Chimicis sacris initiatus, versari cœpit attentiùs in ejus artis experimentis, quibus præcipuè Aristotelis fundamenta convelli putabant. Eaq; ipsa experimenta convertit postmodum à destruendis Peripateticorum placitis ad fulciendam valetudinem suam, quæ jam & assiduo labore in studiis, & habitu corporis gracili propensoq; ad maciem, in deterius quotidie prolabebatur. Verùm hic quoque conatus, sicut alia multa quæ periclitatus fuerat medicamenta, irritus fuit, in dies magis magisq; superante vi morbi. Cujus rei cùm omnem culpam (vitio generis humani) conferret in inscitiam Medicorum, invehi vehementer eâ occasione solitum ferunt in insaniam temporum nostrorum, quibus ars illa, cui valetudinem nostram vitàmq; credimus, tamquam humilis & plebeia, digna judicaretur, in qua illi fermè elaborarent, qui nullas vererentur violare majorum imagines, quiq; tenuitate plerumq; rei domesticæ, prohiberentur operam dare studiis ac disciplinis ad eam probè tractandam necessariis; instrumenta fundi, pascua, nomina, supellex, à viris honestissimis, patriciisque vendicarentur. Igitur cùm alterius cœli præsidium, reliquis omnibus frustrà consumtis, experiri constituisset, Bononiam iter intendit, non quòd situm illius urbis maximè opportunum duceret valetudini suæ, placidum alioqui temperatumq; cœlum desideranti; sed quòd in Bononiensi Gymnasio mereri stipendia dicerentur Medici præstantissimi, nec deessent literati viri, sine quibus, ut cetera adessent omnia, videbatur sibi Virginius in solitudine luctuq; vivere. Sed interceptus in itinere ab amantiss. sui Princ. Cæsio, Aquamspartam

Cæsiæ

Idem Cardinalis Virginio auctor fuit, ut tantam rerum optimarum scientiam, ingeniique præstantiam, quæ sibi divinitus contigisset, ad ipsius Dei gloriam, & generis humani fructum conferret, scribendo librum, in quo uberioribus argumentis, quam ceteri fecissent, magisq; ad sensum permanentibus, omnem dubitationem tolleret de immortalitate animorum, ad revincendam illorum pertinaciam, qui sacrarum literarum testimonio hac in re minimè acquiescerent. Et sane multa in id argumentum Virginius jam collegerat, colligebatque in dies, quò omnia suo tempore rectè & ordine digesta luculento volumine complecteretur; nisi præmatura postea mors egregium Opus, quemadmodum alia multa quæ moliebatur animo, intercepisset. Inter hæc non neglexit Juris quoque scientiæ, cujus Consultus fuerat Parmæ solemniter appellatus, operam dare, coacto etiam stylo, quo ceteroqui castigato utebatur, accommodare se formulis corruptæ Jurisprudentiæ. Verumtamen longè major illum voluptas ad mitia Musarum studia, & flagrantior cupido rapiebat, hominem præsertim non tam honorum & potentiæ, quibus vulgares animæ usque ad insaniam capiuntur, quàm laudis & gloriæ, qua magnæ mentes & erectæ in primis ducuntur, appetentissimum. Quamobrem, valere tandem jussis leguleiorum foriq; clamoribus, iterùm se liberalioribus literis totum tradidit, Theologicis præsertim, ac Philosophicis: quarum primas cum sacræ historiæ, Canonum, Conciliorum, ac Patrum cognitione conjunxerat; in ultimis verò, Doctore & Magistro Avanzino, de quo suprà memoravimus, ita usque ad illud quidem tempus Peripateticorum sectæ adhæserat, ut ab eorum placitis vel latum unguem discedere religio illi esset. Verùm ubi versari familiariùs cœpit cum Federico Principe Cæsio, ejusque auctoritate & consilio in amicitiam se dedit Galilæo, Joanni Ciampolo, aliisq; ejus disciplinæ hominibus, qui è cœlo se devocasse gloriabantur veram ac germanam philosophiam, hoc est, aliam planè ab eâ, quam Aristoteles tradidisset; primò quidem obluctari acriter eorum dictis, deinde ubi quotidianus sermo argumenti insolentiam cicuravit, haud gravatè aures, postremò etiam manus dedit. Itaq; veteris militiæ desertor & transfuga, ut sunt juvenum ingenia cupida rerum novarum, transitum fecit ad castra Lynceorum, (id nomen Academiæ fuit) quorum erat institutum inusitata rerum eventa, quæ terris, quæ cœlo acciderent, in disputationem vocare, causas sedulò indagare, & eorum observationibus, aliisq; experimentis, veterem omnem

omnem philosophiam, Aristotelicam in primis evertere. Ex eo numero qui esset, quasi familiæ suæ tesseram ambitioni vocabuli convenientem, gestabat digito annulum, lynce insculptum, quo significabatur, esse eos in rimandis naturæ arcanis perspicacissimos. Hæc porrò Academia auctorem habuit eum, quem diximus, Fredericum Principem Cæsium, literarum amatorem potiùs, quam peritum; mansitque tamdiu, quamdiu vixit auctor suus, qui illam quasi satam a se arborem omni officio industriâque colebat. Verùm eo mortuo, cùm Academici nullas haberent certas sedes, nec cæterarum Academiarum morem sequerentur, statis diebus in unum conveniendi; sed unico nominis splendore, & annuli mysterio omnis eorum disciplina contineretur: brevi Lynceorum memoria ita extincta est, ut eorum ad ætatem hanc nostram vix tenuis aura pervenerit. Præter Galilæum, & Ciampolum, coluit quoque Cynthium Clementem, eidem sectæ addictum, & insignem eâ tempestate Medicum. Ab eo Virginius Chimicis sacris initiatus, versari cœpit attentiùs in ejus artis experimentis, quibus præcipuè Aristotelis fundamenta convelli putabant. Eaq; ipsa experimenta convertit postmodum à destruendis Peripateticorum placitis ad fulciendam valetudinem suam, quæ jam & assiduo labore in studiis, & habitu corporis gracili propensoq; ad maciem, in deterius quotidie prolabebatur. Verùm hic quoque conatus, sicut alia multa quæ periclitatus fuerat medicamenta, irritus fuit, in dies magis magisq; superante vi morbi. Cujus rei cùm omnem culpam (vitio generis humani) conferret in inscitiam Medicorum, invehi vehementer eâ occasione solitum ferunt in insaniam temporum nostrorum, quibus ars illa, cui valetudinem nostram vitamq; credimus, tamquam humilis & plebeia, digna judicaretur, in qua illi fermè elaborarent, qui nullas vererentur violare majorum imagines, quiq; tenuitate plerumq; rei domesticæ, prohiberentur operam dare studiis ac disciplinis ad eam probè tractandam necessariis; instrumenta fundi, pascua, nomina, supellex, à viris honestissimis, patriciisque vendicarentur. Igitur cùm alterius cœli præsidium, reliquis omnibus frustrà consumtis, experiri constituisset, Bononiam iter intendit, non quòd situm illius urbis maximè opportunum duceret valetudini suæ, placidum alioqui temperatumq; cœlum desideranti; sed quòd in Bononiensi Gymnasio mereri stipendia dicerentur Medici præstantissimi, nec deessent literati viri, sine quibus, ut cetera adessent omnia, videbatur sibi Virginius in solitudine luctuq; vivere. Sed interceptus in itinere ab amantiss. sui Princ. Cæsio, Aquamspartam

Cæsiæ

autem, Ferrantem, utriusq; Signaturæ Referendarium, ac Petrum militem Hierosolymitanũ. Propinquitatibus verò multis magnisq; floruit, à matre præsertim. Nam præter Ursinam gentem, Beatrix, Cornelia, & Catharina Liviæ sorores, nuptui traditæ, cùm suis, tum suorum filiorum conjugiis, Sfortias, Columnas, Corneos, Pallavicinos, Malvetios, Altempsios, Cæsios, Borromæos, Madrutios, aliasq; subinde veteres familias & locupletes comprehenderant. In Virginio igitur eximia ab ineunte ætate indoles, & ad studia literarum singularis alacritas apparuit: adeò ut Bonifacius Cardinalis Cajetanus, acri vir, ut omnes sciunt, perspicaciq; judicio, septennẽ adhuc puerum cùm tractaret, ad omnia summa natum diceret, & incredibiles progressus in literis, si institutio accederet, augurari soleret. Celebre est, ac penè in consuetudinem proverbii venit, nihil Romanis pueris festivius, nihil elegantius fieri posse: prõtos, sagaces, dicaculos, ingeniosos, ad omnia disciplinarum genera mirè factos videri: ubi adoleverint, concidere sæpe vim illam omnem, ardoremq; animorum, & quasi Circæo aliquo poculo repentè mutatos, alios planè sensus, aliam sibi mentem induere. Verène id, appositèq; dicatur; an à Transalpinis hominibus, vetere erga Romanos odio, falsò jactetur, nihil laboro. In Virginio certè aliter se res habuit, ut posteà intelligemus. Novem fermè natus annos Parmam mittitur cum Alexandro fratre, quo procul à paternis deliciis, adeòq; ab iis occasionibus, quæ mentes adhuc teneras, & ad magna surgentes plerumq; enecant, intentiorem ad studia animum adjiceret. Antelata autem ceteris urbibus Parma, cùm ob celebritatem illius Academiæ excellentibus in omni disciplinâ magistris, Ranutii Ducis opera, florentissimæ, tum ob aviam Farnesiam: quo etiam nomine Ranutius venientem Virginium libenter domũ suam recepit, & pro ea, quæ intercedebat, conjunctione, benignè liberaliterq; habuit, quoad ea in urbe est commoratus. Mãsit autem ibi quinq; plus minùs annos: intra quod spatium nõ solùm ea omniá arripuit, quibus ad humãitatem informari solent ingenui adolescentes; verùm etiam totius Philosophiæ cursum confecit, præceptore Avanzino, qui Jacobi Zabarellæ in Gymnasio Patavino discipulus, Peripateticæ disciplinæ ludum in Parmensi aperuerat: tanta quidem cum laude, ut condiscipulos & percipiendi celeritate, & disputandi solertia longo intervallo omnes anteiret. Nec institutum intereà iter retardavit infortunium, quod illi accidit. Nam dum inter æquales in equestri ludo se exercet, (quod unicum habebat

bat à studiis laxamentum) refractarius equus, cui erat impositus, juveniliter exultantem, & superbè nimis imperitantem excussit, adeòque graviter solo illisit, ut pluribus locis crure confracto, præ dolore sensibus pænè omnibus destitutus, ultimùm vitæ discrimen adiverit. Quem casum major etiam paulò pòst calamitas excepit, Chirurgi imperitiâ. Cùm enim post duos menses, quàm decubuerat, experiri vellet, an rectè adhuc consistere pedibus posset, adeò perperam ac distortè conglutinata tibia apparuit, ut eam denuò perfringere necesse fuerit, & in eum statum revocare, quo ante curationem fuerat, quò rectius convalesceret, accersito ab Illiæo usque lacu, in Venetâ regione, probatæ artis Chirurgo. Horret animus eos cruciatus cogitare, qui denuò tolerandi Virginio fuere; qui tamen illos eo animi robore tulit, eâque constantiâ, quam in viro confirmatæ jam ætatis & sapientiæ non requiras. Igitur, ut eramus aggressi dicere: tantum abfuit, ut propterea studiorum suorum cursum intermitteret, ut per totum illud tempus, quo in lectulo confixus jacuit, (jacuit autem integrum propè annum) nihil ageret aliud, quàm ut cum viris doctis sermonem de literis institueret, præcipuè verò cum Patribus Soc. Jesu, qui ei frequentes, & ad omne promti officium assidebant. Quorum quidem vivendi ratio & institutum adeò Virginio arriserant, ut non semel de illorum amplectendâ militiâ cogitarit: eamq; animi illius propensionem perpetuam atque constantem posteà aperuit ultima ipsius voluntas, qua Ignatiano habitu efferri se velle cavit in testamento. Ea curatio cùm post mensem undecimum exitus tandem prosperos habuisset, eosque jam progressus fecisset in literis, quos operæ pretium esset in aspectum lucemque proferre, Romam, ineunte adolescentiâ, Virginius revertit, ubi magnum sanè virtuti suæ theatrum invenit paratum. Nam ingens hominum animos cupido incesserat videndi cominùs, & periclitandi ingenii, de quo tam multa, tam præclara omnium sermone afferebantur: erantque non pauci, qui suspicarentur, in adolescentulo primariæ nobilitatis, & morum formæque elegantiâ commendatissimo, efferri plus æquo omnia: ita verò solere fieri, ut qui aliis in urbibus maximo in pretio essent, & laude ingenii cæteros mortales anteirent, Romæ ita decrescerent, ut vix aliquo in numero haberentur. Virginius tn. adventu suo ita confirmavit rumores, qui de ipsius virtute atque ingenio percrebuerant, ut nihil jam in Urbe esset ejus nomine clarius;

essentque in eum, tamquam in aliquem ex veterum annalium memoriâ, conversi animi & studia Civitatis. Sive enim privatis eruditorum colloquiis de re literariâ sermo esset; sive in scholasticorum, quos vocant, arenam descenderetur; magna ubique ejus doctrina, magnum acumen, & fertilitas ingenii eminebat. Hæc autem efficiebat etiam gratiora præter generis claritudinem suavitas oris, formæq; dignitas. Quibus accedebat actio efficax, & sonus vocis elegans, ad aurium voluptatem accommodatus; ingenuus prætereà quidam pudor, & candor animi, pari cum humanitate erga omnes, & facilitate naturæ. Nam ad id quidem quod pertinet, extat inter ejus scripta Satyra elegans, quâ acriter carpit, vel potius irridet nobilium quorundam inscitiam, qui existimationem dignitatemque nominis, quam solidis ornamentis, ac verâ virtute non possunt, ostentatione generis ac potentiæ, & insolentis animi fastu consequi volunt. Nec parùm momenti habebat ad plausum laudemque Virginio conciliandam senilis quædam in primo ætatis flore maturitas, non illa quidem austera ac tristis, (nam hilariora nonnunquam convivia & congressus amabat, eratq; in jaciendo, mittendoque ridiculo perurbanus) sed quæ adolescentem deceret literis impensè deditum, & ab insitâ animi generositate, non fluxa & præsentia, sed ad memoriam illustria, & æterna respicientem. Ferunt, cùm ab æqualibus ad insigne spectaculum invitaretur, quod totius Urbis concursu celebrabatur, se verò id facturum negasse, nec eo se crimine velle adstringere, ut quo temporis spatio posset Olympicis, Nemeæis, Circensibus ludis, &, si liberet, etiam Floralibus, sine ullo incommodo aut strepitu, domi suæ interesse, mallet imperitorum artificum nugis, quantumvis sumtuosis, inter tumultus & vulgi angustias, oculos atque animũ prostituere. Maximos prætereà clamores excitabat memoria, quâ ita Virginius pollebat, ut integras sæpe Scriptorum paginas, pro re natâ, recitaret; & ubi interesset publicis disputationibus, (intererat autem ferè quotidie, certatim invitantibus iis, quorum ea solemnitas erat, quò tanti Viri præsentiâ illustrior fieret) essetque vel elevandum adversarii dictum, vel suũ confirmandum, sexcenta Aristotelis loca proferret ex tempore, iisdem penè verbis quibus reddita fuerant ab interprete: nam Græca adducere, nec moris est apud nostros homines, & ipse (institutum enim tenebo, nec alios patiar falsas Virginio laudes appingere) non nisi leviter attigerat Græcas litteras. Itaque

quecùm acerrimo ingenio parem memoriam, quod perrarò accidit, sortitus esset, & tempus omne, quod reliquum esset ab officiis ad tuendam vitam necessariis, teneret in commentationibus & tractatione librorum, brevi omnis reconditæ exquisitæque doctrinæ scientiam ita comprehendit, ut admirationi esset universis, nec jam se intra Italiam contineret illius gloria, sed mare & Alpes prætervecta, longè se ad ultimas terras, latèque diffunderet. Cardinalis quidem Bellarminus (quem virum parùm considerate quicquam, aut ad assentationem dixisse vel fecisse umquam, nefas esset suspicari) solitus erat dicere, videri sibi Virginium alterum Picum Mirandulanum, eum qui ob excellentiam ingenii, & doctrinæ, phœnix est nuncupatus. Quod sanè dictum & probabatur in vulgus, & utriusque genus, mores, formam, ingenium, studia, exitum ipsum vitæ ex æquo comparanti haud multùm absonum à vero reperietur. In cujus rei fidem subjicimus numisma, ex una quidem parte duobus phœnicibus insculptum, ex alterâ verò totidem imaginibus affabrè ductis, & extantibus; quarum prior Joannem Picum, Virginium Cæsarinum altera referebat.





Idem

Idem Cardinalis Virginio auctor fuit, ut tantam rerum optimarum scientiam, ingeniique præstantiam, quæ sibi divinitus contigisset, ad ipsius Dei gloriam, & generis humani fructum conferret, scribendo librum, in quo uberioribus argumentis, quam ceteri fecissent, magisq; ad sensum permanentibus, omnem dubitationem tolleret de immortalitate animorum, ad revincendam illorum pertinaciam, qui sacrarum literarum testimonio hac in re minimè acquiescerent. Et sane multa in id argumentum Virginius jam collegerat, colligebatque in dies, quò omnia suo tempore rectè & ordine digesta luculento volumine complecteretur; nisi præmatura postea mors egregium Opus, quemadmodum alia multa quæ moliebatur animo, intercepisset. Inter hæc non neglexit Juris quoque scientiæ, cujus Consultus fuerat Parmæ solemniter appellatus, operam dare, coacto etiam stylo, quo ceteroqui castigato utebatur, accommodare se formulis corruptæ Jurisprudentiæ. Verumtamen longè major illum voluptas ad mitia Musarum studia, & flagrantior cupido rapiebat, hominem præsertim non tam honorum & potentiæ, quibus vulgares animæ usque ad insaniam capiuntur, quàm laudis & gloriæ, qua magnæ mentes & erectæ in primis ducuntur, appetentissimum. Quamobrem, valere tandem jussis leguleiorum foriq; clamoribus, iterùm se liberalioribus literis totum tradidit, Theologicis præsertim, ac Philosophicis: quarum primas cum sacræ historiæ, Canonum, Conciliorum, ac Patrum cognitione conjunxerat; in ultimis verò, Doctore & Magistro Avanzino, de quo suprà memoravimus, ita usque ad illud quidem tempus Peripateticorum sectæ adhæserat, ut ab eorum placitis vel latum unguem discedere religio illi esset. Verùm ubi versari familiariùs cœpit cum Federico Principe Cæsio, ejusque auctoritate & consilio in amicitiam se dedit Galilæo, Joanni Ciampolo, aliisq; ejus disciplinæ hominibus, qui è cœlo se devocasse gloriabantur veram ac germanam philosophiam, hoc est, aliam planè ab eâ, quam Aristoteles tradidisset; primò quidem obluctari acriter eorum dictis, deinde ubi quotidianus sermo argumenti insolentiam cicuravit, haud gravatè aures, postremò etiam manus dedit. Itaq; veteris militiæ desertor & transfuga, ut sunt juvenum ingenia cupida rerum novarum, transitum fecit ad castra Lynceorum, (id nomen Academiæ fuit) quorum erat institutum inusitata rerum eventa, quæ terris, quæ cœlo acciderent, in disputationem vocare, causas sedulò indagare, & eorum observationibus; aliisq; experimentis, veterem omnem

omnem philosophiam, Aristotelicam in primis evertere. Ex eo numero qui esset, quasi familiæ suæ tesseram ambitioni vocabuli convenientem, gestabat digito annulum, lynce insculptum, quo significababatur, esse eos in rimandis naturæ arcanis perspicacissimos. Hæc porrò Academia auctorem habuit eum, quem diximus, Federicum Principem Cæsium, literarum amatorem potiùs, quam peritum; mansitque tamdiu, quamdiu vixit auctor suus, qui illam quasi satam a se arborem omni officio industriâque colebat. Verùm eo mortuo, cùm Academici nullas haberent certas sedes, nec cæterarum Academiarum morem sequerentur, statis diebus in unum conveniendi; sed unico nominis splendore, & annuli mysterio omnis eorum disciplina contineretur: brevi Lynceorum memoria ita extincta est, ut eorum ad ætatem hanc nostram vix tenuis aura pervenerit. Præter Galilæum, & Ciampolum, coluit quoque Cynthium Clementem, eidem sectæ addictum, & insignem eâ tempestate Medicum. Ab eo Virginius Chimicis sacris initiatus, versari cœpit attentiùs in ejus artis experimentis, quibus præcipuè Aristotelis fundamenta convelli putabant. Eaq; ipsa experimenta convertit postmodum à destruendis Peripateticorum placitis ad fulciendam valetudinem suam, quæ jam & assiduo labore in studiis, & habitu corporis gracili propensoq; ad maciem, in deterius quotidie prolabebatur. Verùm hic quoque conatus, sicut alia multa quæ periclitatus fuerat medicamenta, irritus fuit, in dies magis magisq; superante vi morbi. Cujus rei cùm omnem culpam (vitio generis humani) conferret in inscitiam Medicorum, invehi vehementer eâ occasione solitum ferunt in insaniam temporum nostrorum, quibus ars illa, cui valetudinem nostram vitamq; credimus, tamquam humilis & plebeia, digna judicaretur, in qua illi fermè elaborarent, qui nullas vererentur violare majorum imagines, quiq; tenuitate plerumq; rei domesticæ, prohiberentur operam dare studiis ac disciplinis ad eam probè tractandam necessariis; instrumenta fundi, pascua, nomina, supellex, à viris honestissimis, patriciisque vendicarentur. Igitur cùm alterius cœli præsidium, reliquis omnibus frustrà consumtis, experiri constituisset, Bononiam iter intendit, non quòd situm illius urbis maximè opportunum duceret valetudini suæ, placidum alioqui temperatumq; cœlum desideranti; sed quòd in Bononiensi Gymnasio mereri stipendia dicerentur Medici præstantissimi, nec deessent literati viri, sine quibus, ut cetera adessent omnia, videbatur sibi Virginius in solitudine luctuq; vivere. Sed interceptus in itinere ab amantiss. sui Princ. Cæsio, Aquamspartam

Cæsiæ

Cæsiæ gentis oppidum propè Spoletum divertit, mansitque ibi aliquot dies magnâ, quantum quidem per invaletudinem licuit, cum voluptate. Quippe Federicus, quò libentiores illic Virginium retineret, Bononiâ accerserat, præ cæteris Claudium Achillinum, Philosophum ac Poëtam, opinione quidem omnis Cisalpinæ Galliæ maximum, & Petrum Poterium rei Chymicæ egregium artificem, quibuscum alternas horas hilarè ac jucunde transigebat. Ac brevi tantum de veteri suâ sævitiâ morbus remiserat; ut vox etiam, quam pituitæ, vel alterius cujusvis humoris defluvio, ulceratæ fauces, jam olim interclu serant, ad officium rediret, ut Elegiâ quâdam ad Cynthium Clementem sibi ipsi effusè gratulatur. Nam cæteris ejus virtutibus non levi ornamento erat mira indoles, & dexteritas ad Poësim, præcipuè Latinam, in quâ Tibullum, Propertiumque, eruditorum judicio, feliciter expressit elegiaco carmine. Italicis etiam numeris se exercuit, adactus consuetudine Joannis Ciampoli, qui eo præcipuè ornamento aditum sibi ad laudem, & ad potentiorum limina patefecerat. Sed quamvis Virginius profiteretur maximè omnium precari sibi Ciampoli venam & characterem; longè tamen diversa via uterque illorum ibat ad carmen. Virginius æquabile & temperatum sequebatur scribendi genus, perspicuum, grave, simplex, quod seriò rem ageret, & in quo Latii veteris incessum facilè agnosceres; in Ciampolo liber spiritus, nova omnia, concitata, grandia, inaudita, plena periculi & audaciæ, ad Pindarum aspirantis, quę propterea omnem ad se raperent admirationem theatri. Quam scribendi rationem perperam imitati posteà, qui se Pindaricos dici volunt, in tam absurdos errores inciderunt, ut ex plurimis, quæ aliquot ab hinc lustris irrepserunt in Rempublicam literariam hæreses, nulla, ut viri quidem sapientes judicant, fœdiùs Italicæ juventutis ingenia corruperit. In his, quæ scripsit maternâ linguâ, multa reperiuntur etiam amatoria, satis pro argumento verecunda & sobria: quæ tamen Auctor posteà improbavit, tamquam imbecillâ adhuc ætate scripta: & superat eorum numerus, quæ hominem philosophum, & à vulgi erroribus alienum magis deceant, quæque Christiano Poëta digniora videri possint. Qua etiam in re secutus est Ciampoli auctoritatem, suadentis, honestissimam secum provinciam susciperet, ad meliorem frugem moresque revocandi Etruscas Musas, quæ nonnullorum vitio, nihil jam sancti aut casti haberent, sed cujusvis è vulgo libidini prostitutæ in obscœnis tantùm & procacibus argumentis occuparentur. Virginius itaque à ju-

à juvenili licentiâ ad graviora ſtylo converſo, moralis Philoſophiæ præcepta, quod nemo adhuc ante ipſum ex propoſito fecerat, aggreſſus eſt carminibus tradere, ut etiam profitetur Ode illâ, quæ Procemium inſcribitur. Et quia ad informandos optimis moribus animos duplici præcipuè viâ ac ratione niti oportet; ad honeſta videlicet incitando illos, & revocando à turpibus, utramque Virginius complexus eſt: illam quidem pluribus Odis (cantiones noſtri vocant) ad varios amicos ſcriptis; hanc verò nonnullis Satyris Luciliano aceto perfuſis, in quibus ætatis ſuæ vitia perſtrinxit acriter: quandoque etiam perſonis potentiâ vel dignitate illuſtribus, quâ erat animi libertate ac ſpiritu, in os involare non dubitavit; ſed animi tantùm gratiâ, & experiundi eo in argumento ingenii, non quòd ulli mortalium inuri notam ſuis carminibus vellet. Cæterùm quò fideliorem literis ſuis operam daret, in ſuperiorem paternę domûs contignationem ceſſerat, nec eò quemquam ferè admittebat, præter illos, qui pari erga Muſas animo eſſent, paribus ſtudiis ducerentur. Hos enim ad ſe venientes, omnibus humanitatis officiis excipiebat: cum his diſſerere, lectitare, cōvivari, deambulare, dies integros cōmorari: cum eiſdem communicare lucubrationes ſuas impensè prius rogatis, diligenter animadverterent, & ſi quæ minus probarent, atroci ſtylo effoderent. Quorū quidē nōnullos aliēa ope & præſidio indigētes aluiſſet etiā domi ſuæ, ut ſolebat ſæpe deſiderare, ſi perteuitatem rei domeſticæ licuiſſet. Verùm bonorum paternorum ſumma, unà cum Ducatu Civitatis novæ in Picenis, aliiſque in agro Latino oppidis, ad grandiorem natu fratrem, more apud nobiles familias recepto perveniſſet; ipſe tertio loco genitus eam pecuniam annuatim percipiebat, quæ cùm per ſe ipſa ſatis exigua erat, tum verò parùm attentè adminiſtrata, (ut ii faciunt, quibus ſeriò occupatis in ſtudiis literarum ingrata omnino atque odioſa accidere ſolet rei familiaris procuratio,) ægrè in annuos ſumtus ſuppeditabat. Quò fiebat, ut gravi ſe nonnumquam ære alieno obligaret; quod poſteà Dux ipſe ad arcendam notam, quæ in ſe etiam redundaſſet, moleſto quidem animo, ſed exſolvebat tamen. His anguſtiis ut obviam aliquando iret, litem cum eodem Duce inſtituerat, qua petebat, ut liberalior ſibi in ſingulos annos penſio decerneretur, prout ultimis illis temporibus major facta fuiſſet acceſſio ad patrimonium Cæſarinæ familiæ, ad cujus facultatem reſpexiſſent Majores ſui, cùm ſecundo loco genitis annuos præſcriberent reditus.

tus. Sed Mapheus Cardinalis Barberinus, quem ingenii studiorum similitudo Virginio quamvis longè natu minor familiarissimè conjunxerat, ei persuasit, ut omni contention sublatâ, quietè cum fratre & concorditer viveret; quòd ita deceret preclarum virum, eaque esset certior ratio extorquendi ab illo pecuniam. Eo interim in otio, & quasi malaciâ literarum, non licuit Virginio diutiùs vivere, ipsum inter Cubicularios intimos cooptante Gregorio XV. operâ Joannis Ciampoli, qui Pontificio nomine exarabat epistolas ad Principes. I ubi ad illum honoris gradum est admotus, nihil habuit antiquius, quàm ut significationem aliquam Virginio daret grati animi, & beneficiorum memoris, quæ plurima ab eo, insigniaque acceperat. Erat Gregorio à Secretis, in iis quæ ad statum curamque Reipublicę pertinent, adeòque non mediocri auctoritate & gratia in aula florebat Joannes Baptista Agucchius Bononiensis, vir cùm cætera clarus, tum verò scribendi Italicè, & rerum per literas gerendarum laude clarissimus. Ejus commendatione Ciampolus sicut ipse in eum locum pervenerat, ita facilè est consecutus, ut Virginius ad eum, quem diximus, honoris gradum ascenderet. Sunt qui credant, Virginium, ubi primum in Palatium pedem intulit, veteris instituti oblitum cogitare cœpisse de antevertendâ Purpurâ Alexandro fratri, cui quamvis tenuioris ingenii homini, tamen uti & natu grandiori, & aliquot jam annos constituto in publico munere, deberi potiùs is honos videbatur: tantumque brevi vel suâ industriâ, vel amicorum ope profecisse, ut cùm Gregorius lento quidem, sed gravi conclamatoque morbo implicaretur, ad illustrandam præclaro aliquo facinore memoriam extremi temporis, de Virginio Cardinale creando in primo conventu Senatûs, unà cum duobus aliis viris ornatissimis, Agucchio ipso, & Angelio Cæsio, consilia inirentur; quæ tamen Pontificis mors citiùs, quàm credebatur, consecuta discusserit. Alii verò postremæ quidem parti assentiuntur: quòd verò pertinet ad præripiendum fratri honorem, commentos fabulam putant aulicos homines, Virginium non ex ipsius virtute & altitudine animi metientes, sed ex moribus, & naturâ imperitæ multitudinis, quæ abduci numquam potest, ut minimè credat insanire eos homines, qui nihil ducunt præclarius vitâ rectè sapienterque traductâ. Adduntque, Virginium non repugnantem potiùs, quàm volentem pertractum fuisse in Aulam Pontificiam, clamante subinde Ciampolo, indignum esse viro magnanimo, præsertim philosopho, cùm scias humanam societa-

tem

tem mutuis officiis contineri, nullam velle Reipublicæ partem attingere; cùmque literarum adeò sis amans, occasiones aversari illas, quibus literæ polluntur; non prætermittendam opportunitatem juvandi amicos, & industrios homines, nec ea munera recusanda, quæ, nisi à probis viris sapientibusque occupentur, improbis & injustis, magnâ cum Dei offensione, Reique publicæ incommodo sint committenda. Mortuo Gregorio, & in ejus locum Urbano Octavo Pontifice renunciato, statim ejus Cubiculo Virginius præficitur: idque tribuisse Urbanum opinio fuit, non tam veteri benevolentiæ, qua ejus indolem ab ineunte adolescentiâ complexus fuerat, quàm recentibus ejusdem erga se meritis. Cùm enim Mapheo Cardinali Barberino dudum subirati Hispani essent, suæque erga illum voluntatis non obscuras dedissent significationes; ægrè illi, ut existimare quivis facilè potest, ad Summum Pontificatum aditus patuisset; nisi Virginius à Francisco de Castro Regis Hispaniarum ad Pontificem Oratore, & Didaco Saavedra, qui consiliorum omnium Francisco particeps erat, sæpius urgendo impetravisset, æquiore in tantum Virum animo esse vellent, & auctores fieri, ut is cum Rege Catholico in gratiam rediret. Jam olim enim Virginius, manuducentibus literis, & re Poëticâ; insinuaverat se in utriusque illorum familiaritatem; quemadmodum etiam Mapheo egregiè conciliaverat Gasparem Cardinalem Borgiam Hispanicæ factionis moderatorem ac ducem, qui quamquam durior ad hæc studia videbatur, facilè tamen suavitate morum Juvenis nobilissimi, & miræ in tractandis conciliandisque animis dexteritatis ita captus est; nihil ut esset, quod non ejus causâ faceret libentissimè. Certè si in Pontificibus creandis quicquam humanæ opi tribuere fas est, ac non potiùs sola tam arduo in opere & sacrosancto Voluntas Divina dominatur, egregiè meritus de Urbano Octavo Virginius eo facto videri potuit. Ad eum tamen fortunæ gradum tantam animi æquitatem & modestiam attulit, ut eorum qui apud Urbanum aliquo loco essent, nemini minùs licere videretur: tantumque abfuit, ut eos imitaretur, qui ad potentiam opesque ex insperato evecti efferuntur fastidio quodam & contumaciâ; nullum ut suaviorem ex eo loco fructum percipere se fateretur, quàm sublevandi veteres amicos, eos præcipuè, qui destituti re familiari, ingenio, & literis abundarent. Itaque brevi illo tempore, quo in eâ dignitate vixit, eorum quàm plures, prout cujusque conditio ferebat, aut in familiis virorum Principum, aut honesto aliquo in munere col-

 loca-

locavit. Aliquos etiam apud se retinuit: in his Augustinum Mascardum, quem Parmæ cognitum, hospitis & contubernalis loco habebat; & Franciscum Balduccium, cujus operâ utebatur in scribendis epistolis, virum ad Poësin omnino factum, si acrioris limæ labor, & uberior cognitio artium optimarum ad ejus ingenium accessisset. Alios verò, qui cùm nihil domi pingue haberent præter ingenium, inani tamen scientiæ opinione inflati, sæculum incusabant, ut ferè fit, quòd jacêre literas pateretur, molliter atque urbanè admonitos erroris, in quo erant, hortari solebat, relictis studiis literarum, aliam omnino artem magis accommodatam humeris suis, aliud vitæ genus aggrederentur. Eaque Virginii libertas meliora suadentis, multis, qui nullam in tanti Viri dictis subesse fraudem poterant suspicari, saluti fuit. Tam illustri loco positum Virginium, cùm publica exspectatio, tum verò Urbanus ipse Purpuræ destinabant. Verùm quod illi aliena mors paulò antè abstulerat, sua tunc abstulit. Nam intra vertentem annum, ex quo Pontificio Cubiculo præerat, extremâ jam macie confectus, fato, quod jamdiu forti erectoque animo opperiebatur, tandem concessit, Kal. Aprilis, anno M.DC.XXIV. Constans autem opinio fuit; mortem illi maturavisse Præfecturam Cubiculi, cui ut frequens adesset, adeòque palàm Pontifici faceret, se integras ad Purpuram vires allaturum, affecto corpori, & quietis indigenti minimè parceret. Virginii quidem mortem adeò graviter tulisse fertur Urbanus, ut per aliquot dies, ubi de illo mentio incideret, lacrimas non haberet in potestate: &, cùm Alexandrum Virginii fratrem Cardinalem creavit, professus sit, se potiùs Virginii memoriæ, quàm Alexandri promeritis illum honorem tribuere. Quàm carus autem Civitati fuerit, mœrore funeris indicatum est. Senatûs enim, Populique Romani decreto, in Palatio Capitolino statua illi posita est, doloris publici testis, cum inscriptione Joannis Ciampoli:

VIR-

VIRGINIO
CÆSARINO
QUIRITIUM SAPIENTISSIMO,

CUI TANTA INGENII VIS,
UT DOCTUS ETIAM HABERI POSSET
SINE LITERIS
TAM AMPLA LITERARUM SUPPELLEX
UT ADMIRATIONEM MOVERE POSSET
ETIAM SINE INGENIO:
QUEM TANQUAM URBIS MIRACULUM,
ET NOBILITATIS ORNAMENTUM
TUM INDIGENÆ, TUM CONVENÆ PHILOSOPHI,
POETÆ, ET RHETORES INVISEBANT,
SUA QUISQUE DECORA
IN HUMANISSIMO MOECENATE MIRANTES:
CUIUS JUVENTUTI
PERTINAX DOCTRINARUM STUDIUM
SENILIS PRUDENTIÆ
GLORIAM COMPARAVIT,
JUVENILIS VALETUDINIS ROBUR ERIPUIT:
QUI FACTUS ADOLESCENTIBUS
EXEMPLAR VIRTUTUM, ET PARENTIBUS
MENSURA VOTORUM,
NONDUM TRIGESIMUM ANNUM INGRESSUS
MORTEM OCCUBUIT IN VATICANO,
SAPIENTIBUS LUCUBRATIONIBUS,
ET PRINCIPUM LACRYMIS ILLUSTREM:
CUI PONTIFICII CUBICULI PRÆFECTUM AGENTI
URBANUS VIII.
ECCLESIASTICÆ PURPURÆ DECUS
A PRÆPROPERA MORTE
EREPTUM FUISSE CONQUESTUS EST:
EIDEM PUBLICIS EXEQUIIS COHONESTATO
S. P. Q. R.
ANNUENTE PONTIFICE.
INTER TRIUMPHALES DUCES IMAGINEM
ET MONUMENTUM DECREVIT,
NE MINUS LITERARUM GLORIA,
QUAM ARMORUM
CAPITOLIUM DECORETUR.

Apparatissimo funere elatum ad D. Mariæ de Ara cœli, Alexander Gothifredus S. I. Patritius Romanus pro concione laudavit. Humoristarum item Academia Virginio (qui honos, ex instituto illius loci, viris tantummodò fama ingenioque maximis haberi solet) justa persolvit, Augustino Mascardo clari jam tum nominis Oratore verba faciente. Cujus Oratio excepta de more est à Poëtarum carminibus, quorum magna pars ereptum sibi Mœcenatem suum certatim dolebant, veroque luctu, non ad ostentationem ingenii simulato, funus prosequebantur.

SCRIPTA.

Satyra, de quorundam nobilium inscitia.
Poëmata, sub titulo: Septem Illustrium Virorum Poëmata, editio altera priori auctior & emendatior: *Amstelod.* 1672. in 8.
Carmina quædam patrio sermone conscripta & edita.



PIC-



PICCARTOMNEMA

Hoc est

MEMORIÆ

Magni illius & Incomparabilis Philosophi

MICHAELIS PICCARTI,

Fran. ab oblivione vindicatæ.

à

FRIDERICO ROCHSIO PRUTENO.



Uàm tristem illustrem hanc Academiam, quàm tristem Magnificum & Nobilissimum florentissimæ Reipub. Norimber. Senatum, quàm tristes Amplissimos ac Præstãtissimos Juvenes, quàm tristem totam hanc civitatem omnesq; incolas, tristissimus & insperatus Excellentissimi Philosophi Michaelis Piccarti Professoris hujus Universitatis Laudatissimi, obitus effecerit, tritissimum tempus testatur; testantur consensu unanimi, cives prænominati Illustres, ut silentio summum Nobilissimorum Clarissimorumq; Academiæ hujus Procerum præteream dolorem: Nec mirum, is enim Philosophus mortuus est, quem summa eruditio, quem summa ingenii dexteritas inter literatorum Principes collocandum putarunt non immeritò; ita ut non dicam ingratos, sed ingratissimis ingratiores essent hi, qui tam Nobilem Philosophum tam citò oblivioni traderent, cujus immortalitas non tantùm hanc sed &

cæteras Academias occupavit & ita occupavit, ut nũquam Piccarti nomen oblivio aliqua tollere possit. Ne verò Magnifici Patres ac cives academici, illud mihi vertatur vitio, quòd more laudabili consuetudine ductus; summa viventis adhuc humanitate invitatus, ultimum pietatis hoccè officium, primus hoc è loco præstare voluerim, obsecro; Non judiciorum me latuit varietas, non alia quæpiam, quæ me à proposito hocce revocare potuissent quàm facillimè; Probè enim hoc mihi notum, quàm periculosum in conventu dissertissimorum hominum sit dicere, ita ut disertissimi quiq; homines, hoc deterriti periculo, potius alio se involvere silentio, quàm tantorum hominum judicio sermones suos subjicere, maluerint: Non in dicendo infantiam ignoravi meam, dissertissimum absquè omni ambitionis suspicione me, vestrorum omnium consensu dicerem, hoc è loco rectè verba facere si possem; Hanc verò laudem Eloquentissimi quiq; homines obtinere cùm non potuerint, summæ audaciæ temeritatisvè me reum ipse dicerem, si ad hanc, cùm me nec naturæ instinctu nec erudito sermone eò devenire posse, perspectum cognitumque haberem, aspirarem; Non me certè gloriola, non ingenioli ostentatio splendidissimum hunc ut conscenderim locum effecit, sed unica pietas, unica tanti Philosophi autoritas id apud me obtinuit, ut diebus hiscè in feriis præter morem & consuetudinem hujus Academiæ Vestrorum Magnifici Patres, Illustres, Generosi, Nobilissimi, Excellentissimi cives Academici, sepositis variorum judiciis, præsentiam expetiverim: Ad hæc multa accedùnt alia, præter enim summum tristissimæ relictæ viduæ, tristissimorum liberorum dolorem meritò sedandum & illud sese offert, ut aliis quod pietatis officium vivens mortuis exhibuit, idem illi piè defuncto & jam humato exhibeatur: Carmina erudita & ingeniosa id perhibent quàm plurima: Testatur elegantissima illa oratio, quam honori magni illius JC. Scipionis Gentilis, cujus nomen omnibus tam Germanorum quàm exterorum hominum academiis sacrum & immortale est vobis de eodem hoccè loco exhibuit. Idem quod munus, non eadem orationis licèt elegantiâ, eâdem attamen pietate in me dum recipio, Vestram ego Magnifice, Illustres, Nobilissimi Præstantissimiq; Auditores benevolentiam & attentionem unicè peto & expeto, non dubitans, quin eandem, quam vivo nostro Piccarto exhibuistis; mihi de piè demortuo eodẽ, aliquid dicẽti, sitis exhibituri. Sum̃ę sum̃a hac in

mise-

miseria felicitatis putantur hæc: bene nasci bene educari ac vivere, bene denique mori; quæ singula Magno nostro Philosopho, vestro jam concesso favore applicare mihi animus est. Simonidem referente Ammiano Marcellino dixisse ajunt auditores, Bene perfectâ ratione victuro, ante alia patriam debere esse gloriosam; quam gloriam ne nostro quoque Piccarto defuisse quispiam ejusdem ignarus autumet; eo illum in loco, cujus prudentissimi rerum observatores sine admiratione mentionem facere erubescunt, sciat natum. In præcellentissima enim & præpotenti Norimbergensium urbe, lucis hac usura primùm uti cœpit; cujus urbis laudes ne disertissimos quosque Oratores satis decantare posse, nullum nec mihi, nec, ut puto, vobis dubium esse potest; quippe cùm nec principium cernere, multo minus finem assequi humanitati videatur esse conveniens; Nihil enim hîc quicquam quod vel ad externam magnificentiam & splendorem, vel ad interiorem politiæ constitutionem, vel ad summum Religionis & pietatis officium non faciat, cuipiam intueri contingit. Non antiquitatem meâ hâc oratione persequi, utpote quam neminem vestrûm ignorare sat scio, mihi mens est; Non situm, non aëris clementiam jam, cùm Lippis, ut ajunt, & tonsoribus hæc sint notissima, attingam. De ædificiorum cùm publicorum tum privatorum splendore, quantum possem, dicerem, alio si in loco mihi verba facienda essent; Non, quamprimùm civitatem hanc ingressus florentissimam, mihi summa defuit admiratio. Præter enim summa ecclesiarum domicilia, admirabar summum illud & magnificentissimum Senatorum ædificium; admirabar privatorum domus splendidissimas, quas aut omnes aut perpaucis exceptis quadrato è lapide exstructas cernebam; Turres, Muros, & alia tantæ altitudinis ibi videbam, ut contra omnem vim externam, ab incursionibus judicio omnium judicaverim liberrimam & securissimam. Armentaria tantorum tamque variorum armorum copiis instructa quamprimùm videbam, En! mox multitudine ita obruebar, ut quæ primùm videram, consideratione aliorum, memoriâ jam exciderint: Ingeniosissima & ad hostem & depellendum & persequendum convenientissimo, ibi se admirabili in copia armorũ offerebant genera; quę singula singulatim proferre tẽpore tam exiguo, unius hominis non capit memoria. Sed publica hęc de secretis & privatis miseri rerũ observatores judicare

quid possunt: illa omnibus ferè: hæc nisi quibusdam p-sent: quotquot ego Historicos hac de Republ. legi, nul mihi ita satisfecit, ut dierum duorum aut trium spatio, ab i dem notatis præsuppositis, non plus certa relatione ad me d venerit: Non quòd vel negligentiæ cujusdam illos accusa ambitiosève hanc mihi diligentiæ laudem ascribere velim hæc à me dicuntur, sed quòd post divulgatas & in publicum e missas illorum observationes, aliæ quotidiè crescant & publicentur. Infinita adhuc hujus generis sunt alia, Auditores, quæ observare & enarrare non hominis peregrinantis, sed civis inhabitantis diligenterque notantis, essent: His accedit & illud quod tanta diligentia tantâve cura Granaria publica observent, ut ibi frumenta quædam centum & sexaginta annorum asservari certò sit certius; o laudabile laudabilis Reip. institutum, an non innumerabiles urbes, quæ fero, quæ omnibus generis stratagematibus evinci non potuerunt, suâ libertate ad præsens usq; tempus fruerentur, nisi fame, se suosq; hostibus offerendi, coacti fuissent exempla obvia sunt quàm plurima, quæ silentio, nimium nè mea excrescat oratio, meritò prætereunda. Prioribus summam amœnitatem summâ in sterilitate, cùm non absq; admiratione hæc exaudiantur, quin adderem mea ipsius effecit admiratio: Atenosa & nullarum verè rerum capax hęc terra, quæ tamen diligentia & alacritate civium ingeniosissimorum ita exculta, ut ad quoscunque fructus jam ferendos sit aptissima: Hortos tanta in copia, tanto in splendore, tanta in fructuum varietate vix ac vix quidem in ullo Germaniæ loco inveniri puto; copiam adesse in multis locis, equidem non inficias, tanto autem in splendore tantavè in fructuum varietate vix credere possum: Magnificos ob domus obstupui, quæ ita & quo ad aspectum exteriorem & interiorem erant exornata, ut absque ulla repræhensione principum potius pallatia quàm privatorum dixeris esse delitias, sed magis adhuc obstupesces, si in fructuum varietatem ac varietatis tantæ tam accuratam & dispositionem & conservationem accuratius paululum animadverteris: Herbas & fructus verè omnes ex Italia aliisvè longè hinc dissitis locis maximis huc sumptibus allatos cernes, qui hiberno tempore, ne aliquid patiantur damni tanta servantur cura & industria, ut potius fidem habere dictis, quam molestiæ te tantæ immiscere malueris: & ut multa brevibus complectar; delitiæ quæ antea nonnisi Italicæ, jam & Noricæ factæ sunt; sed tanta hæc non sunt, ut his majora longè non inveniantur;

Ad-

Admiranda hìc civium multitudo, quam in incredibilem verè numerum Historicorum extendunt monumenta ita ut quinquaginta duo millia civium ibi numerari perhibeant; Quorum Patricii quidam, quidam mercatores, quidam Operarii & artifices: Singulorum horum auxilio factum, ut tantam celebritatem & immortalitatem non tantùm in tota Europa, sed & apud extremas terrarum orbis Gentes hæc adepta sit Respub. Patriciorum tanta in Rempubl. exstant merita ut non immeritò per tot jam retrò sæcula summum summi honoris fastigium tenuerint & adhuc hodie teneant: Nec Mercatoribus nec artificibus ingeniosissimis in hoc immortalitatis opere promovendo laus deneganda: Illi rerum variarum permutandarum exercitii non hanc duntaxat sed & totam Germaniam variarum rerum abundantia condecorarunt quàm maximè; Hi artificiosissimis inventionibus id præstiterunt, ut quod antea non nisi maximis sumptibus ac molestiis ab exteris nationibus longè curisvè minimis hìc inveniatur, ita, rebus in hisce quam magnam etiam exteri laudem per longum jam tempus obtinuerint, factum, ut majorem longè in iisdem cogantur retribuere; eò imò res deventa, ut minima licèt res sit, maximo tamen ob loci præstantiam, habeatur in prætio. Magna & mirabilia hæc esse, ipsa ultrò profiteri cogitur invidia: sed & majora & mirabiliora hæc longè esse possunt, qui factum, quod tantorum hominum in varietate ac multitudine, nullæ factiones seditionesvè per tot jam tempora exortæ; cùm aliis in Rebuspubl. id frequenter usu venire constet? Hoc ipsum est, quod admirationem Imperatori Ferdinando attulit, qui tot tamq; varios homines intuens à Nobilissimo Senatore Antonio Tuchero, qua ratione tanta multitudo in officio contineri posset, quærebat? qui prudentissimè respondit; Bonis verbis & gravibus pœnis; quam multæ Respub. in hæc impingant præcepta nulla indiget demonstratione; quæ nullis admonitionibus præmissis ad maxima pœnarum genera progrediuntur, ut sic non meliores sed pejores magis suos efficiant subditos, imò & jam desperatos, hinc illæ factiones hinc illæ seditiones eversionesvè suum trahunt principium. Præter pietatem æqua legum constitutio, moderata civium compellatio & severissima denique in ultro delinquentes animadversio, verè beatam efficiunt Rempubl. eamque & conservant & adaugent & amplificant quæ omnia in prænominata Norimbergensium Republica ita observantur ut cottidie nobis

bis versentur ob oculos; quam legum ferendarum æqua constitutionem amplectetur, singulæ singulatim si ab... cerentur demonstrare possent; Quam moderata civium ... fiat compellatio vel inde facilè potest colligi, ut si quæ ... xę, si quæ oriantur inter cives controversiæ duo mox Senato... eligantur, qui quomodo eas componere possint, unicè stu... dent: quòd si hi nihil obtineant, rem toti ordini Senatori... deferunt, qui postmodum re cognitâ, non nisi gravi pœn... delinquentem dimittit. O legem egregiam, hâc ut rixaru... compositio facilior, hac ne judicia reddantur elusoria effic... tur; Hinc nullæ jam tergiversationes, nullæ preces; inte... cessiones nullæ obtinent quicquam, quominus decret... non satisfiat. Pietatem hîc si quis esse summam neget; hui... summa ejusdem monumenta respondent; quamprimùm enim Christianorum nomine gaudere ipsi divinitus concedebatur, mox templa mox scholas mox alia quæpiam ad religionem facientia ædificare liberaliterve conservare omnibus annitebatur viribus; donec tandem clariorem Evangelii doctrinam amplexa; clariora itidem tum longè pietatis monumenta erigere incœpit: per multa alia sicco quasi pede ut prætere am, unica hæc, quam quotidie intuemur, quâ quotidie utimur Academia exemplo potest esse luculentissimo: Quam magnificè à primis constitutionis temporibus in hunc usque diem eadem sit conservata, magnis stipendiis adaucta & ampliata, neminem nostrûm, nisi eum, qui se in hoc loco vivere nesciat, latere potest; sive enim domicilii Academici magnificam exstructionem contempleris, eam certè cum maximis certate de palma ultro citroque profiteberis; si maximam illam in seligendis dexterrimis Professoribus sedulitatem dextrè interpretari velis, tantam tibi certè illi, de quibus prospexere, aperient, ut eandem summis laudum encomiis extollere, ipsa mandabit religio: Jurisconsulto... quos præ cęteris semper claros habuit præterire jam non pos... sum; Magnus hic Donellus fuit, qui summæ perspicuitatis in jure Magister nuncupatur, qui præter expeditam & subtilem juris scientiam summus teste Frehero Orator fuit; hi... licet sæpius à Magnis Principibus vocatus non tamen han... Academiam deserere & summos Literatorum Patronos Norimbergenses offendere voluit. Giphanius hîc vixit, cuju... scripta quotidie adhuc circumferuntur. Wesembeccius hi...

el...

clarus fuit, quem postmodum Illustrissimi Duces Saxoniæ, ex Amplissimi Senatus Norici concessione ac dimissione nacti sunt. Magnus ille Scipio Gentilis hic docuit, cujus adhuc scripta non nisi cum admiratione leguntur, nec hic avocationibus liber fuit; Gallia enim illum petebat, desiderabat Academia Heidelbergensis, voluit illum Clemens Octavus Pontifex Romanus, qui liberrimo illum potius religionis exercitio uti, quàm eodem carere maluit, magnum Pontificis Romani promissum, ut quod alii maximis donis summaque vi obtinere non potuerint virtute ac scientia hic obtineat: Unanimi consensu ab Illustrissimis Hollandiæ Ordinibus expetebatur; sed frustrà ab omnibus, hic enim benè mereri ac mori, quàm maximis ibidem laboribus ac difficultatibus se implicare, maluit. Summus ille Rittershusius hic professus, cujus etiam laudes immortalitas cœpit: Nec in hunc usque diem hanc Norici deposuêre curam; omnium enim facultatum Doctores & jam habent, quorum viventium adhuc non minor gloria circumfertur; nomina eorum prioribus apponere adulationis vetat suspicio. Tantum semper Pietatis studium fuit Norimbergensium, ut ob id & ob alia innumera semper Magnis Imperatoribus Regibus ac Principibus fuerint charissimi; à quibus quid honoris præ cæteris ad illos devenerit, paucissimis addere esset æquum, postularet continuatæ orationis series; verùm quia diutiùs, mihi quam proposueram, à Nostro sum digressus Piccarto, ad eundem ut revertar propositi jubet ratio. Hac in præpotenti Republ. Noster Piccartus natus Anno millesimo quingentesimo septuagesimo quarto die vigesimo nono septembris; Parentibus piis & honestis: Patre M. Johanne Piccarto, cui hoc honoris defertur, quod primus à fundatione hujus Academiæ Professor ac Ecclesiæ Minister fuerit; Mater Anna Kirchbergerin/ cujus adhuc familiæ viri in prænominatâ Republ. Doctissimi exstant ab his ut pijs, non nisi ad pietatem, ut honestis non nisi ad honestatem fuit educatus, donec tandem demonstratâ jam indole studiis censeretur ab omnibus aptissimus; quam ita postmodum demonstravit ut anno ætatis decimo quinto gradum Baccalaureatus maximo cum Parentum aliorumvè applausu obtinuerit, qui postmodum tantum discendi ardorem ac cupiditatem in eo excitavit, ut à studiis illum nec otium abstrahere, nec avocare voluptas,

nec

nec somnus retardare nec abducere alia potuerint, quibus ci adolescentia frequenter solet, ut diligentiâ, post bienniū summum in Philosophia gradum sit nactus, eo adhuc tempore Illustribus ac Nobilissimis, contra quam hodie, non fuit d decori titulus, eo adhuc tempore, ubi non pueris non parū aut nihil scientibus (quod evenire hodie quarundam universitatum testatur mos) hæc offerebatur laurea; admirandur profectò tantæ ætatis juvenem, tam doctos in tota Philosophia fecisse progressus; Nec hoc condecoratus præmio acquiescendum sibi esse putabat; non enim quorundam inan persuasione ducebatur, qui tumulum modò habeant, qua v eundem sint adepti ratione parum contenti; totum se eruditionis opus devorasse; sibi imaginantur; sed maxima industria maximave dexteritate tum sibi tum commilitonibus & legendo & disputando præivit, donec tandem summum ingenii acumen summa docendi dexteritate ita eluxisset, ut Nobilissimus Scholarcharum Ordo eundem Professioni publicæ meritò præficiendum putasset; O exemplum imitatione & notatu dignissimum; Primum Germaniæ nostræ hoc asscribebatur ut tardè nimis pueros studiis tribueret secundùm illud Poëtæ.

Namq; ferè nuper Germania nostra solebat
Non pueros studiis sed dare penè viros.

è diametro Piccarti nostri exemplum stat, cui munus tantum in juvenili ætatis flore fuit datum atq; concreditum. Anno itaq; Christi millesimo quingentesimo nonagesimo nono, divinæ illius artis Logices, qua sine nec rerum explicationem veram, nec veritatis à falsitate dijudicationem genuinam cuipiam, nisi extraordinariè, contigisse, Sole ipso clarius est; Professor factus, cui, sibi demandato muneri summo perspicuitatis ardore ita satisfecit, ut nullus quispiam, nisi qui apertissimæ veritati in os contradicere voluerit, de ejus vel negligentia conqueri, vel perspicuitate dubitare potuerit. Eodem ipse anno matrimonium sibi proposuerat incundum, ubi non splendidas divitias non familiæ Magnificentiam non alia quæque externa in puellæ electione perpendebat, sed unicè vitæ castitatem & probitatem intuebatur; divino itaq; implorato auxilio sibi viri optumi Johannis Zimmermanni civis & Architecti Altorphini filiam optumam Barbaram elegit, qua ad extremum usq; vitæ halitum omni in pietate maximo in amore, summa benedictione divina vixit & ita vixit, ut & illa Mater Pater & ille tredecim liberorum factus sit: Benedictionem hinc illi divi-

divinā, neutiquam defuisse, conjectura facilis. Nec hoc in statu eruditum & ad summa tendens hocce pectus acquiescebat, sed quantum præter curas domesticas licuit, omne studium speculationibus utilitatiq; Auditorum tam publicè quàm privatim impendebat, donec tandem professione hac laudabiliter omniumque Auditorum cum fructu hactenus provisa Magnifici Scholarchæ eum solvissent, & professioni tum Poëtices tum Metaphysices illum adjudicassent, jam enim tum acutissimum ipsius ingenium toti innotescere mundo inceperat, disputationes acutè non tantùm conscriptæ, sed & accutissimè defensæ omnium jam versabantur in manibus; Poemata varia suavitate incomparabili nulli non erant cognita, & ut in amplissimo hoc dicendi campo, summatim dicam, nihil jam in nostro erat Piccarto, quod non imitationis exemplum jure merebatur, omnes ibi cumulatim virtutes concurrebant, ut nihil quod non virtuosum cuipiam in eodem videre licuerit; ordine persequi omnes, merita ipsius flagitant innumerabilia, vult obsequium quo illi devincti, vestrorum omnium audiendi desiderat cupiditas; sed harum tantus cum sit cumulus, quem nec ingenii mei tenuitatem, nec auditorii hujus angustiam capere posse certò scio, huic supersedere labori invitus cogor, unde enim proh Deum immortalem exordirer; si à Pietate virtutum omnium directrice, ea mihi ad implendam hujus loci amplitudinem esset sufficientissima: Pium enim Piccartum nostrum quantum humanæ ac misertimæ hujus naturæ fert imbecillitas, fuisse, extra omnem dubitationem, quicquid malevoli etiam homines dictitent, puto positum, domi enim non tantùm ipse summo cum ardore quotidiè sacris incumbebat literis, ita ut sacra Biblia quinquies ab illo perlecta & relecta sint, sed suos eò adigendos bene sciebat: conciones publicas, quantum ob membrorum imbecillitatem potuit frequenter cum suis visitabat: Sacrâ Domini cœna more verorum Christianorum utebatur; ut summâ illum injuriâ afficiant hi, qui alterius cujusdam Religionis illum fuisse sectatorem, perhibent, his publica Reverendi admodum & Clarissimi Viri Domini Georgii Kœnig, Ecclesiæ hujus Pastoris ac in Academia nostra Professoris dignissimi, concione, abundè esse satisfactum existimo: Quæ enim quæso hæc esset levitas palàm ad hanc se profiteri religionem, ceremoniis non tantùm iisdem, sed quod maximum, eodem modo sacrâ uti cœnâ, & in mente tamen aliam fovere opinionem; non res hæ ludicræ;

sed

sed quæ salutem concernunt; maximæ, quibuscum jocari nisi cum animæ interitu potest: Germanica fides illud in h usq; tempus obtinuit ut quod loquatur sentiat, & quod sen a: loquatur: Virum jam hunc nostrum Piccartum Germanicæ fidei omnium consensu fuisse, certo certius constat, abstine re jam à cogitationibus, ne dicam sermonibus talibus, ne ipsi i illam ipsam suspicionem incurrere velint, longè fuisset melius sed hisce hæc transeant. Præsuppositum præter pietatem d aliis virtutibus in medium proferre quid debeam, aliquantulum multitudine deterritus, sum dubius. Non tamen ea attingam, quæ hoc tantùm illove in loco magnam illi addebant existimationem: Politicus enim erat ita ut ubi illæsa pietate bonive existimatione salvâ aliquid proferrebatur, ita loquentem adjuvare historiis permultis sic delectari potuerit omnibus ut acceptus molestus nemini fuisset: O Prudentiam! O obsequendi & delectandi animosque sibi hominum conciliandi studium! non humanitatem huic jungam prudentiæ, quæ tanta in illo fuit, ut mihi dubium nullum sit aut alii esse posfit, absq; omni superbiæ suspicione, apud omnes illum vixisse; quod certè in homine tam subtili et docto, admirationem non meretur minimam, tam prudentissimè eandem moderabatur, ut simul autoritati, quâ pollebat maxuma, nihil decesserit quicquam. Non ego summam ipsius in consiliis inveniendis alacritatem, maximamq; prudentiam & summum justitiæ studium, hac mea persequi oratione volo, quam admirabilem fuisse hi sciunt, quibus dirimendis dijudicandisvè litibus ad latus fuit. O dexterrimum consiliarium ac judicem! cujus utinam exemplum omnes, illo in honore positi, sequerentur, non tot ad Deum subditorum devenirent suspiria, non tot Rerumpub. interitus adessent. Non magnorum aliorum factorum mentionem jam facturus, in quibus enumerandis dies me citiùs quàm Oratio deficeret; sed ea saltem exhibere ad quæ & naturæ instinctu admirabili & diligentiæ labore maximo inductus fuit, ut testimonia apud omnes exstent luculentissima. Linguarum, inprimis Græcæ & latinæ cognitionem tantam habuit, ut certare de eminentia quovis hoc sæculo cum docto potuerit; Loquatur pro me exactissima illa Oppiani Græci Poëtæ in Latinam versio, quæ non parvum robur huic meo sermoni est additura; Subtilis ille Aristotelis interpretatio, quanta linguæ illius notitia penes illum fuerit,, explicet: Latinus tantus fuit, ut opera præter alia, opus post se tantum (sed

eheu

eheu posthumum adhuc & nondum completum, cujus utinā rationem jam haberent alii) testatur sufficientissimè: Non incognita hæc fuêre Maximo illi Poëtarum Taubmanno, qui in explicando Latinitatis Magistro Plauto illius desideravit opem, quod literæ ad illum transmissæ aperiunt, sic enim inter alia scribit: in Plautum si quid habes, quod sub tuo nomine posteritas legat adhuc potes submittere, editio enim adhuc in aliquod tempus extrahetur: idem dic Virdungo meo; maxima certè penes illum latinæ linguæ cognitio est, penes quem vera & genuina Plauti interpretatio. Quem & postmodum & ante Piccartus noster eruditis inscribendis orationibus, jucundis in decantandis poëmatibus ita exhibuerat & quotidiè exhibebat, ut quamprimum ad Magnum illum Oratorem Heinsium hujus suavitatis devenissent specimina, non potuerit, tantorum locorum disjunctionem parvi faciens, non scribere; Literas misit ad illum, & nulla non humanitatis ac amicitiæ ipsi deferebat officia in iisdem quantum laudis, quantumvè ipsi tribuat existimationis, totæ, huc si easdem haberem transcriptas, quod nimis fuisset longum, id demonstrarent. Logicum & Metaphysicum nostrum fuisse Piccartum, præter publica dictata commentaria, aurea illa Philosophiæ Aristotelicæ delineatio testis esse potest, ea, quam subtile Piccarti nostri ingenium exhibeat, aliorum relicto testimonio, censura Magni illius Casauboni potest esse sufficientissima; non hic censor talis, ut alicujus ignorantiæ aut negligentiæ aut obsequendi studii nimii ab aliquo accusari possit: Regius hic Professor Parisiis fuit maximis literarum monumentis à se editis, nullorum non hominum & oculos, & animos in se conjecit; Animadversionibus in Suetonium dexterrimis, laudem sibi comparavit maxumam: Commentario in Atticum, notis in Strabonem & aliis scriptis permultis id effecit, ut Magnus ille Magnæ Britanniæ Rex illum vocare Regiis præmiis exornare, sibiq; ad latus ponere voluerit; tantis hic licèt honoribus exornatus, non tamen acquiescere, sed magis magisq; immortalitati se commendare voluit; exhibebat adversus Annales Baronii scriptum admodum eruditum: Hic, hic ille censor scriptorum erat Piccarti, qui Lutetiæ Parisiorum adhuc constitutus sic ad illum scribit:

Illa-

Isaacus Casaubonus Michaeli Piccarto Franco S. D. Quæ nuper à te sunt edita eruditissime Piccarte quâ φιλοσοφίας qua φιλολογίας specimina, vidi legi, laudo rationem studiorum quam sequeris, laudo industriam & voluntatem, exc... sculor bene de literis & earum studiosis merendi! imprimis placuit mihi illa, ut appellas delineatio philosophiæ Aristotelicæ, in qua tu quantos feceris progressus, quantumq; lucis ab ingenio tuo (adjuvent modò superi, quod ut faciant supplex oro) graviores literæ possint sperare, fallor, aut ea scriptione abundè probasti; Euge mi Piccarte bene jacta sunt existimationis tuæ fundamenta, perge porrò quo cepisti pede. Hæc ille. Qui licèt postmodum in Anglia maximo in honore constitutus Piccarti non tamen obliviscebatur, sed eundem crebris literis ad maxima adhortabatur. Tanta Piccarti nostri fuit existimatio, ut nec Lutetia Parisiorum nec Anglia nec Hollandia tacere potuerit. Meursii Professoris Lugdunensis aliorumq; prætereire cogor testimonia, quæ scripta ipsius summo semper in honore habuerunt; Politicus qualis noster fuerit Piccartus dicere vix possum; prodeant & testentur specimina, prodeat excellens illud opus politicum quod in Aristotelis Politicam scripsit; prodeant & testentur illi, quibus cum illo vivere & conversari contigit, non nuda hic præcepta tenuit, sed iis tantam historiarum adhibitione tantam lucem addidit, ut in Historicorum libris evolvendis quantum sudaverit, judicare non sit difficile, sed nec illa sufficiebat, quàm enim dextrè quam aptè iisdem ipse uti potuerit sine auditorum admiratione dicentisq; stupore, proferri non potest: O Politicum, trium horum adminiculo ita esse instructum, ut in nullo errare natura & diligens rerum observatio & accommodatio, concesserit; Tanta Piccarti nostri exstant merita, tantæ florent existimationes. Nec præmiis virtutum ille destituebatur; præter enim immortalitatem maximamque gloriam adeptam; Rectoratus summum illud in Academiis officium gessit, & ita gessit, ut & nec collegas nec Studiosos citra æquitatem offenderit; præmiis extraordinariis ab Amplissimo Senatu Norimbergensi fuit condecoratus quàm plurimis; stipendio enim illum longè magnificentiori, quam alios, hìc alebant. Hæc & alia paululum accuratiùs dum considero vix me continere possum quin exclamem: O Piccarte Piccarte utinam nobiscum adhuc viveres; Unicum inprimis Piccarti nomen hanc ut meo cum intimo Georgio à Rauschken sim ingressus Academiam effecit. Sed eheu infelici admodum successit, vix enim cum illo semel col-

lo-

loqui membrorum ipsius patiebatur imbecillitas; exspectabamus valetudinem,sed frustra,non enim diutius nobis nostro frui Piccarto Deus concedere voluit, sed eundem ad se ex hâc miseria die 13. Julii hujus currentis Anni 1620.vocavit,O tristissimum omnium rerum exitum; Nonnè hic, qui maximo commodo huic Academiæ non tantùm, sed & omnibus Literatis esse potuit, aliquamdiu à morte adhuc potuit esse liber, qui & benè natus & piè educatus omnium cum applausu vixit: fuisset hic dignus vita longiori: maximo qui in flore, summo ingenii acumine,ubi nondum quadragesimum septimum ætatis annum attigisset, vitam cum morte commutare coactus fuit: apoplexia enim correptus piè mediâ in nocte obiit. O dolores,O lachrymæ. Magna hic postmodum cum pompa,ut & promeruerat terræ omnium nostrorum matri dabatur. Testabatur dolorem Amplissimus Reipubl. Norimb. Senatus,qui virum Magnificum,Nobilissimum & Prudentissimum Dominum Georgium Christophorum Volckhametum, ejusdem Reipubl. Senatorem Academiæq; hujus Scholarcham meritissimum huic,ut Legatum ablegaverat; Testabantur mœrorem Amplissimi Academiæ Professores; Cives Illustres, Nobilissimi Præstantissimiq; eundem magnâ demonstrabant frequentiâ: Senatus oppidani ut & omnium hic civium concursus copiosissimus summam exhibebat tristitiam: Nonnè te ô Clementissime Deus omnium hominum suspiria exorare: Nonnè desiderationes & preces ardentissimæ tantum apud te obtinere, potuerunt: Nonnè lachrymis mœstissimæ viduæ liberorumq; tantum concedere voluisti? Sed nostrum non est in hæc inquirere, cùm quas tu causas habueris: nobis sit incognitum, quàm enim inscrutabilia sint judicia tua sacræ nobis aperiunt literæ. Sed & Misericordissime Pater qui vivere diutius nostrum non voluisti Piccartum, Tu, vulnus,quod morte ipsius Academiæ huic inflictum,curato: Tu tristissimæ Piccartiacæ familiæ opem ferto, qui te viduarum ac Pupillorum Patronum rectè dicis: Tu mentes, Magnificentissimorum Senatorum Noricorum eò dirigito, ut liberaliter, sicuti antea facere consuevêre, Eædem exhibeant omnia. Tedeniq; omnibus nobis placitam mortem vitamque æternam ut largiaris rogamus, petimus, obsecramus. Tu jam O Beate Piccarte,

Æternum vale atq; salve:

Nos te ordine quem Deus præscripserit, cuncti sequemur.

D I X I.

PIS MANIBUS

CL. V.

MICH. PICCARTI

Professoris Academiæ Altorph.

PICCARTE, genuit docta quem Palæcomi
Decusq; magnum enutriit,
Mirata quem meritò fuit perorantem,
Sed & canentem carmina
Phœbo atq; Musis digna; maximè Diæ
Cum traderes mysteria
Sophies: Cathedræ lumen, & nitens gemma.
O viveres carum caput!
Proh dira dum TE Fata consui vivum
Siceliсе Cloth s eximunt
Atræ peremptum casus eripit terris:
Me Causus urit improbus.
Tumulo tuo, absq; hoc esset, adderem Lessum,
Adfigeremq; postibus
Famæ, quod olim posteri legant, metron;
Si sunt futuri posteri.
Verum tuas dotesque, vimq; divini
Tui IngenI depingere
Te nemo melius est potis. Legant volvant
Monumenta, quæ scripsti: Sophon,
Vatem atque, Rhetora deprehendere est summum,
Historicon exactissimum,
Qui sis vir, omnes cernimus probè: Hinc vivet
Nomen superstes sæculis.

Adlacrumatus est

G. Remus, IC.

FRIDERICO ROSCHIO PRUT.
amico intimo.

ROCHSI *flos hominum politiorum,*
Doctrina decus elegantioris,
Et sodalitii columna nostri.

Quid

Quos dotes animi tui reposcunt,
Tua & quos pietas meretur, illa
Paucorum pietas, darem phaleucos,
Darem nil Tibi dexterâ negante
Sic mihi faveat patrima virgo,
Cui TV nocte diuq; multum,
Multâ non sine laude militasti.
Sed nec dotibus his pares amandis,
Hoc pectus mihi suggerit phaleucos:
Sed nec hac pietate digna quæ sint,
Hoc os carmina mi satis refundit.
Hinc ergò mihi sit abibis inde
Nullo carmine dictus aut phaleuco,
Imò & carmine dictus & phaleuco,
Quoad carmina fudero & phaleucos.
Donec laude Tibi parata quæ sunt
Clara nomina nominis PICCARTI,
Vigebunt Tibi & usq; & usq; in ævum.
Sic quæ laude fuêre nunc parata
Clara nomina nominis PICARTI
Æternùm vigeantq; floreantque.

G. R.

ALIUD.

PHilosophum longo caries exederat ævo;
Tentarant varii subsidio ire malo.
Vivebat magis atq; magis jam pallida pestis,
Dexterea, quæ fœlix, nulla erat artificis;
Dū tandē hunc tristē miseratus pectore vultū,
PICCARTVS solido corpore restituit.
Omniq; adplausu revocatum ad luminis oras,
Subduxit longè tristibus è tenebris.
Et jam Fama sacrum nomen super astra vehebat,
Quaq; dies exit lumine, quaq; subit.
Ante diem quando crudelia numina Parcæ,
Ah properâ nimiùm forfice fila secant!
Nec dum blanda nemus pervenerat Vmbra beatum,
Vix etiam tulerat nauta celoce Charon.
Cùm mortali ejus migraret pectore cura,
Et tanti fieret gratia nulla boni.
Non tulit indignum hoc fatum, sub nube perenni
Abscondi meriti nomina sacra viri,
Ille amor, immò unus Musarum Rockfius ardor,
Ille illibata nobilitatis honos?

Obscuri jam jam, discussâ nominis umbrâ,
Exsinuat clari in sidera celsa poli.
Quisquis es ò tantæ pietatis præmia redde,
Maxima enim hæc pietas præmia promeruit.
Vosq; Dii, quicquid Piccarto Parca dierum
Eripuit justum præpropera antè diem;
Illius ô annus læti vos addite, magni
Vt per Nelida tertia secla meet.
Vel vatem vitâ superet, quam flavus Apollo
Ne quidquam ad veneris sollicitavit opus.
Nam qui laude suâ PICCARTUS *vixerat olim,*
Laude hujus jam nunc vivit ab exsequiis.

Daniel Bucretius VVrati

SCRIPTA.

Isagoge in lectionem Aristotelis, hoc est, Hypotyposis totiu Philosophiæ Aristotelis: *Altorph.* 1605. in 8. Aucta, no tis pluri[illegible] illustrata, atq; ad usum in Theologia applica ta à Joh. Conrado Dürrio: *ibid.* 1665. in 8.

Oppiani libri de Venatione Latino carmine redditi: *Francof.* in 8.

Oratio de Virtutibus Imperatoriis: *Norimb.* 1607. in 4.

Periculorum Criticorum liber singularis: *ib.* 1608. & *Helmst.* curâ Johannis Sauberti 1663. in 4.

Observationum Historico-Politicarum Decades sex priores *Ambergæ* 1613. Decades sex posteriores: *ibid.* 1616. *Norimb.* 1621. 1623. 1651. in 8.

Organon Aristoteleum in quæstiones & responsiones red ctum, quæ vice commentarii esse possunt: *Lips.* 1613. in

Idea hominis, sive de Miseria hominis in hac vita comment tio: *Norimb.* 1615. in 4.

Laudatio Funebris Scipionis Gentilis JCti & Antecesso Acad. Altorfinæ: *ibid.* 1617. in 4.


Orationes Academicæ, cum auctario Dissertationum Phil sophicarum: *Lips.* 1614. in 8.

Commentarius in Politicos libros Aristotelis: *ibid.* 1618. 8. & *Jena* 1659. in 8.

Orationes 1. De Ortu primo, & migratione veterum Ge manorum: 2. Expediatne Principi, subtrahere se ocul subditorum suorum? 3. De Magnanimitate Roman 4. De Theologia Aristotelis & Platonis: 5. In obitu

Sc. Gentilis: 6. De Miseria hominis. 7. Revocatoria cœtus Academici post pestem anni 1612. 8. De indiciis bonæ indolis: Conf. Append. Philosophiæ Aldorphinæ: *Norib.* 1644. in 4.

Disputationes, quas frequenter admodum instituit, sunt sequentes: De quatuor Organis τῆς ἐμπειρίας προτάσεων: De Endoxis: An causæ rerum notæ sint Dialectico? De sede Demonstrationum: de Pædia: de Philosophia: de petitione ejus quod in principio: de Notis Propositionum necessariarum: de officii Dialectici Interrogantis: de Principiis scientiarum: de Judicio & acumine: de Definitione: de Veritate: de Causis corruptæ Philosophiæ: de Nominibus, eorumq; Impositione & usu: de Demonstratione: de doctrina elementari Veterum: de officiis Dialectici Respondentis: de Prædicamento Substantiæ: de Oppositis: de Problemate & Propositione Dialectica in genere: de Sophisticis Elenchis malè exterminatis: de inductione: de Discrimine Problematum Dialecticorum & Analyticorum: Decas quæstionum Logicarum: Quæstiones Logicæ Miscellaneæ: de quinq; Universalibus: de Usu Divisionum: de Republica & ejus formis: de Dissimilitudine ac similitudine scientiæ & artis: Quæstiones Politicæ Miscellaneæ: de notioribus Naturâ & Nobis: Quæstiones Metaphysicæ: Quæstiones Miscellæ: de duplici res tractandi modo, λογικῶς aut φυσικῶς: Quæstiones Philosophicæ: An formæ educantur de potestate Materiæ? Quæstiones Miscellaneæ Philosophicæ: de scientiæ natura: de Natura actuum secundorum: de jure Victoriæ Bellicæ: de modis investigandæ Definitionis: de Ordine doctrinæ in tradendis disciplinis: Quæstiones Logicæ controversæ: Quæstionum insigniorum, ex utraq; Philosophia Desumptarum Decas: de Criteriis scientiarum: de accidente: Censura Dialecticæ novorum Philosophorum in theses conjecta: de Jure Belli: de Origine & Divisionibus Reipublicæ: Conf. denuò Philosophiam Aldorphinam à Joh. Paulo Felvvingero editam: Piccarti Disputatio Inauguralis est de rebus Punibilibus.



PROGRAMMA

In Exsequiis

Viri Clarissimi & Excellentissimi,

DN. M. WOLFGANG HEIDERI,

Ethices ac Politices quondam Professoris Publici Celeberrimi, & Facultatis Philosophicæ Senioris meritissimi,

Propositum à

RECTORE ACADEMIÆ JENENSIS,

EUSEBIO SCHENCK,

Med. Doct. & Profess. Publ.

DE annis vitæ suæ Jacobus Patriarcha ab Ægyptiorum Rege Pharaone quæsitus, Peregrinationis suæ dies, respondit, & breves esse & malos. Nominat pius Senex vitam peregrinationem. Neque enim vita, quam his in terris terimus, perennat, sed via est, quâ ad æternam illam ac cœlestem tendimus. Viatoribus diversoria quidem sunt multa, at sedes certa nulla; ita neque nobis civitas hic est permanens, sed futura inquirenda, & hac ex vita discedendum tandem, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo: Commorandi enim Natura diversorium, non habitandi dedit, quæ Oratoris Romani vox est. Insuper breves peregrinationis istius esse dies Patriarcha. Verè brevis est hæc vita vel longissima, ad æternitatem si compares: mille enim anni instar unius sunt diecula cum ista collati: Brevis est hominum vita, cum Patrum ante diluvianorum ætate si componas: aliquot enim numerare isthîc annorum licet centurias,

turias, cùm jam vix paucas decades, adeò ut rarus sit, cui ad septimam usque aut octavam, quam Moses suo jam tempore non tam describit, quàm deplorat vitæ humanæ metam, detur adscendere: Brevis est hominum vita, si ad brutorum quorundam ætatem appendas: Unde non defuit, qui centenario quidem proximus, at morti propediem præda futurus, injustitiæ naturam insimularet, quæ & Cornici & Cervo, & Phœnici multa vivendi impertiat secula, homini verò vix unum indulgeat. Tandem & mali sunt hominum dies. Homo, inquit Cæsariensis Archiepiscopus, animal illud fragile, innumeris afflictionibus subjectum, ex nativitate usque ad senectutem infinitam malorum multitudinem exhaurit: ut non abs re eundem imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ lusum, inconstantiæ imaginem, calamitatis trutinam, reliquũ verò pituitam & bilem esse apud Stobæum Aristoteles dixerit. Atque hoc miseriarum pelagus non unam tantùm ætatis partem inūdat, sed omnes: non unum vitæ statum obruit, sed omnes: Regum & Principum aulas atque palatia æquè ac pauperum tabernas ac casas invadit. Nemo immunis est: quo vitalis hic aër, & hoc solum, eodem momento & calamitatum fluctus ac procellæ omnes excipiunt & tandiu volvunt agitantq;, quandiu & ille & istud eos habent & alunt, ut diu vivere aliud nil sit, quàm diu torqueri.

Quamobrem qui decurso vitæ hujus ærumnosæ spacio & militiâ hic contra adversitates innumeras laudabiliter confectâ & transactâ æternæ fiūt salutis, vitæ ac beatitatis per mortem participes, iis, ut gratulemur convenit potius, quàm ut obitum eorum ac abitum à nobis nimium lugeamus ac deploremus, quamvis non possit non hic ipse maximo cum nostro cordolio esse conjunctus, cumprimis si non ex vulgo isti fuerunt, sed quorum operâ, fide, industriâ, respubl. Christiana usa & suffulta fuit felicissimè, & indigere etiamnum videtur maximè. Hæc præfari hoc loco placuit, cùm viri Clariss. atq; Excellentiss. Dn. M. WOLFGANGI HEIDERI Ethices ac Politices quondam Professoris Publici celeberrimi, Facultatis Philosophicæ Senioris meritissimi, Collegæ nostri honoratissimi, funus indicimus. Nam & hujus vitæ, etsi quidem ad septimam usque annorum decadem ferè protracta, non tamen perpetua fuit, sed eo quo diximus modo, dierum & paucorum & pravorum. Mors enim cum nudius sibi quartus pignerata fuit, vel potiùs ex via in vitam, ex mortalitate in immortalitatem, ex turbis in quietem, ex procellis in portum traduxit.

duxit. Multa dicenda de ipſo eſſent, niſi aurem vellicaret illud: Satius eſſe de HEIDERO ſilere, quàm pauca dicere quod de Romæ æmulâ Carthagine Hiſtoricus olim uſurpavit. HEIDERUM enim ubi nominaverimus tantùm, omnia dixerimus. Quædam tamen pro more arceſſemus & memoriæ causâ in annuos amicorum, & qui aut vivum olim noverunt, aut nôſſe in poſteris volent, quaſi tràſſcribemus.

Natus ipſe fuit GUELPHISI ad radices ſylvæ Thuringicæ, anno ſupra ſeſquimilleſimum quinquageſimo octavo, qui Caroli V. Imperatoris glorioſiſſimi morte nobilis. Dies natalis decimus-quartus fuit Decembris. Parens, SALOMON fuit HEIDERUS, ex eo hominum genere, quod tanto olim in precio Romuli illis nepotibus fuit, ut non ſolùm virum bonum dicere ubi vellent, bonum Colonum vocitarent, ſed Conſules etiam ex eo aſciſcere non dubitarent. [Colonus itaque HEIDERI noſtri parens fuit], ſed litteris tamen bonis idem non leviter tinctus. Mater fuit ANNA ex pervetuſta & celebri, ſummorumque virorum feraci FUNCKIORUM familia. Horum de parentum voluntate & ipſe quidem rei ruſticæ primùm deſtinabatur, at naturæ tamen bonitas & ingenii felicitas, quæ in primis ſtatim annis emicabat aliud ſuaſit, parentumq; animum immutavit. Ideoque poſtquam domi & in Schola patria tum temporis ſat bene conſtitutâ, prima litterarum ac pietatis elementa perfacilè imbibiſſet, pueritiæq; annos ferè exegiſſet, ORDRUFFIUM eſt miſſus; ubi Præceptores nactus & ſolertiſſimos & fideliſſimos, avunculum cumprimis Dn. VALENTINUM FUNCKIUM, cujus mentionem non niſi cum ſumma ejus laude omnem per vitam facere ſolebat, per iſtud triennium, quod ibidem ſubſtitit, & in vera pietate, & in utraq; lingua Latina & Græca progreſſus fecit feliciſſimos & fundamenta eruditionis ſolidæ poſuit optima. Exinde MAGDEBURGUM profectus aliquot per annos M. GEORGII ROLLENHAGII, qui verè ſpectamen boni Gymnaſiarchæ fuit, inſtitutione eſt uſus tam felici, ut eam artium Logicarum ac præcipuarum Philoſophiæ diſciplinarum ſcientiam ſibi comparârit, ut ab ipſo rectore ROLLENHAGIO, cenſore aliàs ingeniorum exactiſſimo, dignus fuerit æſtimatus, qui Academiarum luci ſe crederet. Bonæ nempe naturæ ea eſt indoles, ut exercitationem nacta & Præceptores candidè docentes facilè ad perfectam virtutis comprehenſionem perveniat. Placuit tamen HEIDERO noſtro HILDESIAM etiam excurrere & ibidem Scholæ alumnum aliquantiſper ſe profiteri. Inde tandem Ætatis anno XXII. huc ſe contulit, tanquam ad merca-

tum omnis sapientiæ ac virtutis, & quam studiorum telam Philosophicorum piè, industriè, feliciter ceperat, eâdem pietate, industriâ, felicitate pertexuit. Unde non solùm primam Philosophiæ lauream an. Christiano ∞ IↃ. LXXXI. Sed etiam supremum anno ∞ IↃLXXXIII. Decano M. Johanne Piscatorio, gloriosè mèrito suo reportavit. Honoribus Philosophicis adeptis SS. Theologiæ; quã tamē & antea sat calidè habuerat, totũ sese addixit, in lectionibus publicis audiendis assiduus, in disputationum exercitiis sedulus, in diurnâ simul ac nocturna lectionis, meditationis, & scriptionis continuatione constantissimus. Neq; tamen Philosophica studia planè abjecit, sed privatis apertis Scholis, docendo ac disputando, quâ potuit fide atq; industriâ juventutem Scholasticam erudiit atque exercuit. Quâ laborum atq; diligentiæ pertinaciâ plurimum & benevolentiæ apud Præceptores & auctoritatis apud pubē studiosam, & amoris apud utrosq; nullo negocio sibi conciliavit. Nam, quod silentio non omninò hic involvendum videtur, tanto hunc suum Ductorem & Doctorem prosecuta est ardore melioribus addicta studiis pubes, ut ultra sesqui centenarium privatorum auditorum numerus sæpius excrevisse fuerit animadversus. Quaobrē an. ∞ IↃLXXXVII. in amplissimum Collegium Philosophicum est cooptatus: Eodemq; anno ∞ IↃLXXXVII. die IV. VIIbris, ad mandata Illustrissimorum Saxoniæ Ducum summa cum voluntate Senatus Academici in Publicorum Professorum numerum adscitus & relatus. Quanto ardore ac fidelitate commissam publicè docendi Spartam ornârit, non est, ut pluribus hîc dicamus. Loquuntur pro nobis, qui non hisce tantùm in provinciis, sed quàm latè Germanicus patet orbis, communem eum Præceptorem agnoscunt, scripta ejus, orationes dissertationes amāt & pellustrant, memoriam venerantur & posteritati commendant, viri Magni, in Ecclesiis, Rebusp. & Principum aulis famâ, auctoritate, & dignitate præcellentes. Decanatûs Philosophici munus duodecies; Rectoratûs Academici bis sustinuit; utrumque summâ cum laude bonorum omnium judicio gessit, quicquid tandem difficultatis haberet, quicquid molestiarum, Uxores, Deo matrimonii dulcedinem amaritie quadã ita cōdiēte, tres diverso tēpore habuit. Primã MARGARITAM Ampliss. viri Dn. ALBERTI CRUSII, Curiæ provincialis Saxōicæ Protoñotarii fideliss. filiã, quã duxit ao. ∞ IↃLXXXIII. factus ex ea XVI. añorũ spacio, parēs X. liberorũ, sex filiorũ & filiarum quatuor, quæ filiæ ōnes matris āteverterūt obitũ: quã defūctâ ad secūda trāsiēs vota ao. ∞ IↃC. sibi jūxit BARBARÃ, viri prudentissimi atque integerrimi QUIRINI SAXONIS, civis ac senatoris hujus oppidi relictam filiam, ex qua

quadriennii defluxu tres filias suscepit, ex quibus una mat cognominis superstes: Etiam istâ in cœlestem evocatâ patri am, tertias nuptias contraxit & celebravit anno ∞ IↃCV. cum BARBARA vi i Reverêdi atq; humanissimi Dn. JOHANNIS BREUNINGII Pastoris Birckensf. Idensis relictâ filia, at tum viri Clariss. atq; Excellentiss. Dn. M. GEORGII LYMNÆI Mathematum hac in Academia Professoris Publici privignâ, viduâ jam mœstissimâ, quæ itidem VI. liberorum, filiorum trium, quorum natu maximus & minimus dudum cælestia in gaudia præmissi, totidemque filiarum parentem ipsum fecit. Conjunctissimè cum singulis vixit, ita ut opus nunquam habuerit, redire cum ipsis in gratiam. Liberorum atq; domesticorum cura atq; educatio in omni pietate doctrina atq; commonefactione Domini summæ ipsi semper fuit curæ, ita ut quantum quidem in se esset, non nisi optimè educatos eos relinqueret. Neq; verò aliter potuit, ipse pietati totus addictus. Nam & illud observare licuit; cum pauci esset somni, annis cumprimis posterioribus, vel media nocte cubitu sæpe surrexit, & meditationibus piis cum Psalte invigilavit; varias sententias, scripturæ dicta, precatiunculas versibus, ad Poësin enim ab ipsa quasi natura erat factus, reddidit, quæ inter adversaria hinc inde latent. Biennium ferè profectiori ætate virium imbecillitatem secum adducente, valetudine usus est non sat benignâ: donec tandem ipsis Calendis Augusti laboriosa ipsum febris invaderet cum erysipelate brachii sinistri & crebris singultibus ob cōtumaciam humoris adusti acrioris & biliosi: quæ contumacia cum vires omnes prosterneret, nec medicamentis devinci posset, non solum lecto ipsum ab eo usq; die affixum detinuit, sed ipsam etiam hanc vitam mortalem ei eripuit. Cum enim superiori die X. Aug. qui B. Laurentio Martyri in festis sacer, circa secundam pomeridianam sacrosanctæ Eucharistiæ viatico in hoc mortalitatis itinere se munivisset, ejusdem diei vesperâ paulò post horam octavam inter preces ardentissimas piè placidèq; diem clausit extremum & cœlestem in Academiam vitamque verè vitalem subvolavit. Meritò quidem hanc ab omnibus ærumnis solutionem ipsi gratulamur: non potest tamen non hic abitus & obitus tum viduæ liberisque luctum parere maximum, tum ingentem omnibus iis dolorem, qui quantam jacturam Respubl. faciat securitatis & salutis suæ bonorum virorum, qui commune sunt bonum, discessu & abitu pensi habent.

Cor-

Corporis exuviæ hodie post XII. terris mandabuntur, quas exsequias ut omnes Academiæ nostræ cives sua præsentiâ, suo mœrore, suâ commiseratione cohonestatum veniant, hortamur ac rogamus, eò minori quidem id verborum compendio, quò majori frequentiâ, vel suâ sponte hoc officii, viro optimè merito ac Professori veterano debiti, & familiæ magnæ consolationi futuri, facturos eos non dubitamus. Deum omnes & singuli suppliciter oremus, ut quia ipse percussit, rursus sanet, & quam jacturam in HEIDERI à nobis, discessu Academia fecit, clementer resarciat, monstretq; cui in hac λαμπαδοφορίᾳ digressi facula tradi queat. P. P. XIII. Aug. Anno ∞ IↃCXXVI.

IN EFFIGIEM
CL. VIRI
WOLFGANGI HEIDERI.

Enthea quem Ingenii vis, Suada, ac dia Poësis,
Et omne ad unguem perpoliverat, Sophos,
HEIDERUS *sic ora, oculos, vultumq; gerebat,*
Non magnus ortu at famâ & arte maxumus.
PHIL. HORST.

HEIDERUS.
HEI RUDES.

Ne dicas Roma est rerum mihi maxima visa,
Ni Capitolinâ vidisti Præsulem in Arce,
Ne dicas, vidi declivis mœnia Iena,
Ni simul HEIDERI *vultus tibi visus in illa est,*
HEI *Scævosq;* RUDESq; *animos qui talia temnunt!*

MANIBUS EJUSDEM HEIDERI.

Vt facio HEIDERO *pius exsequialia justa,*
Et querulo tristu nænia in ore sonat;
In laudesq; Viri pleno feror æquore, lintrem
Mitior & Zephyri provehit aura meam:
Aonidum præsul vellit mihi Cynthius aurem,
Præbuit assensum Mnemosidum alma parens:

Quid

Quid nos sollicitas, inquit, cur teque fatigas?
Desine plura tuis exsinuare metris!
Maxima enim HEIDERO *laudes sunt, mente favere*
Et linguâ, de illo verba nec ulla loqui.
Quippe ut hic atq; ille atq; alius quàm plurima dicat,
Ille tamen cassâ sunt mage vana nuce.
HEIDERI *ingeniô nisi sit genioque potitus,*
Laudibus HEIDERUM *tollere nemo potest.*
M. JOH. WEITZIUS.

SCRIPTA.

Threnologia in obitum Johannis, Ducis Saxoniæ: *Ienæ* 1606. in 4.
Actus Introductionis Gymnasii Hagæ-Schaumburgicorum: *Hagæ* 1610. in 4.
Hypotyposis Scholastici boni simul & mali, cum ejusdem orationibus de Proverbio: Heroum filii noxæ; *Lipsiæ* 1611. 1616. in 4.
Libellus de ira cohibenda: *Ienæ* 1600. in 4.
Oratio de vita & morte Christiani II. Electoris Saxoniæ: *ibid.* 1612. in 4.
Oratiuncula gratulatoria in Natalem vicesimum Johannis Philippi, Ducis Saxoniæ: *ibid.* 1616. in 4.
Orationes duæ de Vulpeculis Scholasticis: *ibid.* 1614. 1617. in 4.
Philosophiæ Moralis Systema: *ibid.* 1629. 1638. 1646. in 4.
Philosophiæ Politicæ Systema: *ibid.* 1628. in 4.
Orationum Volumen primum & secundum: *ibid.* 1629. 1640. in 8.
Poëmatum libri quator: *ibid.* 1631. 1641. in 12.
Disputationes quoq; habuit publice, ex quibus vidimus, de rectâ ratione instituendæ juventutis scholasticæ: de ratione disputandi: de justitia.



PRO-



PROGRAMMA
In Exsequiis Solemnibus
VIRI
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,
ET CONSULTISSIMI
Dn. ZACHARIÆ STURZII,
Historiarum in hac almâ Academiâ Professoris Clarissimi, Illustriss. ac Celsis. Principum Megapol. in Poloniâ exlegati, & Illustriss. ac Celsissimorum principum Holsatiæ lineæ Sonderbergensis consiliarii præcipui, collegæ nostri desideratissimi
Publicè Propositum.
à
RECTORE ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOH. COTMANNO SS. Theol. Licent: & Profess.



Pprobata, & ab ipsis naturæ Mystis, ipsaque experientia recepta est sententia: surculos referre indolem seu ingenium ipsarum arborum; ac ex ramorum constitutione & temperamento, trunci sive stirpis notitiam plenius innotescere. Cùm enim ramuli, omnem suum vigorem & humorem, trunci beneficio obtineant, inde illorum qualis natura, talis & hujus constitutio. Effati hujus verissimi; non est ut longè, aut aliunde petita huc accersamus exempla, cùm hodiernum funus, illustre satis, huic pronuntiato perhibeat testimonium. Ante biennium fermè, surculus aliquis stirpis nunc evulsæ exaruit; quando *Sophia Sturzia* piè defuncti parentis, melliss. ac suaviss. filiola, terræ, omn. nostrû matri est reddita.

Tunc

Tunc equidem vix quispiam, Clarissimi ac Nobilissimi parentis collegæ & amici nostri, dum vivebat, desideratissimi clepsydræ vitæ humanæ arenulas, tam cito decurrisset (quod nunc proh dolor mœsti comperimus) existimasset: ætatis enim vigor, virium corporis (ut nobis videbatur) constantia, filum vitæ humanæ ita inexspectato ruptum iri, non portendebant. Cum autem piè defuncti clarissimi collegæ nostri, hoc potissimum tempore, ex vitæ hujus gurgustio consideramus emigrationem, non injuria, gratulemurne ipsi ex hac vitâ transituro, an verò lacrymis eundem prosequamur, dubitamus. Postquam accuratius, ut decet, expendimus ob viri hujus excellentissimi beatum, ex hac lacrymarum valle, transitum Rempubl. nostram literariam Professore ac cive eximio, viduam mœstissimam marito suavissimo, parentes filio in honoris fastigio constituto, liberos patre dilectissimo, fratres ac sorores fratre jucundissimo, affines, agnatos & cognatos, amico certissimo, orbatos esse, non possumus non ingemiscere, nec quenquam esse autumo, qui inficiari audeat, almam matrem Academiam, unius hujus obitu, acturam, profundis suspiriis ac gemitibus prosequendam, passam esse. At dum tempora, in quibus eheu vivimus, miserrima & calamitosissima considero, quantisq; malis & periculis, nobis (quod metuendũ) imminentibus, præreptus sit expendo, non possũ illum non terq; quaterq; beatũ prędicare, quia de labore ad refrigerium, de agone ad bravium de morte ad vitam de fabulâ ad veritatem de fide ad notitiam, de peregrinatione ad patriam, emigravit; eo quidem tempore, quando ratione ætatis, multis annis magno Academiæ commodo supervixisse potuisset. Natus autem est piè defunctus noster collega in Daniâ, Haffniæ scilicet, ex nobili *Sturziorum* familia, avum paternum habuit CHRISTOPHORUM STURZIUM, dominum hæreditarium in *Serben* virum ingenio, doctrinâ & prudentiâ excultissimum qui WILHELMI MARCHIONIS Brandenburgensis & Rigensis Archiepiscopi, ejusdemq; coadjutoris *Christophori Megapolitanorum Principis Illustrissimi* Cancellarius, rebus maximi momenti non interfuit solum, sed & diligentissimè præfuit. Cumq; ob exhibitam principibus suis fidelitatem, ab eorundem adversariis, carceris squalorem experiri cogeretur, tandem, Deo innocentiam omnibus manifestante, auctoritate Imperatoreâ Ferdinandi, Romanorum Imperatoris invictissimi pristinam dignitatem recuperavit. Aviam maternam autem ANNAM à PALEN ex nobili apud Livonos prosapiâ ortam, matro-

matronam eximiis virtutibus conspicuam. Pater ipsi fuit, avo cognominis, CHRISTOPHORUS STURZIUS, J. U. D. celeberrimus, ac historiarum in hac nostra Universitate Professor publicus & solertissimus, ac serenissimorum Regum Daniæ *Friderici Secundi* & Poloniæ *Sigismundi Tertii*, Consiliarius eminentissimus. Cui olim Programmate funebri Martinus Chemnitius J. U. D. & Academiæ hujus Professor tale dedit encomium: valde ipsum (CHRISTOPHORUM STURZIUM, piè defuncti collegæ patrem &c.) amavit magnus ille *David Chytræus* ingeniorum acerrimus æstimator, cujus etiam consilio ad publicam historiarum lectionem vocatus est. Quanta verò cum laude provinciæ huic profuerit, quanta dexteritate, quantâ suavitate, quantâ auditorum cum utilitate docuerit, testes sumus, & nunc demum, ubi bona ea, quæ in potestate habuimus, amisimus, rectè intelligemus. Quanta verò ejus fuit eloquentia? quæ dicendi vis? quoties non solum magna cum delectatione, sed etiam admiratione illum de rebus gravissimis dicentem, & memoriter sine chartæ subsidio ad integras horas perorantem audivimus? Equidem ea in parte omnibus palmam, & unà etiam spem ad illum laudis apicem perveniendi præripuisse videtur. Fuit in eo incredibile legendi discendique studium, stupenda & divina memoria, & non modò plurima legerat, sed eadem etiam exactè meminerat, & in usum juventutis aptè expromere noverat. Hæc Chemnit. de piè defuncti nostri collegæ patre, visum verò est eadem hoc loco repetere, quia talia, si non majora, de filio verissimè affirmantur. Matrem defuncti nostri collegæ quod attinet, illa per Dei gratiam adhuc vitæ hujus usura fruitur, ac filium charissimum morte præreptum, largissimis lacrumis persequitur. Quæ cum matrimonio primo BERNHARDO LUSCHOVIO, civi hujus Reipub. primario elocata, ac deinde piè defuncti nostri parenti CHRISTOPHORO STURZIO (animadvertens enim *Clariss. Dn. D. Bartholomæus Clingius*, JCtus eximius & Professor nostri Lycæi eminentissimus, & Illustriss. ac Celsiss. Principum Megapol. Consiliarius, ingenii illius felicitatem arctiori cum nexu sibi devincire voluit, ideoq; ex fratre neptem ipsi in matrimonium collocavit) desponsata: nunc autem Amplissimo, Clarissimo & Consultissimo Viro Dn. JOHANNI MORINGIO, J. U. D. & practico celeberrimo, Reipubl. Rostochiensis Consiliario & Protonotario, nec non diversarum civitatum in Ducatu Megapolitano Syndico eminentissimo, tertio conjugio felicissimè

cissimè copulata est. Patrem illa habuit JACOBUM CLINGIUM, civem Freibergensem primarium prædicti Docto[ris] *Bartholomæi Clingii* Fratrem, qui ex dilectissima conju[ge] Weinbrandt Gantzenacht / CATHARINAM CLINGIA[M] filiam unicam suscepit.

His nobilibus & clarissimis parentibus ac laudatis majoribus ortum piè defunctum nostrum collegam nihil juvit paterna & avitæ virtutis & eruditionis copia, ut maternæ familiæ splendor, quin importuna mors, omnibus manus obscuras injiciens, illum in censum suum transferret, eo quidem tempore, (quod maximè dolendum) quando ætatis annum 46. primum elapso Festo Paschatos, ingressus esset. postquam autem dictis parentibus CHRISTOPHORO STURZIO, *Friderici Secundi & Sigismundi Tertii*, potentissimorum Regum Daniæ & Poloniæ Consiliario, & CATHARINA CLINGIA, matrona virtutibus sexum fœmineum decentibus conspicua natus, ac deinceps in timore ac admonitione Domini educatus esset, magna discendi aviditate hic Rostochii prima literarum jecit fundamenta. Quibus felicissimè jactis, in Poloniam studiorum continuandorum gratia abiit. Inde redux factus, nihil de pristino erga literarum studia ardore remisit, sed majori, quàm antè alacritate cœptam studiorum telam feliciter pertexuit. Postea itineris socius electus est, à prædicto Dn. D. JOHANNE MORINGIO &c. quo cum Spiram & Basilæam concessit. Quia verò alicubi fuisse non laudandum, sed alicubi bene vixisse commendandum, præterea ut testimonium aliquod publicum, vitæ beneactæ obtineret summâ cum laude, sub Clarissimi & Consultissimi Dn. D. MORINGII præsidio publicè Basileæ de materiâ juris gravissimâ respondit, quibus primitiis, quid deinceps exspectandum à se esset, ipso opere declaravit, neque eventus conceptam spem fefellit. His ita expeditis peregrinationum (modicarum) secum maturè expendit utilitates. Dicentibus enim politicis, multum prodest varias Respubl. earumque leges habere cognitas: nam ipsi, secundum eas consilia nostra eo melius dirigere possumus. Profectus itaque coloniam, statum Academiæ & Reipubl. magnâ industriâ inquisivit, deinde peragrata Helvetiâ, Westphaliâ &c. incolumis tandem hic appulit. Aliquandiu temporis verò Rostochii permanens, studiis avidissimè incubuit. Pòst in Poloniam denuo se conferens alicujus Weywodi, ut vocant, Cracoviensis filio præfectus, biennium integrum Cracoviæ commoratus est. Hinc vero discedens, Preslovium con-

essit ac perlustratâ Silesiâ, Marchiâ, &c. tandem nobis tum multorum voto & exspectatione redditus est. Ut autem amorem studiorum peregrinando se non deposuisse indubiè monstraret, multorum cum admiratione præsidentibus professoribus, publicè respondit. Utq; quid inde emolumenti cepisset, omnibus, manibus quasi palpandum exhiberet, ipse privata collegia, legendo, præsidendo, multis studiosis confluentibus ejusq; opera utentibus, instituit. Unde tandem factum est ut exantlatorum laborum prçmium dignum reportaret, publicam & solemnem pro Doctoratus Licentiâ obtinendâ disputationem habendo, Præside Clarissimo Viro Dn. D. THOMA LINDEMANNO, Collega & amico nostro observando. Clarus itaq; hoc honore, cum duobus nobilibus ad celebrem Regiomontanam Borussiæ Academiam abiit, legendo ac præsidendo, suam industriam multis declaravit. Donec tandem ab Illustrissimis ac Celsissimis Principibus Megapolens. Dominis nostris Clementissimis, ad Professionem Historiarum vocaretur. Quam professionem magna industriâ ac auditorum utilitate 17. annis exornavit; atq; ô utinam DEUS clementissimus tantum nobis favoris indulsisset, ut adhuc totidem annos, (per ætatem id facilè licuisset,) ipsum profitentem, ac de variis, variarum rerum historiis perorantem audire potuissemus. Magnæ id haut dubiè factum fuisset cum Academia utilitate, tum multorum studiosorum commodo. Anno 1610. cum lectissimâ ac prudentissima Virgine SOPHIA DOBBINIA (nunc ob obitum dulcissimi mariti, mœstissima vidua) spectatissimi ac prudentissimi viri Dn. STEPHANI DOBBINI Senatoris hujus Reipubl. optimè meriti, dilectissimâ filiâ in jucundissimæ nuptiarum vincula se conjecit ac sex liberos ex amabili conjugio, ceu matrimonii fructus sustulit, tres filios (JOHAN. CHRISTOPHORUM, AZARIAN, & BERNHARDUM FRIDERICUM) ac totidem filias (CATHARINAM ELISABETHAM, ANNAM MARGARETHAM, & SOPHIAM) quarum ultima 12. Febr. Anni 1626. piè obiit. Durante hoc matrimonio ter legatus piè defunctus noster, ab Illustrissimis ac Celsissimis Principibus Megapolitanis in Poloniam missus est. Nec longè pôst ab Illustriss. ac Celsiss. Principibus Holsatiæ, lineæ Sonderbergensis in numerum consiliariorum ascitus. Et à Serenissimo ac Potentissimo Rege Sueciæ GUSTAVO ad consiliarii regii dignitatē quoque vocatus est. Quam vocationem defunctus noster, nisi

nisi incommoda corporis habitudo obstitisset haut dubiè n[illegible] repudiasset. Nihil autem in hac fragili vitâ stabile aut p[illegible] petuum esse piè defunctus noster vel suo exemplo comproba[illegible] Quãvis ẽim natura facilis, nihil eorũ negarat, quę corporis a[illegible] animi dotes concernere possent. Contigit tamen nihiloſ[illegible] cius, ut vires corporis paulatim justo citiùs fractæ fuerint; im[illegible] tio ex nocturnis in studiis sublimioribus lucubrationibus in ju[illegible] ventute susceptis. Deinde ex crebris itineribus aliquot annis hyberno plerunq; tempore, per diversoria non usq; adeò com[illegible] moda, peractis: accedentibus non tantùm splendidis illis mo[illegible] lestiis, quas fessus ex tædioso itinere, in locis angustissimis de[illegible] gustare interdum, non sine insigni (ut conqueri solebat) vale[illegible] tudinis illis molestiis, valetudinis dispẽdio, cogebatur; verùm etiam polydædalis cõsiliis, quæ domum reversus innumeris clientibus suppeditare debuit. Cui malo non levem ansam præbuit iter, quod ultimò, scilicet ante quadriennium post solstitium brumale, in intensissimo frigore, Warsoniam, ad Serenissimum Poloniæ regem, Illustrissimorum quorundam Romàni imperii principum causâ, non sine celebri nominis famâ suscepit. Imprimis verò hæc virium jactura sensibiliter aucta est, cùm in initio veris, sub cœlo pluvioso & tempestuoso, ex oppido vicino, quò, licèt valetudinarius, avocatus erat, perfrigeratus ac ferè semianimis proprios lares repeteret. Passus enim est paulò pòst catarrhum planè refractarium, vel potiùs Rheumaticam affectionem, cui comes erat immedicabilis totius massæ sanguineæ cacochymia, ac vehemens viscerum naturalium imbecillitas, adeò, ut assumpta alimenta, non in sanguinem, vitæ thesaurum; sed serosam pituitam, ad nutritionem ineptam converterentur; Unde subsecuturæ hydropis metus fuisset, nisi natura non minimam materiæ peccantis portionem per continuum Ptyalismum, ejecisset. Cùm a. appetitus cibi quotidie imminueretur, nec alimentis, nec medicamentis id, quod è corporis substantiâ indies exhauriebatur, restaurari poterat, tandem omnes corporis facultates prorsus prostratæ sunt, rationis solius acumine, ad vitę usq; finem, perseverante, ut absq; ullâ symptomatum graviorum, quæ moribundos plerunq; lancinare solent, invasione, à solo virium exhaustu, inter fratrum & sororum charissimarum complexus & lacrymas, naturæ & viæ universæ carnis debitum persolverit ac placidissimè expirarit. Qui autem piè defuncti ingenii dotes, judicii acrimoniam, sermonis gravitatem & eloquentiam, aliasq; egregias virtutes, paulò diligentiùs secum expenderit,

non

non leve vulnus, viri hujus excellentissimi morte, Academiæ nostræ inflictum esse fatebitur. Rogandus itaq; Deus ter sanctus, ut hâc jacturam aliâ idoneâ personâ resarcire dignetur.

Cum autem corpus exanime viri huj9 Nobilis. & Clariss. hodie (quando ante 19. annos eodem die & hora patri funus factum) hora prima in templo Jacobæo terræ reddere, mœstissima vidua, cum liberis, parentibus, fratribus & sororibus tristissimis reliquisq; agnatis, cognatis, affinibus & amicis constituerint, ea propter omnium ordinum cives Academicos Dn. Professores, Doctores, verbi divini administros aliosq; Magistros, tum & studiosos Juvenes, qua par est diligentiâ & studio, hortor moneoque ut piè defuncto partim collegæ dilectissimo, partim præceptori observando de hac Academia optimè merito, ultimum hunc honorem exhibeant, ac tum amorem, tum observantiam, exequias præsentia sua exornando testentur. Simulq; εὐθανασίαν maturè satis, dum adhuc peccare possunt, addiscant. Refert Sueton. cæsarem Augustum, quoties audisset, citò aut nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi & suis εὐθανασίαν similem precatum fuisse. Id si fecit gentilis, qui dicente Apostolo, spem non habebat. Multo magis nos, qui Christiani audimus, spemq; beatæ ad vitam æternam resurrectionis habemus, de εὐθανασίᾳ sollicitos esse decet. Commodius vero id à nobis fieri nequit, quàm si piorum funerum exequias frequentiores cohonestemus, & inter eundem fragilitatis humanæ memores, illud meditemur: huic quod accidit heri aut nudius tertius, idem hodie vel cras contingere tibi potest. P. P. Rostochii sub sigillo Academiæ 2. Jul. Anno 1627.

SCRIPTA.

Methodicæ Disputationes juris Justinianæi in alma Rostochiana propositæ: *Hamburgi* 1607. in 4.

Oratio in jubilæum Academiæ Rostochiensis habitæ d. 13. Novembr. An. 1619. *Rostoch.* 1620. in 4.

Discursus de Una Religione: *ibid.* 1626. in 4.

Passauischer Vertrag und Religions-Friede des H. Römischen Reichs/seu, Transactio Passaviensis, item Pacificatio Religionis Catholicæ & Augustanæ Confessionis, junctis aliis recessibus & Constitutionibus Imp. Romani liberum religionis pactum concernentibus: *ibid.* 1628. in 4.

De variis insuper materiis juridicis, Politicis & Historicis Academicas Ventilationes instituit, ex quibus ad nostrum tantùm conspectum pervenit, de internunciis seu remediis possessoriis.



PANEGYRICUS JAN. GRUTERO SCRIPTUS

A BALTHASARE VENATORE.



Ulla acerbior dies à longo tempore inclytum litterarum nomen invasit, quàm cùm nuper ingentibus meritis clarissimus vir *Ianus Gruterus*, variis studiorum ac cæteris vitæ laboribus exhaustus ultimam naturæ legem, ea parte, quâ mori potuit, omnes autem elegantiores homines perpetuo sui desiderio implevit. Pro certo enim mihi persuadeo quibuscunque in Europæ locis, ubi consummata eruditio æstimationem sui retinet, hic summi viri occasus nunciabitur (quid enim magnum diu siletur, cum cœpit aliquando cessare?) tamdiu verba lugubria super nostro hoc funere longè latèque auditum iri, quàm diu fama ullos inveniet, quibus hanc sæculi jacturam recenti nuncio ad aures admovebit. Qui potentia & magnitudine Imperii censentur, eorum quidem proprium hoc esse fateor; ut fortunæ suæ splendorem, dum vivũt, plurimorum oculis impingant, & ubi mortui fuerint, eundem splendorem in funere, in ipso mortalitatis & vanitatis spectaculo non sentientes usurpare soleant: omnibus prætereа veredis celeritas crescat, ne quod pauci, quos dies ejusmodi attratos fecit, domi sciunt, foris cæteri in quamcunque affectus speciem ignorare possint, cùm hac ratione supremæ majestati consuli videatur. Verùm ea res apud exteros fermè ad delicias tantùm facit, dum in cætibus, in conviviis, in circulis, in tonstrinis etiam, nova tali & adventitia narratione silentium redimendum, & per aliorum tristes casus ac nuncios delectationi serviendum est. Tolerabilis tamen etiam in hoc fructus esset, si non & optimi sæpe Principis finis tantos apud alios plausus excitaret, quantum domi & apud

apud suos mœroris. Rarò enim aliquis ingens de hoc genere hominum vitam reliquit, quin aliena cupiditas, cui hactenus Defuncti virtus obstitit, illa occasione improbiùs speret, aut æmulantis odium gratuitò lætetur. Sed aliam longè & multò securiorem felicitatem sibi in his terris pignorant Heroes nostri, qui saluti rei literariæ præsederunt, qui nullius avaritiam suis bonis accendunt, cùm propria eorum possessio non in hæreditatem veniat, nec in naturam prædæ, qui nullius odium merentur, cùm prodesse studeant universis, & studeant hoc unum. Ipsam adeo invidiam, virtutis perduellem eorum excessus, sicut olim vita, torquebit, & dolore interius confesso uret: olim, quia omnia ex eorum scriptis discere oportuit; deinceps, quod his quidem publicè scribendi, ipsis clàm & ingratè discendi consuetudo interemta est. Jam & illud haberetur discrimen, quod mœror hic judicium est, illic impetus, & admiratio rei non admirandæ, potentes etiam posse mori: pauci de virtute cogitant, aut detrimento posteritatis. Hic nemo luget, nisi qui doctrinam, sapientiam, virtutẽ aut amat aut sequitur, aut habet, quorum numerus etsi nec in Aulis nimis magnus, & in vulgo satis parcus, tamen ita magnùs est, ita latus, ut porrigatur in omnes oras, ubi homines vivunt ulli ulla bona disciplina instituti. Vellem equidem, quàm vetera exempla hujus orationis non desunt, ita recentia non superessent; vellem de memoria simul omnium quibus ingenii divina, mensura ævi humana contigit liceret in præsentia loqui, nec ad rem præsentem & ad solum nomen illud oporteret redire, quod quàm olim libenter ac jucundè auribus & linguâ usurpavi, tam nunc invitus attingo, non quia illud minùs colam aut amem, sed quia dolorem nimis facilè irrito, & cùm irritavi, ne dissimulem vitium meum, nimis molliter fero. Sed dolebo potiùs, Mi Pater, quàm ullum officium tibi denegem, & cùm ubique admirabilis eruditio tua, JANE GRUTERE, notior fieri non possit, cùm ubique jam lugearis, saltem illa per me notiora fiant, quæ vel non omnes attendebant, dum tantùm maxima aspectabant, vel scire non poterant, cùm tu non proderes, vel videre ipsi aut coram audire, cùm longè locorum abessent, vel præclarus laudes tuas cunctas tenere, cùm tu laudanda patrare non antè desieris, quàm vivere. Gratum habuisti, Beate senex, hoc leve tributum vocis meæ antequam hinc exires, gratum habuisti, si rectè accipio illam præsagam epistolam tuam ad Amicorum, ut fide, ita cæteris virtutibus sæculo majorem, Amplissimum Lingelshemium. *Venatorem*,

 in-

inquis, *saluto & nūc vel singulariter alloquor impetraturus E- pitaphium si quid mihi humanitùs contigerit.* Nihil intere sermonem ego Epitaphium, an illud, quod propriè dicitur, utrumque intelligam; nec amplius me examino, an idonei ad tanti viri laudationem accedam, cùm ad me accessisse vi deri possit, qui scripsit hæc verba, *Epitaphium impetraturus* haud quidem ille fiducia ingenii mei, sed obsequii securus. Philosophus è Socratis disciplina apud convivium regale infimum locum premere jussus, non ignominiam sibi, sed loco dixit honorem accessisse; similem responsionem paratam habeo contra illos, qui fortè inglorium GRUTERO duxerint aut dixerint, quod non majori eloquentiâ suę posteritati ostendatur. Sicut enim Aristippus ille humili loco dignitatem fœneravit, ita amplissimum nomen Gruteri hanc commendationem sui ultrò satis superque poterit commendare. Hac igitur cura nunc quidem procul habita, ut tardius ad suprema illa, ad importuosum illum portum & æstuarium doloris nostri pervehamur, dicendi principium cum ipso principio nascendi connectamus, & ut tristem illam necessitatem rectiùs consolemur, repetito ordine cum GRUTERO prius vivamus. Eodem enim in hoc cursu proficiscor, quo superioribus annis cùm è patria in navim ejectus, sociatâ exulum turbâ, alterius terræ humanitatem suspirarem, & adverso flumine jam suggredientibus nunciarent riparum accolæ, edoctos de nostra adventatione Autolycos à Savo, & direptionem navi nostræ decretam, si venissemus ad eorum latebras. Ibi remedium nobis à simulatâ fluminis contumacia: hæsimusque non retenti, ne prædonibus iter nostrum succederet, diùque abessemus eb eo loco, ubi pro nostro brevi cursu, non nostra vota fiebant. Nemo enim ad periculum suum nisi alienatâ mente properat. Nemo non ad tristia serus accedit, si locus & jus est differendi.

Inter ornamenta hominis, ad homines & hanc communem lucem emergentis primum Patriam esse sine impietate dixero, quoniam parentes quidem liberos generant, sed parentes nostros, avos atavosque Patria antè generavit, è cujus velut sanguine geniti, cujus succo & uberibus nutriti, cujus sollicitudine educati sunt, qui nos gignunt, nutriunt, educant: quam siquis exilem nactus est, jam eo ipso major fit, quòd tantus ex tantilla prodierit; sin augustiorem; bis magnus est, sive quod illustrem ante patriam suâ virtute magis illustrat, sive quod se ipsum patriæ suæ parem fecit. Hoc altero modo etiam GRUTERUS sibi patriam, patria GRUTERUM

obli-

obligavit. Sunt enim hæc mutua; tenentur & tenent, dando & accipiendo utramq; paginam comparant. Civis meretur civitatem, & civem meretur civitas.

Flos urbium Antverpia, tibi hunc acceptum ferimus, tibi hunc gratulamur, tibi decus tuum, si nescis, tuum beneficium, quo partem orbis meliorem obstrinxisti, asserimus. Quoties aliquis de laudatoribus tuis hanc Urbem amplissimam, opulentissimam, pulcherrimam dicet, quoties agros, mœnia, arcem cœlo, & arcibus æmulas domos, quoties Scaldim tuæ magnitudinis negotiatorem prædicabit, quoties & leges, & jura, & horum custodem ac vindicem Senatum extollet, GRUTERI quoque gloriam, si sapit, patriæ lucri facere non obliviscetur. Profectò ut ingenui est animi, nemini suum intervertere, aut per invidiam aliò raptare, aut per eandem dissimulare; ita qui patriæ bonum & eximium virum asserit, talem se ipse probat, sapientémque Rempublicam testatur, ad cujus fontem alterius sapientiam refert. Nam sæpe ipsum ingenium, ipsos mores, ipsam bonam mentem tam à patria, quàm à parentibus haurimus, & quantum virtus in gloriam progreditur, tantùm gloria ad originem sanguinis, aut soli regredi videtur.

In hac igitur urbe GRUTERUS non modò vitalem spiritum, sed etiam litterarum amorem imbibit, in hac, inquam, urbe, quæ fæcunditate, cultu & honore quamvis ingeniorum matrem provocabit. Non enim, quomodo alibi sæpe fit, commercia & divitiarum studia (quibus in Republica suus quidem locus, sed & modus est) sic tractantur, ut illæ artes vilescant, quæ ob id ingenuæ dicũtur, quod divitias si non contemnunt, saltem minimè quærant. Ita diversissimæ res uno in loco citra pugnam sociantur, labor circa opes maximus, & nullus; cùm in utroque necessitas insit, sed ut illa magis in oculos incurrat, hæc non nisi à sapientibus intelligatur, tam quidem ad firmamentum Reip. valida, quàm ad decus immensa. Infelices contra populi & obnoxii, apud quos illa res, quæ, prę monente oraculo, Spartæ quoque captivitati & exitio fuit, velut rerum salus & quasi numen quoddam placere cœpit. Non libera curia, non plebs; & dum omnes avaritiam, & avaritiæ instrumenta usuras fatigant, dum passim artes malæ adoptantur, abdicãtur bõę, supervacaneum habetur, quicquid lucro vacuum, quidquid imperitia non vacuum. Ubi propè periculum est sãa scire, sãa loqui: ubi habẽdi cura propè õnia facit, quę inscitię pœna est, cũ ad ratiões vẽitur, miseris illis satageis omnia

desunt, miserioribus, quod tandem etiam liberalis fama, liberales cives, liberales animi, litteræ ac litterati deficiunt, nisi prius defecerunt. Frustra in tali Repub, tu Ægydios Grapheos, Masios, Wesenbeccios, Scotos Ortelios, Gorlæos, Gevartios, & alia nomina æternitati genita, vestigabis. At hi omnes (quod in honorem & urbis, & talium virorum summa voce & ingentibus litteris dicere scribere liceat) fuerunt aut sunt Antverpiani, Antverpiani & cives Gruteri. Qui cùm doctissimi nominantur, tantùm videtur nostro honoris accedere, quantum quisq; ad ignominiam suam traheret, si patriæ gentem inertiæ aut stuporis, aus alia vilitatis nota audiret infamari, meliorem ipse conscientiam sui in suorum rubore confessus. Non enim majus existimandum est decus optimum esse inter deteriores, quàm inter optimos non deteriorem. Haud scio an aliud intellexerit Brasidæ mater, cui oratores ex Thracia cùm dicerent, *Filius tuus victor occubuit in prælio, pari non relicto apud Lacedamonios, vos verò hospites*, inquit, *nondum rectè, ut video, nostis Lacedamonios.* Dubites an temperavit magis laudes filii cæteros collaudando, an magis auxerit temperando. Sed quid ego de GRUTERI Patria tam multa? Cui ne gratiam quidem habendam alii forsan putarent, qui scirent GRUTERUM non longo intervallo hanc & adspexisse & respexisse, cum eum Natura in Patriam, Patria mox in exilium misisset, quasi qui nondum culpam mereri poterat propterea puniretur, quod natus esset. Verùm nec ipse necessitatem hanc querulus objurgavit unquam, aut cum tempore præterito expostulavit, ne cùm inhumaniter esset exturbatus, inhumanius faceret, si nutrici, quamvis brevissimæ irasceretur. Potius hoc illi se debere agnoscebat, quòd maturè humanis casibus traditus familiaritatem cum ærumnis vitæ statim puer contraxit, & quantò citiùs ad eum calamitates, tantò citiùs ille ad consuetudinem pervenit. Cùm enim nihil magis torqueat mortales, quàm malorum novitas, bene cum illo agitur, qui tunc incipit, cùm & cæterarum rerum, & hujus novitatis nullum est judicium, ut tunc, cum judicio cæterarum rerum contigerit, hujus nullum esse possit, quia diu incepit, & quando inceperit, vix recordatur, & quando recordatur, laboribus suis fruitur. Felices multorum essent liberi, si non essent felicium; si non intra cubilia nati, educti, instituti, solam copiam, beatum victum, cultum mollem, verba blanda, vultus indulgentes, sine famis, sine nuditatis, sine interdicti, sine potestatis alienæ notitia discerent aspicere, amare, habere: qui dum la-

ncis

neis fortunæ manibus sic tractantur, non aliorum miseriis indolescunt, neq; suas, dum Felicitas in malam syllabam crescit, nisi cum maximo tormento animi tolerare possunt, aut ipsi propter querelas tolerari. Longè aliam vitæ rationem expertus est GRUTERUS, & GRUTERUM longè alium experta est vita, in quam quidem sic venit, ut exilium brevi, certè prius ferret, quàm intelligeret, quasi non aliter vita constaret. Juxtà ipsi & pœna & culpa ignota erat. Non sentiebat, patrem nihil meritum esse, nihil matrem, nihil se: sed tamen quasi sentiret, puerili securitate, quæ viros etiam innocentes decet, parentes comitabatur. Fuit tunc illud tempus, cùm *Margaretha Parmensis* nomine Regis Hispaniæ Belgis præesset, & variè Provinciales fremerent, quòd alios religio separata faceret invisos, alios Sua, & Regis feroces; eaque res diu certata donec à parte potentiori successus in iram, ira in vindictam, hæc cùm in alios, tum in Antverpienses tam diro proscriptionis carmine prorumperet, ut certa salutis & fortunarum pestis omnibus immineret, quicunque aut dicto aut facto aliquo displicuissent. In damnatorum numero inventus erat GUALTERUS GRUTERI Pater, ne matre quidem, quod paucis fœminarum contigit, ut in Nomenclaturam funestam & ipsæ referrentur, exemtâ. Cæterorum causam prætereo, cuique sua relicta fiducia. GUALTHERUS jam ad nos pertinet, quē licet à sētētia liberare jā serū, ab infāia tamē sētētiæ liberare non est serum, nobis autem hoc loco tempestivum. Nec deceret, eum, qui ad damnationis memoriam venit, non etiam venire ad competentam defensionem. Esset enim hoc magis filio patrem laudare. Crimen universorum celebrabatur *Societas*. At GUALTHERUS abstinuit ab ipsis scopulis, & turbulentum hunc campum omnem de industria fugit,

Expers nec quicquam belli, neutra arma secutus.

Sed ne quid dissimulare velle videar, prodam quod objectū est facinus, & prodam paucis. Ausus est precari. Subscripsit Nobilium libello, & hoc accusatur quasi Majestati preces offerre sit majestatem violare. At Matris etiam crimen dicendum est. Imò dicemus, & id ipsum spero, dum nominabitur, faciet innocentem. Venerat absente marito in ejus ædes Homo suspectus, & venerat hospitii causa, venerat illa invita propter suspicaces, venerat illa reluctante, & ad mariti absentiam provocante. Sed cùm homo parùm de alterius periculo cogi-

tans non parceret solicitudini matronæ, statim Calumnia, quæ centum oculos habet, centum aures, centum linguas, omnibus suis instrumentis usa, quis advenerit cognoscit, & quare advenerit cognoscit, & quare advenerit interpretatur, & quare illa receperit comminiscitur, omnia verò in eam partem, tanquam receptus ille, vel potius receptor ille sui, & matrona receptrix, quod & ipsum falsum nomen, ad divina celebranda, sive, ut illi vocabant ad turbas meditandas, domum operamq; sibi mutuò locassent. Ob has igitur causas GUALTHERUS & Uxor inter proscriptos, GRUTERUS cum proscriptis, inter proscribendos, quippe innocentes, nunquam fuerunt; quod ideò relatum est, non ut veterum gestorum rationes è situ excitem, sed ut multis aliis exemplis & hoc contribuã, non semper culpa non carere, qui patria carent. Cœpit tum GRUTERUS ab urbe deduci in orbem, in orbem & rerum humanarum theatrum, ut multorum spectator fieret, & spectaculum sui. Nondum bene patriam noverat, tantò facilius poterat oblivisci, sed tamen cùm illa relinquenda esset, adversitatis ita capax jam erat, ut intelligeret, commodiùs non relinqui. Sentiebat enim invitos parentes abstrahi, dum illorum æquum animum aliquando suspirium corrumpebat. Cur non ei in mentem venisset, eos, qui tam gravia susciperent, gravioribus haud dubiè cessisse? Cœpit igitur GRUTERUS in contemplationem & conspectum vitæ humanæ propius adduci, cæpit communi sorti domesticus fieri, & cùm paternam domum relinqueret, nullam certiori spe præcipiebat, quàm magnam hanc domum, in qua omnes degimus, aut illam parvam, & navigationi textam, in quam se charasq; sarcinas parentes conjecerant. Imponebatur enim elemento instabili & ventoso, cujus naturam velut fortunæ suæ germanam aspiceret. Vidit pericula in periculorum effugio, vidit aquas & auras initiò sibi; post non multò Proscriptori velle, & quasi fidei pœnituisset, proditionem moliri. Apud Valachrorum enim insulam ventus quasi cum adversario conspiraret, ita contra spirabat, redditurus eos, opinor, in ea loca, quorum se potestati & iracundiæ abstulissent. Itaq; tum conatus ventorum sistendus erat anchoris, & in proxima deinde terra exponendum totius navis exilium. Ita mox terris aquæ, mox aquis terræ mutabantur, sed non perinde fortitudinem animi & constantiam esse mutandam didicit GRUTERUS exemplo parentum. Mater quidem (præponam enim hunc sexum debiliorem, ut de firmiori crescat existimatio) quâ mentis altitudine, quâ negligen-

gligen-

gligentiâ suæ fortunæ inter illas angustias locuta est? Summovit, inquit, jam vespera diem (summoverat enim) *Repetamus domum.* Navem autem dicere voluit, & voluisse hanc dicere, postea marito indicavit, qui simplicius hoc verbi, & revera de domo sua Antverpiensi acceperat. Quod alius miseriæ suæ specum, latebram, stabulum, carcerem, ludibrium ventorum appellasset, hoc fœmina generoso spiritu *domum suam* vocavit, sive jam dicemus errorem fuisse, mirum est in malis verbum tamen Felicitatis prævertisse, cum alioqui fortunæ suæ titulos quilibet nimis etiam memoriter teneat; nec videatur calamitatem suam magni facere, qui alienis vocabulis uteretur, sicut nemo putatur ejus rationē habere, cujus nomen ignorat: sive studio loqui sic voluit, ô fœminam nequaquam muliebrem! Dolium aliquis è sapientibus olim pro domo habuit & habitavit, sed haud scio, an sordium merita suggillatione. Nec n. qui præter necessitatem migrant in haras & squalori vitam mancipant, eosdem sapientia præstare dixeris, sed illos profectò potius, qui mediocria diligunt, quàm mendica, qui culcitram somno, caninum cibo, poculum potui, tectum & textum corpori non negant, sed & his omnibus quoties carendum est, æquo animo carent, vilissimis utuntur tanquam quotidianis; qui deniq; cum matre *Gruteri*, quando naviculā intrant, dicere possunt, *Eamus domum.* Nemo verò dicere hoc poterit, nisi qui aliquando domū coluerit, ut naviculā. Quandoq; in terris quoq; mare est, & fluctus & naufragia, quæ cum tumultuari bona fide cœperint, tam necesse sit & consultum è terris ad mare, quàm ex hoc ad terras confugere, simul ac periculum certa signa miserit. Quantum hæc fœmina abest ab eo, qui se MUNDANUM dixit? aut quid eā responsuram fuisse credimus, quæ domum vocavit, quicquid pro domo coluit, Amphibion animal professa, sive quod idem est, *mundanum.* Hoc igitur matris exemplo teneras GRUTERUS aures, patris verò discrimine præsens spectator oculos etiam erudivit. Cùm n. hic sciret, illic nondum exilium esse, quibus partibus exilii regnent authores, & posse pro malis reperire pessima, qui non omnibus modis machinisq; copiam sui longè portaret, cumq; comperta res esset, odium delectum habere præcipui sexus, illumque ceu *victimam eximiam*, ut veteres loquebantur, deposcere solere, suis quidem dissimilitudine periculi fretis, & navem repetere jussis, operosioris profectionis artem sibi accersendam credebat. Placuit igitur, quod multis sæpe cordatis saluti, suspectam locorum fidem frustrare, & mendicitatis habitu notitiam sui excæcare, quibus ornamentis absconditus, &

hume-

humeros Agrestium mercede pactus, palludes, quæ sunt in Caletum & Insulam, transmeavit lætus illo portu quasi tra quillitatis. Sed in ipsa Caleto injecit ei manus alia sævi nullis vestigiis præscienda. Cùm enim apud hospitem pu blicum ventos utiles expectaret, atq; interim simul peregrin alio amœnitatis causa muros circumgrederetur, illiciti ta ignarus, quàm suus Comes; illico milites adfuerunt, qui reprehenderent, ducerent, & jam tenebatur uterque certa carceri destinatione, ac jam conditus erat, nisi captivitati tam repentinæ non nemo de Magistratu, qui per eandem civitatis viam occedebat, intervenisset GUALTHERO dimitti jusso, quippe sibi (ita ajebat) noto. Quod absq; numinis cura singulari factum esse nemo existimabit, si & illud adspexerit hominem illum beneficum GUALTHERO nunquam vel prius visum, vel in ipso facto agnitum, vel ab ipsius vindiciis adsupremum usq; finem alio nomine cognitum, quàm *ignoti liberatoris*. Non didicerat GUALTHERUS alienæ civitatis leges, ignorabat alibi muros hactenus sanctos haberi, ut ambulare juxta nefas esset. Nondum nocens, jam reus erat, nondum delatus, jam absolutus. Nondum judicem, jam è judicibus amicum habebat. Vix distinguere poterat injuriæ & beneficii tempus. Cuncta mira, sed hoc magis mirum, quod qui dimitti jussit, nullo pronunciavit argumento nisi quòd hunc novisset, eamque causam cùm probasset custodiæ militum, nondum probaverat ei, cui voluit prodesse, utpote salutatis, quā fāiliaris magis oculis ejus oblatus: maximè verò mirū quod qui præclari bēeficii authorē tota vita mēorabat, semper tamen cui gratias ageret, ignorabat. Nihilominus & ille se novisse rectè dixit, cùm in vultu liberali quasi quandam boni viri inscriptionem prælegisset; & Hic non novisse, cùm, quem quis non nisi per beneficium novit, hoc magis ignorare sibi videatur, quò flagrantiùs nomen ac cætera illius pernovisse desiderat. Hac vicissitudine perfunctus GUALTHERUS in Britanniam trajecit, sede captâ Norvvichi, quo in loco comitatem partim ipso civium ingenio natam, partim suo ipsius nutritam tantis sensit argumentis, ut Caleti, quod in uno expertus fuerat, id hic tulerit ab universis, non quidem carceris illic injuriis subductus, sed post capitalem hostium malevolentiam benignissimis horum animis & studiis refectus.

Non opus fuit dubiis precibus Magistratuum fastidia mollire, vel hospitalitatem expugnare blanditiis, nec audire perfugii causas malefica interpretatione corrumpi, & multis repulsis tristio-

tristiores pati assensus. Receptus est, ut in parentum, fratrum, agnatorum fidem, nulla locationis formula, ut pro communitate coeli vel aëris pensionibus responderet, facultates inter amicos & inimicos partiturus, dum quæ migrari non possent prædæ relinqueret, quæque migrasset alibi stillicidiis annuis vel trimestribus (scio enim ubi hoc moris sit) ad fiscum transferret. Sed major illis animus, quam ut cauponarias mercedes poscerent hospitem, & mitior, quam ut vectigalem facerent exulem, omninò verò sic affectus, ut hunc per omnia civis loco haberent, nisi quòd gratuitus & immunis esset, humanitate illa à populo quoque vehementer approbata, quod nemo per invidiam questus esset, his aliquot capitibus angustias fieri civitati vel annonæ, nemo proquiritasset, urbi, propter paucos alienigenas velut mole nimia laboranti sanguinem mittendum videri. Usque adeò nullum fuit peregrinitatis odium, tota detestatione conversa in eos, per quos non licuit non peregrinari. Honor autem sic communicatus ut intelligeret universos, ad oblivionem retro-malorum ipsi medicinæ, quantum fieri posset, efficacissimæ veluti symbolas conferre. Non sciremus supra alios dilectum fuisse, nisi, quod cæteris Belgis id loci factum non est, huic soli fecissent. Unus enim hic de popularibus symphoniam sublucanam, quæ Norvvichi per tempus æstivum præcipuorum civium domos obibat, horis consuetis participavit, cùm Civitas optima reliquis peregrinis humanitatem quidem omnibus, huic & amœnitates suas nuncuparet, tanquam parum esset, si civis, nisi & inter præcipuos foret, parùm, si inter præcipuos, nisi & quotidianâ prærogativâ ei ostenderetur, sed parùm & hoc, nisi post nocturnam statim quietem cantiones vel ut suasorias ad ædes autésque mitterent, ut diem quoque curas tristiores, quæ extorribus nunquam desunt, exuere, neque pejus vigilare, quàm dormire, sed utrumque tempus ita peragere vellet, ut solent ii qui se inter amicissimos cives versari noverint. Pacis enim & concordiæ nomen Musica est: nunquam per hanc odii nuncius expeditur, aut damni aut injuriæ, sed amor hanc invenit, amor hanc celebravit, amor absolvit, nisi quod honor quoq; dignis reddendus, qui tamen ab isto fonte manat, humanam vocem sollicitavit. Quorum & hoc illud GUALTHERUS tam bona fide, tam bona copia inter Norvvichios accepit, ut dignum putaverit, quod repetitis narrationibus memoriæ suorum penitus imprimeret, quod filius præcipuè edisceret, quod ille nobis dictaret, nos auribus vestris & posteritati traderemus.

Et

Et fortasse aliis nimis multa videor dixisse de Norvvichiorum comitate,mihi verò nondum satis, quippe summas delicias in facti tam benigni reputatione invenio,neque invenirem tantas,nisi comparata quorundam in exules crudelitas,inæstimabilem redderet hanc,de qua loquor,virtutem.Fit enim ingens ingentius bonum,si discas à contrario ingente malo. Et profectò paucissimis in locis tam fausta cantilena, qualis hæc apud Norvvichios fuit,exulibus & peregrinis indulgetur. Multas inauspicatas,inimicas & arcentes aves mortales illi ubique ferè nanciscuntur,nullas tamen infestiores hodie, quàm quæ de suggestu diris omnibus regnant,& populares animos odiis aspetant,quos vetus Augurum disciplina ignoravit,nisi,quia de summo vocem mittunt, *Superuaganeas* cum antiquis appelles, aut picarum generi adscribas quodam collegio naturæ, quoniam utrisq; par insolentia,quam illis fabulæ tribuunt, par conviciandi & obtrectandi libido

Raucaque garrulitas,studiumq; immane loquendi.

Dicam clariùs. Sunt nonnulli (absit enim ut omnes eadem censura vexem) & in ipsa matre nostra Germania de sacro ordine homines facerrimi, qui velut divinarum & humanarum rerum judices atque arbitri tanta confidētia partem illam, quam nescio quis optimam & pessimam dixit,exercent, ut quidvis in quosvis nullâ curâ, verum an falsum intemperanter effundant, auresq; & fidem Vulgi ignobilissima captivitate damnent & servitute. Aliquis ipsis non dedit? Avaritia: non scrupulosè satis honoravit? arrogantia: non laudavit? ambitio: non rudis est? invidia: non assentitur? Inimicitia: malum morem tangit,tum verò capitale odium eos facit disertos. Omnes virtutes unius virtutis compendio possidebit,quisquis illos omni ratione placare studuerit; turpissimus etiam pretium merebitur,si noverit modos gratiæ apud ipsos quærendæ tuendæ. Bonis quorum nec mens,nec lingua, nec vita servit ostentationi, sed veritati, qui non Plausum pietatis,sed pietatem sectantur, nulla difficilior res est, quàm se talibus probare. Hi contra bonos omni telorum commento pugnant, maximè tamen illo, cujus aciem Thearidas in suo gladio laudavit. Charitatem mutuam commendant, & nihil charius habent odio,odium damnant, & nihil exosius habent charitate, quippe qui sibi non constant, & quod rectè præcipiunt, malè ipsi temerant, tantoque pejus, quod hic quoque sæpe principatum petunt, ut quibus solis licet publicare officia vi-

tæ,

tæ, solis etiam liceat vivere præter officia vitæ. Dei præceptum est, & præceptum sæpius, Peregrinum ne quis malè tractet, ne quis affligat: In cœlum enim meare gemitus eorum, & à Domino demeare vindictam. Scio tamen, ubi peregrinos nemo magis infestet, nemo magis furca expellendos clamitet, quàm quidam de cœlestium illis consultis, de sanctitatis illis Satoribus & statoribus, qui cùm jussiones divinas non ignorent (etsi multi ne hactenus quidem profecerunt) nihilominus sic efferantur contra hospites inculpatos & præterpropter speciem pios, ut si per illos staret, haud scio an Taurica sacra facturi sint, & qui hoc unà cum ipsis quàm vehementissimè voluerit, ille demùm divinus habetur, & sua dignitate dignus.

Proh superi quantum mortalia pectora cæca
Noctis habent! Ipso sceleris molimine Tereus
Creditur esse pius, laudemq́ à crimine sumit.

Sed ego Norvvichio longius sine GRUTERO discessi, & quidem ad hos *Ætnæos fratres cœlo capita alta ferentes*, ubi sentire quæ velis, & quæ sentias dicere non est, *relegens errata retrorsum littora* ad Icenos nostros denuò me vertam. Eo loco GUALTHERUS agens tales amicos nactus erat, ut facilè, quam à Fortuna acceperat plagam, falleret, talem verò animum ipse inter adversa custodiret, ut tantùm à vilitate sui abesset, quantum aberat à vanitate. Per illud enim tempus Legatos à fortissimo Principe Auraico tunc ad eam civitatem missos (inter quos erant *Levinus*, *Calvarinus* & *Gerdeus*) è diversoriis publicis domum suam traduxit, volentesque volens recepit, ut palam esset nihil degenerasse egregium pectus, quod hospites tantos in aliena civitate sibi vindicaret, nec fuisse aliquando sine authoritate, in cujus domum authoritas publica migraret, nec ipsam domum sine splendore, quàm vir tam generosus habitaret, legati non spernerent, Senator (is fuit *Sutertonius*, Christophori frater) habitandam præberet. Post non multum annorum tamen relicta Britannia Middelburgi consedit. Middelburgum deinde rursus Antuerpiâ mutavit sub illud tempus, quo successus voluit Ordinibus, ut arcem suis præsidiis occuparent, prius tamen à Senatu publicorum munerum vacationem impetravit, non odio quidem laboris, aut ignobilitate mentis, sed ambitionis fugâ; non quòd officium Reipublicæ negaret, sed quod inter æmulationes temporum calumniis innocentiam prębere nollet. Deinde verò cùm *Alençonius* in spes vanas, & parem eventū fuisset, immunitas illi con-

cõtinuari non potuit, sed quia Magistratum imprimis Religio nec alium magis dexteritas tunc commendabat, GUALTHERUS vici sui magister delectus est; cui muneri minùs gravi successit deinde gravius, cùm *Parmensis* obsidionem fecisset. Rei namq; frumentariæ quatuorvir, collegis *Aldegondio, Lefdale & Rosa*, adscitus in partem gloriæ illius mittendus est, quod annonæ conscientiam sic inter paucos septam tenuissent, ut citra deditionem nec civi, nec hosti constare posset, tantum tridui frumentum superfuisse. Quod secretum in obsidionibus adeò necessarium est, ut sæpe maximum momentum belli consistat in artificio tegendi, ne vel domi civis, vel obsessor foris intelligat, quid urat obsessos. Nunquam statuit trophæum in bello, qui necessitates omnes foras vertit. Quanquam me non piget Filio, cujus causa totum hoc agitur, prætexuisse patrem, quandoquidem hoc etiam GRUTERO gloriæ ducetur, quòd patris virtutes primò secutus, deinde additis variis ornamentis easdem fuerit supergressus: tamen unicum tantùm, quod animo nunc suggeritur, ut agmen claudat, subjiciam.

Pater cùm post pacificationem Gandavensem Middelbergam concessisset, Valono milite Flandriam depopulante, dum annus ille cuncta sursum versat ac deorsum, civis quidam lautus, fortunis in compendium auri contractis, eòdem profugit, & Gualtheri domo, quæ tunc contra Civicam erat, perrogando repertâ, protinus ad eum ingressus, salvere te jubeo, inquit, Patrone, & nunquid Gualtherum Gruterum, qui nuper in Anglia? Ajente nostro; licèt, inquit ille, hoc quicquid est Hipperæ custodiæ tuæ mandare, annuente nostro iterum, dat, abit, nullo teste proviso, nullo syngrapho. Gualtherus, qui hominem rediturum putabat, si vespera mercatui supervenisset, depositum in priore parte ædium proximo paxillo suspendit: sed cùm hospes nec illo die, nec postero, nec posterum sequente reviseret, & pondus depositi interim animadversum alium locum suaderet, transtulit illud Gualtherus in arcanum studiorum. Alter post anni quasi sextantem demùm ad conveniendam peram suam reversus, cùm alveum illum aperiret, viginti quatuor *dupliones*, ut vocant, Isabella-Ferdinandicos GUALTHERO præmii vicem offert, quod, dum ipse per Brabantiam Autesiamq; nominibus suis appellandis abfuisset, non molestum habuerit peculium relictum custodire. Sed mercedem GUALTHERUS recusavit, satis sua sibi conscientiâ muneratus. Utramcunq; partem aspicio, virum bonum

num adſpicio; Dant reddunt invicem; nec ille fidem hujus ſcripto vel teſte munit, nec obſequio hic mercedem captat. Alter credit ſimpliciter famæ, alter præſtat ſimpliciter virtuti. Non tanti fuiſſet fortaſſis hanc quoque rem per ſe non nimis magnam referre, niſi bonus mos ſemper produceret infamiam mali. Audivi ſæpiùs è grandævioribus, olim qui pecunias invicem & contractus exercebant, nudâ verborum ſanctitate conveniſſe, nec minùs ideò ſecuros fuiſſe, aut magis feſelliſſe: ſin etiam voluntates aliquando mutuas ſtylo conderent, factùm id non tàm ut neceſſitatem ſervandi ſibi, quàm poſteris memoriæ diuturnitatem ſtabilirent. At præſens ætas quantùm in pactionibus ſudat? quantis anxietatibus non credit, cui credit? quanto molimine ſyngraphas ſtruit & obligationes? quoties interpolantur verba, refinguntur, limantur & limitantur? Hoc addendum, illud detrahendum, hoc captioſum, hoc obſcurum eſt, hoc nimis laxum, nimis anguſtum eſt. Tùm verò, cùm in clauſulam definēdum eſt, baſilicas edictiones adſcribunt, ipſi juri, quaſi illud quoque fraudibus advocet, contra ſe ne jus ſit volunt, jubent. Quod profectò non aliter fit, quàm ſi virum bonum negent, cujus fidem tot indaginibus & laqueis & nodis includendam putant. Nunc ad JANUM ipſum GRUTERUM paulò propiùs gradum tollamus. Is ſicut rebus duris Conſtantiæ doctores utrumque parentem, ita Matrem præcipuè ſtudiorum magiſtram, votum ſimul Agaſiclis conſecutus eſt, ut eorum diſcipulus diceretur, quorum & filius eſſet. Mater enim præter Gallicam, Italicam, Britannicam linguam, Latinas litteras optimè, Græcas ita callebat, ut & Galenum, quod milleſimus Medicorum vix ſolet, linguâ Galeni legerit. Uſitatum nempe fuit illo tempore, generoſiores ut familiæ literas eum quoque ſexum docerent, quem diſciplinis antiquiſſimi mortalium vel præcipuè videntur conſecraſſe, cùm uni duntaxat juveni laureato, nempe Apollini, novies verò totidem puellis Eruditionis numen & majeſtatem detuliſſent. Nec, opinor, ſapientiæ partes antiquitas mulieri in tanta Deorum abundantia tradidiſſet, ſi quemadmodum viris olim Bonæ Deæ, ſic mulieribus ſtudiorum ſacra adiri nefas haberetur. Adierunt olim & obierunt hæc ſacra *Cornelia Gracchorum* Mater, *Hortenſia Quinti*, *Lalia Caji* filiæ, ſed & aliæ complures, quæ literas olim exactè calluerunt, quæque nunc à literis coluntur & æternantur, nullo magis immortalitatis collegio dignæ, quàm hujus noſtræ *Catharinæ Tiſhemiæ* (Matrem GRUTERI dicimus) quæ licet ingenii partum nullum,
 lum,

cōtinuarinon potuit, sed quia Magistratum imprimis Religio nec alium magis dexteritas tunc cōmendabat, GUALTHERUS vici sui magister delectus est; cui muneri minùs gravi successit deinde gravius, cùm *Parmensis* obsidionem fecisset. Rei namq; frumentariæ quatuorvir, collegis *Aldegondio, Lefdale & Rosa*, adscitus in partem gloriæ illius mittendus est, quod annonæ conscientiam sic inter paucos septam tenuissent, ut citra deditionem nec civi, nec hosti constare posset, tantum tridui frumentum superfuisse. Quod secretum in obsidionibus adeò necessarium est, ut sæpe maximum momentum belli consistat in artificio tegendi, ne vel domi civis, vel obsessor foris intelligat, quid urat obsessos. Nunquam statuit trophæum in bello, qui necessitates omnes foras vertit. Quanquam me non piget Filio, cujus causa totum hoc agitur, prætexuisse patrem, quandoquidem hoc etiam GRUTERO gloriæ ducetur, quòd patris virtutes primò secutus, deinde additis variis ornamentis easdem fuerit supergressus: tamen unicum tantùm, quod animo nunc suggeritur, ut agmen claudat, subjiciam.

Pater cùm post pacificationem Gandavensem Middelbergam concessisset, Valono milite Flandriam depopulante, dum annus ille cuncta sursum versat ac deorsum, civis quidam lautus, fortunis in compendium auri contractis, eòdem profugit, & Gualtheri domo, quæ tunc contra Civicam erat, perrogando repertâ, protinus ad eum ingressus, salvere te jubeo, inquit, Patrone, & nunquid Gualtherum Gruterum, qui nuper in Anglia? Ajente nostro; licèt, inquit ille, hoc quicquid est Hipperæ custodiæ tuæ mandare, annuente nostro iterum, dat, abit, nullo teste proviso, nullo syngrapho. Gualtherus, qui hominem rediturum putabat, si vespera mercatui supervenisset; depositum in priore parte ædium proximo paxillo suspendit: sed cùm hospes nec illo die, nec postero, nec posterum sequente reviseret, & pondus depositi interim animadversum alium locum suaderet, transtulit illud Gualtherus in arcanum studiorum. Alter post anni quasi sextantem demùm ad conveniendam peram suam reversus, cùm alveum illum aperiret, viginti quatuor *dupliones*, ut vocant, Isabella-Ferdinandieos GUALTHERO præmii vicem offert, quod, dum ipse per Brabantiam Artesiamq; nominibus suis appellandis abfuisset, non molestum habuerit peculium relictum custodire. Sed mercedem GUALTHERUS recusavit, satis sua sibi conscientiâ muneratus. Utramcunq; partem aspicio, virum bonum

num

num adspicio; Dant reddunt invicem; nec ille fidem hujus scripto vel teste munit, nec obsequio hic mercedem captat. Alter credit simpliciter famæ, alter præstat simpliciter virtuti. Non tanti fuisset fortassis hanc quoque rem per se non nimis magnam referre, nisi bonus mos semper produceret infamiam mali. Audivi sæpiùs è grandævioribus, olim qui pecunias invicem & contractus exercebant, nuda verborum sanctitate convenisse, nec minùs ideò securos fuisse, aut magis fefellisse: sin etiam voluntates aliquando mutuas stylo conderent, factùm id non tàm ut necessitatem servandi sibi, quàm posteris memoriæ diuturnitatem stabilirent. At præsens ætas quantùm in pactionibus sudat? quantis anxietatibus non credit, cui credit? quanto molimine syngraphas struit & obligationes? quoties interpolantur verba, refinguntur, limantur & limitantur? Hoc addendum, illud detrahendum, hoc captiosum, hoc obscurum est, hoc nimis laxum, nimis angustum est. Tùm verò, cùm in clausulam desinēdum est, basilicas edictiones adscribunt, ipsi juri, quasi illud quoque fraudibus advocet, contra se ne jus sit volunt, jubent. Quod profectò non aliter fit, quàm si virum bonum negent, cujus fidem tot indaginibus & laqueis & nodis includendam putant. Nunc ad JANUM ipsum GRUTERUM paulò propiùs gradum tollamus. Is sicut rebus duris Constantiæ doctores utrumque parentem, ita Matrem præcipuè studiorum magistram, votum simul Agasiclis consecutus est, ut eorum discipulus diceretur, quorum & filius esset. Mater enim præter Gallicam, Italicam, Britannicam linguam, Latinas litteras optimè, Græcas ita callebat, ut & Galenum, quod millesimus Medicorum vix solet, linguá Galeni legerit. Usitatum nempe fuit illo tempore, generosiores ut familiæ literas eum quoque sexum docerent, quem disciplinis antiquissimi mortalium vel præcipuè videntur consecrasse, cùm uni duntaxat juveni laureato, nempe Apollini, novies verò totidem puellis Eruditionis numen & majestatem detulissent. Nec, opinor, sapientiæ partes antiquitas mulieri in tanta Deorum abundantia tradidisset, si quemadmodum viris olim Bonæ Deæ, sic mulieribus studiorum sacra adiri nefas haberetur. Adierunt olim & obierunt hæc sacra *Cornelia Gracchorum* Mater, *Hortensia Quinti*, *Lælia Caji* filiæ, sed & aliæ complures, quæ literas olim exactè calluerunt, quæque nunc à literis coluntur & æternantur, nullo magis immortalitatis collegio dignæ, quàm hujus nostræ *Catharina Tishemia* (Matrem GRUTERI dicimus) quæ licet ingenii partum nul-

 lum,

cōtinuari non potuit, sed quia Magistratum imprimis Religio nec alium magis dexteritas tunc cōmendabat, GUALTHERUS vici sui magister delectus est; cui muneri minùs grav successit deinde gravius, cùm *Parmensis* obsidionem fecisset. Rei namq; frumentariæ quatuorvir, collegis *Aldegondio, Lefdale & Rosa*, adscitus in partem gloriæ illius mittendus est, quod annonæ conscientiam sic inter paucos septam tenuissent, ut citra deditionem nec civi, nec hosti constare posset, tantum tridui frumentum superfuisse. Quod secretum in obsidionibus adeò necessarium est, ut sæpe maximum momentum belli consistat in artificio tegendi, ne vel domi civis, vel obsessor foris intelligat, quid urat obsessos. Nunquam statuit trophæum in bello, qui necessitates omnes foras vertit. Quanquam me non piget Filio, cujus causa totum hoc agitur, prætexuisse patrem, quandoquidem hoc etiam GRUTERO gloriæ ducetur, quòd patris virtutes primò secutus, deinde additis variis ornamentis easdem fuerit supergressus: tamen unicum tantùm, quod animo nunc suggeritur, ut agmen claudat, subjiciam.

Pater cùm post pacificationem Gandavensem Middelbergam concessisset, Valono milite Flandriam depopulante, dum annus ille cuncta sursum versat ac deorsum, civis quidam lautus, fortunis in compendium auri contractis, eòdem profugit, & Gualtheri domo, quæ tunc contra Civicam erat, perrogando repertâ, protinus ad eum ingressus, salvere te jubeo, inquit, Patrone, & nunquid Gualtherum Gruterum, qui nuper in Anglia? Ajente nostro; licèt, inquit ille, hoc quicquid est Hipperæ custodiæ tuæ mandare, annuente nostro iterum, dat, abit, nullo teste proviso, nullo syngrapho. Gualtherus, qui hominem rediturum putabat, si vespera mercatui supervenisset, depositum in priore parte ædium proximo paxillo suspendit: sed cùm hospes nec illo die, nec postero, nec posterum sequente reviseret, & pondus depositi interim animadversum alium locum suaderet, transtulit illud Gualtherus in arcanum studiorum. Alter post anni quasi sextantem demùm ad conveniendam peram suam reversus, cùm alveum illum aperiret, viginti quatuor *dupliones*, ut vocant, Isabella-Ferdinandicos GUALTHERO præmii vicem offert, quod, dum ipse per Brabantiam Artesiamq; nominibus suis appellandis abfuisset, non molestum habuerit peculium relictum custodire. Sed mercedem GUALTHERUS recusavit, satis sua sibi conscientiâ muneratus. Utramcunq; partem aspicio, virum bonum

num adſpicio; Dant reddunt invicem; nec ille fidem hujus ſcripto vel teſte munit, nec obſequio hic mercedem captat. Alter credit ſimpliciter famæ, alter præſtat ſimpliciter virtuti. Non tanti fuiſſet fortaſſis hanc quoque rem per ſe non nimis magnam referre, niſi bonus mos ſemper produceret infamiam mali. Audivi ſæpiùs è grandævioribus, olim qui pecunias invicem & contractus exercebant, nuda verborum ſanctitate conveniſſe, nec minùs ideò ſecuros fuiſſe, aut magis feſelliſſe: ſin etiam voluntates aliquando mutuas ſtylo conderent, factum id non tàm ut neceſſitatem ſervandi ſibi, quàm poſteris memoriæ diuturnitatem ſtabilirent. At præſens ætas quantùm in pactionibus ſudat? quantis anxietatibus non credit, cui credit? quanto molimine ſyngraphas ſtruit & obligationes? quoties interpolantur verba, refinguntur, limantur & limitantur? Hoc addendum, illud detrahendum, hoc captioſum, hoc obſcurum eſt, hoc nimis laxum, nimis anguſtum eſt. Tùm verò, cùm in clauſulam deſinēdum eſt, baſilicas edictiones adſcribunt, ipſi juri, quaſi illud quoque fraudibus advocet, contra ſe ne jus ſit volunt, jubent. Quod profectò non aliter fit, quàm ſi virum bonum negent, cujus fidem tot indaginibus & laqueis & nodis includendam putant. Nunc ad JANUM ipſum GRUTERUM paulò propiùs gradum tollamus. Is ſicut rebus duris Conſtantiæ doctores utrumque parentem, ita Matrem præcipuè ſtudiorum magiſtram, votum ſimul Agaſiclis conſecutus eſt, ut eorum diſcipulus diceretur, quorum & filius eſſet. Mater enim præter Gallicam, Italicam, Britannicam linguam, Latinas litteras optimè, Græcas ita callebat, ut & Galenum, quod milleſimus Medicorum vix ſolet, linguâ Galeni legerit. Uſitatum nempe fuit illo tempore, generoſiores ut familiæ literas eum quoque ſexum docerent, quem diſciplinis antiquiſſimi mortalium vel præcipuè videntur conſecraſſe, cùm uni duntaxat juveni laureato, nempe Apollini, novies verò totidem puellis Eruditionis numen & majeſtatem detuliſſent. Nec, opinor, ſapientiæ partes antiquitas mulieri in tanta Deorum abundantia tradidiſſet, ſi quemadmodum viris olim Bonæ Deæ, ſic mulieribus ſtudiorum ſacra adiri nefas haberetur. Adierunt olim & obierunt hæc ſacra *Cornelia Gracchorum* Mater, *Hortenſia Quinti*, *Lælia Caji* filiæ, ſed & aliæ complures, quæ literas olim exactè calluerunt, quæque nunc à literis coluntur & æternantur, nullo magis immortalitatis collegio dignæ, quàm hujus noſtræ *Catharinæ Tishemiæ* (Matrem GRUTERI dicimus) quæ licet ingenii partum nul-

P lum,

cõtinuari non potuit, sed quia Magistratum imprimis Religio nec alium magis dexteritas tunc commendabat, GUALTHERUS vici sui magister delectus est; cui muneri minùs gravi successit deinde gravius, cùm *Parmensis* obsidionem fecisset. Rei namq; frumentariæ quatuorvir, collegis *Aldegondio*, *Lefdale & Rosa*, adscitus in partem gloriæ illius mittendus est, quod annonæ conscientiam sic inter paucos septam tenuissent, ut citra deditionem nec civi, nec hosti constare posset, tantum tridui frumentum superfuisse. Quod secretum in obsidionibus adeò necessarium est, ut sæpe maximum momentum belli consistat in artificio tegendi, ne vel domi civis, vel obsessor foris intelligat, quid urat obsessos. Nunquam statuit trophæum in bello, qui necessitates omnes foras vertit. Quanquam me non piget Filio, cujus causa totum hoc agitur, prætexuisse patrem, quandoquidem hoc etiam GRUTERO gloriæ ducetur, quòd patris virtutes primò secutus, deinde additis variis ornamentis easdem fuerit supergressus: tamen unicum tantùm, quod animo nunc suggeritur, ut agmen claudat, subjiciam.

Pater cùm post pacificationem Gandavensem Middelbergam concessisset, Valono milite Flandriam depopulante, dum annus ille cuncta sursum versat ac deorsum, civis quidam lautus, fortunis in compendium auri contractis, eòdem profugit, & Gualtheri domo, quæ tunc contra Civicam erat, perrogando repertâ, protinus ad eum ingressus, salvere te jubeo, inquit, Patrone, & nunquid Gualtherum Gruterum, qui nuper in Anglia? Ajente nostro; licèt, inquit ille, hoc quicquid est Hipposperæ custodiæ tuæ mandare, annuente nostro iterum, dat, abit, nullo teste proviso, nullo syngrapho. Gualtherus, qui hominem rediturum putabat, si vespera mercatui supervenisset, depositum in priore parte ædium proximo paxillo suspendit: sed cùm hospes nec illo die, nec postero, nec posterum sequente reviseret, & pondus depositi interim animadversum alium locum suaderet, transtulit illud Gualtherus in arcanum studiorum. Alter post anni quasi sextantem demùm ad conveniendam peram suam reversus, cùm alveum illum aperiret, viginti quatuor *dupliones*, ut vocant, Isabella-Ferdinandicos GUALTHERO præmii vicem offert, quod, dum ipse per Brabantiam Artesiamq; nominibus suis appellandis abfuisset, non molestum habuerit peculium relictum custodire. Sed mercedem GUALTHERUS recusavit, satis sua sibi conscientiâ muneratus. Utramcunq; partem aspicio, virum bonum

rium adspicio; Dant reddunt invicem; nec ille fidem hujus scripto vel teste munit, nec obsequio hic mercedem captat. Alter credit simpliciter famæ, alter præstat simpliciter virtuti. Non tanti fuisset fortassis hanc quoque rem per se non nimis magnam referre, nisi bonus mos semper produceret infamiam mali. Audivi sæpius è grandævioribus, olim qui pecunias invicem & contractus exercebant, nuda verborum sanctitate convenisse, nec minus ideò securos fuisse, aut magis fefellisse: sin etiam voluntates aliquando mutuas stylo conderent, factum id non tàm ut necessitatem servandi sibi, quàm posteris memoriæ diuturnitatem stabilirent. At præsens ætas quantùm in pactionibus sudat? quantis anxietatibus non credit, cui credit? quanto molimine syngraphas struit & obligationes? quoties interpolantur verba, refinguntur, limantur & limitantur? Hoc addendum, illud detrahendum, hoc captiosum, hoc obscurum est, hoc nimis laxum, nimis angustum est. Tùm verò, cùm in clausulam desinēdum est, basilicas edictiones adscribunt, ipsi juri, quasi illud quoque fraudibus advocet, contra se ne jus sit volunt, jubent. Quod profectò non aliter fit, quàm si virum bonum negent, cujus fidem tot indaginibus & laqueis & nodis includendam putant. Nunc ad JANUM ipsum GRUTERUM paulò propiùs gradum tollamus. Is sicut rebus duris Constantiæ doctores utrumque parentem, ita Matrem præcipuè studiorum magistram, votum simul Agasiclis consecutus est, ut eorum discipulus diceretur, quorum & filius esset. Mater enim præter Gallicam, Italicam, Britannicam linguam, Latinas litteras optimè, Græcas ita callebat, ut & Galenum, quod millesimus Medicorum vix solet, linguâ Galeni legerit. Usitatum nempe fuit illo tempore, generosiores ut familiæ literas eum quoque sexum docerent, quem disciplinis antiquissimi mortalium vel præcipuè videntur consecrasse, cùm uni duntaxat juveni laureato, nempe Apollini, novies verò totidem puellis Eruditionis numen & majestatem detulissent. Nec, opinor, sapientiæ partes antiquitas mulieri in tanta Deorum abundantia tradidisset, si quemadmodum viris olim Bonæ Deæ, sic mulieribus studiorum sacra adiri nefas haberetur. Adierunt olim & obierunt hæc sacra *Cornelia Gracchorum* Mater, *Hortensia Quinti*, *Lælia Caji* filiæ, sed & aliæ complures, quæ literas olim exactè calluerunt, quæque nunc à literis coluntur & æternantur, nullo magis immortalitatis collegio dignæ, quàm hujus nostræ *Catharinæ Tishemiæ* (Matrem GRUTERI dicimus) quæ licet ingenii partum nul-

 lum,

Et fortasse aliis nimis multa videor dixisse de Norvvichiorum comitate, mihi verò nondum satis, quippe summas delicias in facti tam benigni reputatione invenio, neque invenirem tantas, nisi comparata quorundam in exules crudelitas, inæstimabilem redderet hanc, de qua loquor, virtutem. Fit enim ingens ingentius bonum, si discas à contrario ingente malo. Et profectò paucissimis in locis tam fausta cantilena, qualis hæc apud Norvvichios fuit, exulibus & peregrinis indulgetur. Multas inauspicatas, inimicas & arcentes aves mortales illi ubique ferè nanciscuntur, nullas tamen infestiores hodie, quàm quæ de suggestu diris omnibus regnant, & populares animos odiis asperant, quos vetus Augurum disciplina ignoravit, nisi, quia de summo vocem mittunt, *Supervaganeas* cum antiquis appelles, aut picarum generi adscribas quodam collegio naturæ, quoniam utrisq; par insolentia, quam illis fabulæ tribuunt, par conviciandi & obtrectandi libido

Raucaque garrulitas, studiumq; immane loquendi.

Dicam clariùs. Sunt nonnulli (absit enim ut omnes eadem censura vexem) & in ipsa matre nostra Germania de sacro ordine homines sacerrimi, qui velut divinarum & humanarum rerum judices atque arbitri tanta confidētia partem illam, quam nescio quis optimam & pessimam dixit, exercent, ut quidvis in quosvis nullâ curâ, verum an falsum intemperanter effundant, auresq; & fidem Vulgi ignobilissima captivitate damnent & servitute. Aliquis ipsis non dedit? Avaritia: non scrupulosè satis honoravit? arrogantia: non laudavit? ambitio: non rudis est? invidia: non assentitur? Inimicitia: malum morem tangit, tum verò capitale odium eos facit disertos. Omnes virtutes unius virtutis compendio possidebit, quisquis illos omni ratione placare studuerit; turpissimus etiam pretium merebitur, si noverit modos gratiæ apud ipsos quærendæ tuendæ. Bonis quorum nec mens, nec lingua, nec vita servit ostentationi, sed veritati, qui non Plausum pietatis, sed pietatem sectantur, nulla difficilior res est, quàm se talibus probare. Hi contra bonos omni telorum commento pugnant, maximè tamen illo, cujus aciem Theatidas in suo gladio laudavit. Charitatem mutuam commendant, & nihil charius habent odio, odium damnant, & nihil exosius habent charitate, quippe qui sibi non constant, & quod rectè præcipiunt, malè ipsi temerant, tantoque pejus, quod hic quoque sæpe principatum petunt, ut quibus solis licet publicare officia vi-

tæ,

tæ, solis etiam liceat vivere præter officia vitæ. Dei præceptum est, & præceptum sæpius, Peregrinum ne quis malè tractet, ne quis affligat: In cœlum enim meare gemitus eorum, & à Domino demeare vindictam. Scio tamen, ubi peregrinos nemo magis infestet, nemo magis furca expellendos clamitet, quàm quidam de cœlestiũmillis consultis, de sanctitatis illis Satoribus & statoribus, qui cùm jussiones divinas non ignorent (etsi multi ne hactenus quidem profecerunt) nihilominus sic efferantur contra hospites inculpatos & præterpropter speciem pios, ut si per illos staret, haud scio an Taurica sacra facturi sint, & qui hoc unà cum ipsis quàm vehementissimè voluerit, ille demum divinus habetur, & sua dignitate dignus.

Proh superi quantum mortalia pectora cæca
Noctis habent! Ipso sceleris molimine Tereus
Creditur esse pius, laudemq́ à crimine sumit.

Sed ego Norvvichio longius sine GRUTERO discessi, & quidem ad hos *Ætnæos fratres cœlo capita alta ferentes*, ubi sentire quæ velis, & quæ sentias dicere non est, *relegens errata retrorsum litora* ad Icenos nostros denuò me vertam. Eo loco GUALTHERUS agens tales amicos nactus erat, ut facilè, quam à Fortuna acceperat plagam, falleret, talem verò animum ipse inter adversa custodiret, ut tantùm à vilitate sui abesset, quantum aberat à vanitate. Per illud enim tempus Legatos à fortissimo Principe Auraico tunc ad eam civitatem missos (inter quos erant *Levinus*, *Calvarinus* & *Gerdeus*) è diversoriis publicis domum suam traduxit, volentesque volens recepit, ut palam esset nihil degenerasse egregium pectus, quod hospites tantos in aliena civitate sibi vindicaret, nec fuisse aliquando sine authoritate, in cujus domum authoritas publica migraret, nec ipsam domum sine splendore, quàm vir tam generosus habitaret, legati non spernerent, Senator (is fuit *Sutertonius*, Christophori frater) habitandam præberet. Post non multum annorum tamen relicta Britannia Middelburgi consedit. Middelburgum deinde rursus Antuerpiâ mutavit sub illud tempus, quo successus voluit Ordinibus, ut arcem suis præsidiis occuparent, prius tamen à Senatu publicorum munerum vacationem impetravit, non odio quidem laboris, aut ignobilitate mentis, sed ambitionis fugâ; non quòd officium Reipublicæ negaret, sed quod inter æmulationes temporum calumniis innocentiam præbere nollet. Deinde verò cùm *Alençonius* in spes vanas, & parem eventũ fuisset, immunitas illi con-

num adſpicio; Dant reddunt invicem; nec ille fidem hujus ſcripto vel teſte munit, nec obſequio hic mercedem captat. Alter credit ſimpliciter famæ, alter præſtat ſimpliciter virtuti. Non tanti fuiſſet fortaſſis hanc quoque rem per ſe non nimis magnam referre, niſi bonus mos ſemper produceret infamiam mali. Audivi ſæpiùs è grandævioribus, olim qui pecunias invicem & contractus exercebant, nuda verborum ſanctitate conveniſſe, nec minùs ideò ſecuros fuiſſe, aut magis feſelliſſe: ſin etiam voluntates aliquando mutuas ſtylo conderent, factùm id non tàm ut neceſſitatem ſervandi ſibi, quàm poſteris memoriæ diuturnitatem ſtabilirent. At præſens ætas quantùm in pactionibus ſudat? quantis anxietatibus non credit, cui credit? quanto molimine ſyngraphas ſtruit & obligationes? quoties interpolantur verba, refinguntur, limantur & limitantur? Hoc addendum, illud detrahendum, hoc captioſum, hoc obſcurum eſt, hoc nimis laxum, nimis anguſtum eſt. Tùm verò, cùm in clauſulam deſinẽdum eſt, baſilicas edictiones adſcribunt, ipſi juri, quaſi illud quoque fraudibus advocet, contra ſe ne jus ſit volunt, jubent. Quod profectò non aliter fit, quàm ſi virum bonum negent, cujus fidem tot indaginibus & laqueis & nodis includendam putant. Nunc ad JANUM ipſum GRUTERUM paulò propiùs gradum tollamus. Is ſicut rebus duris Conſtantiæ doctores utrumque parentem, ita Matrem præcipuè ſtudiorum magiſtram, votum ſimul Agaſiclis conſecutus eſt, ut eorum diſcipulus diceretur, quorum & filius eſſet. Mater enim præter Gallicam, Italicam, Britannicam linguam, Latinas litteras optimè, Græcas ita callebat, ut & Galenum, quod milleſimus Medicorum vix ſolet, linguâ Galeni legerit. Uſitatum nempe fuit illo tempore, generoſiores ut familiæ literas eum quoque ſexum docerent, quem diſciplinis antiquiſſimi mortalium vel præcipuè videntur conſecraſſe, cùm uni duntaxat juveni laureato, nempe Apollini, novies verò totidem puellis Eruditionis numen & majeſtatem detuliſſent. Nec, opinor, ſapientiæ partes antiquitas mulieri in tanta Deorum abundantia tradidiſſet, ſi quemadmodum viris olim Bonæ Deæ, ſic mulieribus ſtudiorum ſacra adiri nefas haberetur. Adierunt olim & obierunt hæc ſacra *Cornelia Gracchorum* Mater, *Hortenſia Quinti*, *Lælia Caji* filiæ, ſed & aliæ complures, quæ literas olim exactè calluerunt, quæque nunc à literis coluntur & æternantur, nullo magis immortalitatis collegio dignæ, quàm hujus noſtræ *Catharinæ Tiſhemiæ* (Matrem GRUTERI dicimus) quæ licet ingenii partum nullum,

lum, nec eruditionis pignus reliquerit, ut memoriam sparsiorem nunc haberet, sicut veteri ævo nonnullæ inclaruerunt, nihilo tamen minus famam sibi doctamque posteritatem meritis tantis obligavit, quanti ipsam GRUTERI gloriam taxamus. Non enim tantum, quod cæteris matribus commune est, summis naturæ dotibus filium genuit; sed ipsa quoque, postquam puer capacitatem promisit, suæ materiæ adfuit, & indolem blanditiis salutaribus adulata, *Discere*, rem pulcherrimam, *Scire*, jucundissimam vocavit; ex litteris sapientiam, ex sapientia virtutes, ex virtute vitam beatam & vitam quandam post vitam comparari crebrò illi dictitavit: deinde eum libro admovit, litterarum formas & nomina docuit, legendi, scribendi, memorandi rationes tradidit & exegit, primam balbutiem Latina Græcaque consuetudine imbuit, quibus ex fundamentis hoc virtutis & honoris templum JANUS GRUTERUS surrexit.

Quod non Imber edax;

Nec inficiādi tamē sunt illi, quibus in operis hujus nobilissimi architecturâ proximus à fundamentis locus & labor fuit, quique merentur, si quid mei judicii est, ut non minus quàm cæteri artifices suum illud FECIT specimini tam excellenti subscriptum habeant: atque mihi profectò imprimis honestum videtur, si *Ysbrandus* aliquis *Tralus* Frisius, aliquis *Petrus Everhardus*, aliquis *Mathaus Ryquius*, aliquis *Richardus Sualius*, pædagogi & præceptores GRUTERI legantur, quos quidem an satis extersis oculis, & ut nulla littera fallat è quâdam charta cariosa non nisi bonis conjectoribus legendâ produxerim, præstare non possum. Forte una littera pro altera capta nomen paulò aliud factum fuerit. Quid tum? Malui nolens hanc levem, quàm volens illam insignem GRUTERO facere injuriam, ut quos ille vel ad memoriam suam privatam, vel ad hanc publicam per summam pietatem consignaverat, ego per impietatem alteram tantam silentio obliterarem, simul tacito GRUTERI mandato, simul illorum præmio defuturus. Ac sanè maximum Poëtam non pilo minorem factum credimus, postquam Grammaticis *Penitus mœstas exedit cura medullas*, *Virgilius* an *Vergilius* dicendus esset, quod damnum si fuerit in his quoque nominibus aliquod

simile

simile, tale tamen futurum est, ut plus sit integri, quodque cognosci possit, relinquendum. Sed officium meum videtis. Hos igitur adolescentiæ suæ GRUTERUS Informatores, studiorum verò quendam velut campum Martium nactus est *Britanniam*, in Britannia *Cantabrigiam*; Cantabrigiæ *Gunevelli*, quod vocant Collegium, & *Caji*. Nam & in hoc aliquando migravit nulla alia magis causa introductus, quàm quod *Georgium Thoum Shendium*, juvenem moribus summè rectum, nec ulla procacitate pluribus similem, modestia verò paucis æqualem, familiaritatis voto consectaretur. Is enim talis jam prius erat in familia *Couvelli*, nec tunc primum in amicitia GRUTERI, nec solus etiam vel unus, quamvis unicus. Reperio enim *Christophorum* & *Guilielmum Heydonios*, *Philippum VVodhæum*, fratres *Strangeos Collegiorum*, quæ *Trinitatis* & *Christi* vocantur, ibidem familiares, qui GRUTERO permutuam notitiam & charitatem non obiter respondebant, tantumdiligentes & dilecti vicissim, quantum virtus & honestas animorum possunt mereri. In hac officina literarum, inter hos studiorum amantissimos rivales cùm GRUTERUS ita adolevisset, ut jam non annis, quàm doctrina major esset, satis sibi visus est vidisse Britanniam, totoque animo, quod Insulam & Germaniam interest, navigabat, ut Lugdunum in Batavis, literarum & armorum celeberrimam palæstram, visendi, discendi, salutandi causa transiret, si tamen prius *Hesperiæ* majestatem scriptis aliquot Epigrammatis ad maximã, post natũ Regin. nomẽ, Reginã veneratus esset: sed offerendi cùm nõ daretur occasio, fecisse satis habebat, gratitudinis suo sibi proprio testimonio contentus, quod cùm in aliis rebus nihil agere credatur, apud conscientiam maximas causas decidit, & sæpe piæ voluntati acceptæ solutionis apocham reddit. Postquam deinde fine studiorum Automedonte *Leidam* pervenit, à diligentia quidem nunquam deflexit, sed à vero fructu tantum, quantum ab auspiciis boni Ducis. Temporis illi ratio constabat, operæ pretii ratio non admodum constabat. Usq; adeò multum nocet antè sui juris, quàm sui judicii fieri. Sicut enim puero si nummos, & potestatem tractandi dones, non has ille quidem suas opes abjiciet, aut objiciet gratis alteri poterit etiam impensas nominibus mercium indicare, sed ut præcipua capta sint, aut dulcicula saccari grando, aut nuces in foro, aut (quæ ludentium supellex est) è marmore volubiles, aut è tomento missiles pilæ, aut quicquid hæc ætas præ magno

Græciæ mercatu æstimabit: ita GRUTERUS postquam tempus in potestatem accepit, de diebus & horis non quidem largitiones populares ocio & ociosis fecit, quod simplicius tempus perdere vocamus, sed illos aliquot annos ita consumsit, ut inter nobilissimi, fugacissimi tamen boni velut æra quædam numeraret, imprimis quod Poëtis, quod Poëtarum fabulis, quod fabulosis historiis dedisset. Quicquid hujus aut Gallus Gallicâ aut Italus Italicâ, aut Britannus Britannicâ lingua meditatus erat, GRUTERUS ita totum legit, ut nihil in hoc genere esset, quod non legisset, nihil autem legisset, unde non elegisset. Artificiosè inventa, prudenter monita, acutè dicta, suaviter ornata, statim animo, moribus, stylo impressit, cum & ipse jam tum invenire, monere, dicere, ornare similia similiter didicisset. In quo genere quantum istis monumentis amœnitatum debuerit, quantum deinde sibi, testantur carminum felices proventus, quibus nullæ omninò venustates desunt, nisi quod nullæ desunt, & copia fortassis elegantiarum (si modò aliquod bonum nimium est) laborant. Non specto jam illud præcipuè, quicquid in Latinis poëtatus est, nusquam ille quidem se minor; sed speciem quãdam Epigrammatum intelligo, quę in versuum certum numerum jurata plures non admittunt, & in horum fine quatuor imaginibus respondent, intersonantibus iterum diversis aliis, quæ se longius invicem jubentur exaudire, Gallorum, ut arbitror, inventum, quorum & vox est à Latinorum *sono*, quia in illis aliquid *sonet sonorum*, corrupta, idque factum postea imitamentum Belgarum, & nuper Germanorum, per OPITIUM nostrum magnum illum talium delitiarum *Apitium*. Hujusmodi Epigrammata GRUTERUS patrio sermone quingenta amplius sub illud tempus scripsit, & ea *Philippo Marnixio, Iano Dousæ, Iano Hauteno*, qui nasum & aures & dextram dexterrimam in hac arte scribendi tunc habebant, miris modis approbavit, approbabunt etiam nobis hunc genium GRUTERI & ingenuitatem suam, qui manuscriptum hoc ejus, quod adhuc superesse debet, in tẽebris coërcẽt, si nobis fœtũ illũ sub dium producent, atque refellent eos, qui opinantur nostram linguam Germanicam, & sorores ejus tam esse rudes & crudas intractabiles, & insubidas, & inficetas, & ruris plenas, ut ex hoc ligno nunquam possit Mercurius dolari, aut sub incudem poëticam mitti ea lingua, quam propter difficultatem ipsi desperant, aut propter imperitiam infamant; cùm certò constet nobis neque copiam, neque venustatem, neque suavitatem, neque majestatem deesse, quæ si sapere

pere possent, aut vellent, qui vellunt, confitendum haberent, hunc tardipedem, & fuliginosum, & austerum & asperum, & ferricrepum Vulcanum (talem enim ipsi sibi fingunt sermonem nostrum) præ reliquis Diis cum Gratiis & Venere in matrimonium convenisse. Sicut enim marmor, antequam politum fuerit, nihil nisi marmor est, & tamen marmor splendorem non monstrans, sed habens, ac totum intra ruditatem suam sepultum: postea verò quàm artifex asperitati lævorem substituit, tum demùm materia suo lumine vestita fit exterior, & patet in admirationem. Ita & lingua nostra olim quidem incultu suorum inculta, sed culturæ tamen capax, serò, sed aliquando simplicitati suæ successit in eam formam, ut quasi *Pygmalionis* animatum ebur, quod in fabulis celebratur, non solùm suo fictori, sed etiam contemptori, qui peritis oculis uteretur, pro sponsa possit placere. Certè etiam antiquissimos Germanos legimus carminibus delectatos, & ipsum *Ovidium* equitem & Poëtam Romanam *Geticam* sive *Gothicam* linguam, quæ nobis popularis est, adeò non sprevisse, ut alicubi scribebat, se stylum nonnunquam in exilii sui linguam & carmen Geticum misisse peregrinatum, quæ si adhuc extarent, haberemus cur Augusti inhumanitati faveremus. Quidni verò & de GRUTERI nobis gratulemur damnis, qui *Lugdunum*, ut Juri maximè attenderet, profectus ipse

Custode remoto

apud *Amadéum*; aut alios, qui suis historiis nunquam crederũt, gaudebát velut Cẽtauros in nubibus & mira plurima mirari, quæ gesta scilicet fuerunt in illo regno, ex quo pater Anchyses curiosum filium per portam eburnam ad superos remisit. Verùm noster tamen in illo amœnitatis secessu non tantùm hoc egit ut illo dulci suo ipse abundaret, sed etiam ut Apis instar dulce daret & dulce quidem cum aculeo, quæ boni Epigrammatis lux est, & in his GRUTERIANIS quædam peculiaris virtus. Vixit autem, dum Lugduni vixit, cum bonis bene, utpote bonus. Venerat enim in urbem illam, cùm *Petrus Tiara* ibi rectorem & in illius anno *Iacobus Arminius Ioh. Esichius*, *Bertius* item & *Hogerbetius* cum nonnullis aliis ibidem & in GRUTERI animo ac contubernio agerent, amici germanitùs, germanissimè verò *Arminius* & *Hogerbetius* facientes cum GRUTERO trium pectorum viridissimum trifolium. Et quia non modò numerum ac nexum, sed & gratiarum gratiam, sed & Charitum charitatem repræsentabant, *Charita-*

ritaorum vocabulo mutuò fuerunt cognominati, mutuò salutati, mutuò litteris præscripti. Cum his noster vivere, his se communem facere, cum his joca, cum his seria fabulari, pulcherrimam factionem arbitratus, cum bonis in amorem, contra nullum in odium conjurare. Minimè verò justum censebat aut pium superioribus recalcitrare, & quorum nos imperio submisimus, ab illis exigere imperii rationem. Hoc decretum animi magnam illi tunc temporis invidiam conflavit, cum Lugduni studiosorum globus pro nescio quibus privilegiis suis fermento animi juvenili contra Professores tumesceret, ac veluti Academicus quidam Pompejus omnes pro hostibus haberet, qui Reipublicæ, hoc est, partibus eorum deesset. Solus enim GRUTERUS nulla ratione impelli potuit, ut aut in turbis illis locum, aut in suffragatoribus nomen haberet. Solus cum duobus *Rosendaliis* fratribus, *Æmilio* & *Iacobo*, quorum Parens ex Ordinibus erat, pacem prætulit, hoc sibi privilegio vindicato, ut contra multitudinem, quæ argumentum pessimi est, non timeret melius sentire. Amicis familiariter, fortuitis apertè, paribus constanter, summis intrepidè respõdebat, nec si cõviciũ faciẽdũ esset vitio, cũ fortũa loquebatur pecãtis, sed cũ peccãte, palã objurgans quicquid silendo crederetur virtus. Haud illud dico, Boni viri, quod stulti libertatem vocant, sapientes libidinem & temeritatem sine judicio, sine obsequio, sine moderatione; sed ingenuitatem intelligo comem ac verecundam sine arrogantia, sine fuco, sine assentatione, non tamen sine velo. Nam apud summates quoque eandem personam illam agebat, verùm pudenter & prudenter, malis bona exempla, bonis mala proponendo, ut hos & illos vel malâ famâ deterreret, vel bonâ gloriâ accenderet, historiis nonnunquam, interdum fabulis, quandoque emblematis utens, & ut ita loquar, *tibicinem verberans pro coquo*. Juratum aliquem consiliarium dixisses non eorum à quibus stipendium, sed cum quibus argumentum & sermonem haberet. Non invenisses eum inter histrionales fautores & aurium Sirenes, qui tantùm rosas loquuntur Dominis, & dulcia crusta semper suggerunt, sicut pueris solemus

Elementa velint ut discere prima,

nimis herculè obsequiosi Syri, nimis in consiliis propinandis solertes coqui, memores perpetuò Epigrammatarii, secundùm cujus institutionem.

Servum

Servus Domini debet habere gulam,

At noster ita credebat, non debere Principum amicos semper, quod idem Poëta ait

Servire Palato,

Sed inprimis id operam dare, ut salutaria ministrent, audiantq; potius aliquem ex Veteribus monentem, *Bellaria ea esse maximè mellita, quæ mellita non sint.* Quicquid autem per indulgentiam stomacho publico immittitur, id ipsum haud multò pòst per omnia membra membratim suppliciis incedit. Et erat omninò GRUTERUS longè alius disciplinæ civilis arbiter, quàm ut putaret in Republica vel gerenda vel tractanda magis requiri versutos, quàm cordatos; perplexos, quàm simplices; tenebricosos, quàm apertos. Quid enim sani sperandum est ab illis anxiis, qui nihil candidè agunt, loquuntur, intelligunt, alienam mentem semper scrutantes, semper occultantes suam, suspicaces & profectò suspecti, non fidentes, & profectò non fidi, cauti & profectò cavendi; humani denique & officiosi & amici, cumque res exigit rem, totam pigmentorum & figmentorum suorum pergulam prodituri. Multò enim facilius seculum hoc vulpes gignit, quàm leones. Nam lepores dicere nihil attinet, ubi calliditas major & par fugacitas in compendium coierunt. GRUTERUS liber erat, ingenuus erat, detectus erat, eamque libertatem in animo, in vita, in ore, in oculis, in stylo jam tum ferebat, sed omninò modestiâ ac reverentiâ quâdam dilutam. Superiores nemo magis observabat, nemo magis parentes; atque hos quidem an unquam offendisset, negabat se recordari, negabat præceptis eorum quicquam apud se sanctius fuisse, hac unâ sibi contumaciâ concessâ, ut virtutem ad parendum enixissimè obstinaret. Tantùm aberat, ut ipsos more seculi falleret, aut absentiam illorum in occasionem profundendi verteret, aut in rationibus, quod aliquibus non rarum est, pro luxuria necessitates quasi cervam pro virgine supponeret, & Aleonem in Librarium, aut cauponem in Medicum, aut alios impensarum rubores in candida nomina mutaret. Artes enim tales & tabernam vinariam & hujusmodi officinas corruptionum nomine tantùm noverat, non usu, crebrò confessus postea, se vitam suam satis tranquillam & longævam quam vixisset ad pietatem suam erga parentes, & hanc

fiduciam ad promiſſiones divinas, quemadmodum promiſſiones ipſas ad bonitatem Dei liberam referre. Quid jam ſentiendum habent ii, qui parentum præcepta pro aranearum telis, pecuniam pro vitreis fractis, tempus pro cyatho nebulæ, pietatem ipſam pro inani nomine alibi rumpunt, alibi effundunt, alibi contemnunt, quando præſertim inter ipſas ſuas pravitates interdum ſtrepitum venientis aut impetum jam prementis adnimadvertunt pœnæ. Verùm hoc dicere ipſorum eſt. Nos GRUTERUM adſpicimus, qui laudem eam quoque meruit, quam in militia ſi quis mereri ſtuderit, jam fugit antequam militat, & ignominiam apud gloriam quærit. At noſtro ſuum hoc decus conſtat, idque in pace quiſquis non optat, inſanus eſt. Illud nempe dicere volui, GRUTERUM in toto corpore *cicatricem non habuiſſe*, nec proinde cicatricis aliquando cauſam vulnus, & cauſam vulneris pugnam, & pugnæ cauſam pugnacitatem. Ut autem careret iſtis cauſis omnibus effecit contraria *Manſuetudo*, & Manſuetudinis ſoror *Verecundia*, & quæ ſe cum utraque libenter tertiam facit, *Prudentia*. Diem ſtudiis dabat, noctem quieti, comitatem notis, facilitatem ignotis, ſibi pacem, nulli bellum; nulli belli occaſionem. Vagationes nocturnas, & quidquid ſine lucerna audetur, relegabat ad Nerones, ſive certè Nerones, quibus minimè invidebat ſuas cicatrices, ſive illas corpori, ſive famæ, ſive quod valde fieri amat, utrique impreſſas. Nunc etſi melior longè conditio eorum eſt, qui capite, pede, brachio offendunt, quippe Zeno quoque Philoſophus, ille qui lupinorum inſtar madeſcebat in dulcedinem, non tanti eſſe putavit, ſi quis etiam per invitatiunculam hilariorem pedibus laberetur, id modò ne linguâ fieret; affirmo tamen vobis, nullum ne tale quidem veſtigium corpus GRUTERI deintegraſſe. Nam ut cadere quidem humanum eſt; ita quàm rariſſimè cadere eſt humanius, & officium hominis hominem dextrè agentis. Nemo maximi fecit equum qui ceſpitat, aut ſæpius procumbit, & cùm virtutes omnes complectitur, tamen Dominus in eo æſtimando ſemper excipit ceſpitationem. Certè quod ab equo exigit Dominus, id ſapiens à ſemet exigere magis volet, utpote frenum corporis habens in manu rationis. Feſtinare verò, currere, incurrere, quod ante pedes eſt nō videre, lapides obvios nūc hūc nūc aliū labefactare, nūc tignū poſtémve capite oppugnare, talū torquere, & ſubinde aliquid vulnere priùs quàm oculis videre, hominis eſt qui vel reliquit animū in negotiis, vel inter libros

obli-

oblitus est, vel pignoris loco depo suit in disputatione *de Modalibus*, aut *de numero remigum Vlyssis*, aut omninò nunciatum præmisit amicis, qui se conventuri erant, se hodie non esse apud se. Procul ab hoc vitio GRUTERUS à communi opprobrio Philosophia, quam in cæteris omnibus *inconsiderantiam* plusquam *Claudianam* suis convictoribus putant afferre. Ostendit ille, verè sapientem esse, qui non solùm domi meditetur Reipublicæ optimam gubernationem; sed & foris & ubique corporis sui optimus sit Dux & Imperator; imò fieri posse, ut non nimis sit *Poeta*, qui esset optimus, & *pedes* non minùs in versu quàm inter ambulandum solicitè ponat, ne forte *Iambicus* incessus desinat in *Scazontem*.

Parem rationem habuit GRUTERUS linguæ. Etsi enim servitutem in ore minimè gestavit, tamen linguam nunquam manumisit ad impietatem. Verbis utebatur, quæ nec severam *Catonis*, nec teneram *Hyppoliti* frontem offenderent, nec matronam averterent. Non ad fidem perjuramenta loquebatur, sed ajebat simpliciter, quod esset, negabat simpliciter, quod non esset. Nunquam Joves nostros, qui per Inferos, & Inferorum Patrem; nunquam Plutones nostros, qui per Superos, & Superorum Regem in omni sermone jurant, imitaturus; neque sanè eos qui per execrationes, si falsum dixerint, se cœlo exhæredant, orco mancipant, & maximo animarum plagiario suam resignant. Noster primùm sibi credebat, quia nunquam ipsi verba dederat sua consuetudo, deinde aliorum de se opinioni credebat, quia non nisi bonam opinionem sibi fecerat bene vivendo. Denique ita vivebat, ut juramento nunquam egeret, vel ut simplicissimum juramentum ipse esset injuratus GRUTERUS. Veritatem enim primis ab annis religiosè coluit, & ad extremam ætatem à se scrupulosè exegit, ut si comparatio fuisset facilè *Æmylium Scaurum* agere potuisset contra *Verium Sucronensem*, ac dicere, *Vtri creditis*?

Hæc habemus de adolescentia GRUTERI, quam Lugdunum usque proveximus. Post curriculum Lugdunense medium tempus nobis effugit, quia memoria nobis hìc deficit, & familiares longè sunt, & à consciis repetere serum est, & in adversariis nihil reperitur. Quemadmodum igitur nubecula interdum non tam solem, quàm oculos nostros tegit, quò minùs fontem illum luminis adspiciamus, lumine ipso quasi cominus illustrati: Ita nobis GRUTERUS aliquantillum spatii transcurret in obscuro, non ipse tamen obscurus. Aliquamdiu nusquam est, & tamen ubique, aliquando nullis

in locis,idem tamen eodem tempore in omibus. Dubitatis ut fuerit? in antiqua Græcia fuit,in antiqua Perſia, in antiqua Palæſtina,vel ut breviùs dicam in antiquo univerſo fuit, & adhuc brevius iterum, ubique. Quomodo enim ubique non ſit,qui quicquid geſtum eſt ubiq; non ignoravit.Non bellum decretum fuit, quin ille quaſi poſtumus conſiliarius conſultaverit,non geſtum,quin ille fortiter,vel ignaviter patrata animadverterit,nõ urbs obſeſſa,non oppugnata,non capta,quin ille copias numeraverit,machinas intellexerit,tormẽta tractarit, nõ triũph⁹ actus,quin ille ritus & ſoleñitates õnes perdidicerit.

Quicquid in aulis ex humili altum,ex alto humile factum, quicquid ibidem ſimulatum,aut diſſimulatum, quicquid luxuriæ,ambitioni,invidiæ,adulationi datum, quicquid in foro diſceptatum,in judiciis judicatum,in templis adoratum, in arena pugnatum,in theatris ſpectatum,in circo certatum,quicquid deniq; uſpiam fuit,id omne GRUTERUS quaſi retrò ſæculorum coëtaneus vidit & audivit. Sed & verſabatur frequenter inter eos,qui ſapientiam non tantùm animo, ſed auribus etiam commendabant, & aut affectus ludendi, aut artes docendi cauſa modulabantur: cum *Atridis* ad Trojam profectus eſt,cum *Vlyſſe* in Itacam rediit, cum *Ænea* in Italiam venit,cum *Aſcræo* ruri,cum *Siculo* inter oves; cum aliis in cothurno fuit aut in ſocco.Præcipue virtutis Magiſtros in Academiam ad Porticum ſequebatur, & quicquid apud illos reperiebat rectum & pium vitæ dabat, ut errores ſectæ: nec ullus ei ſatis magnus author habebatur cui ſacramentum diceret ad falſam opinionem. Cynicos minimè probabat, quia ipſe verecundus erat, & placidus & comis & mundus, alloquentibus nec Melitæus, nec Moloſſus, veſtitu non incomptus, ſed compoſitus, non ſumtuoſus, ſed frugalis, non ſplendidus, ſed nec contemptus, non nimis antiqui,non nimis novi moris,neutiquam certè affectatus. Pudor illi in ſumendis,pudor in ponendis indumentis. Ipſe veſtiebat ſe,ipſe deveſtiebat,nullius ſexus miniſterio juvandus,fortè *Laconicâ virgine* exaudita,quæ cùm videret hoſpitem quendam à ſervo calceari, *num hoſpes hic*,dicebat,*non habet manus*? aut *Palimedem* intuitus,qui miranti Achilli,cur ſine ſervo,ſine ancilla proficiſceretur ad bellum Trojanum,reſpondit; *quid ergo hac dextra? quid hac ejus ſoror*? quaſi diceret, neminem ſine ſervo eſſe, niſi qui mutilus eſſet; neminem ſine ſatellitio, niſi cui manus, & pedes cauſarii eſſent, & inutiles morbo. Arbitrabatur noſter tempeſtivum fore famuli pedes aut manus

us advocare, quoties sui suæve non sufficerent, aut multiplex pus multiplicem operam postularet, ne pallio quidem geruli in ambulatiõe, nec gladio bajulum, si accinctus esset, datus, potiùs abjecturus, si quod onus suum alios oneraret. Vulis exemplum, & promittitis operam memoranti? Proficiscebatur aliquando noster, cùm Heidelbergæ degeret, ad Mercatum Francofurtensem, & proficiscebatur curru meritorio, qui lissertus erat & vectoribus aliis eôdem portandis negotiorum aut negotiationum causâ; noster ut libros coemeret aut sibi aut Bibliothecæ Palatinæ. Sedes ipsi contigerat, ut ensem oporteret demere cingulo, & juxta collocare. Succussabat autem currus, ut fieri solet, cùm tubera habet via, aut scrobes, aut saxa, & ensis faciebat *artem ludicram*, lasciviebat, subsultabat, tandemque ex saltatore desultor factus ad terram ibat. Sustulit auriga & relocavit, nulla pœnitentia primi laboris, post aliquantum iteneris rursus ensis ad terram: sustulit auriga rursum, & relocavit rursum, sed vultuosior & morosior. Tertium facinus ausus est ensis; vidit GRUTERUS, Auriga non vidit, & ille hunc non vidisse planè lætus dissimulavit exoptatissimam jacturam, tantùm apud se gratulans, *Vale ensis, Vale molestia.* Cùm enim ferrum non nisi contra hostem sibi vellet adesse, permolestè ferebat, si dum neminem habebat ferrum, cui irasceretur, putaret se nactum esse cui illuderet, neque dignum censebat, cùm properarent omnes, ut gladius unus tergiversator tot comitum & amicorum votis obstaret.

Expressit ille quidem in his animum Diogenis, sed eundem sapienter temperavit; non poculum, non catinum, non argentum abjecit, sed quicquid etiam non nisi abjiciendo bonum fieri poterat, quasi malum damnavit negligendo: Pauperem non dixisses, quia facultates ipsi erant privatæ, animus regalis; non avarum, quia fruebatur eo quod habebat, non habere studebat, quo non frueretur, non profusum, quia sic vivebat, ut vivere, sic dabat, ut dare posset, & tamen utrumque faciebat ita, ut magis benignus, quàm medius esset, omnibus impensis facilius ignoturus, quàm temporis, quod tum pessimè locari putabat, quoties non optimis locaretur. Ideò convivia non faciebat imperitis, sed copiam sui apud doctos sæpe, si quid & illic proficere posset: ocium nullum sibi indulgebat, nisi cùm valetudini feriaretur. Jus didicit, ut sciret, non ut litibus commodaret, sat Advocatorum ratus, si minus esset, satis etiam interpretationum,

si

si minus Interpretum esset. Ipse enim quietem malebat, vitam à certaminibus, ab invidia & avaritiâ remotam, ubi doctrina esset infinita, cupiditatum modus finitus. Ei cùm aliquando non nemo ex eo genere hominum, qui Principum quæsturas exercent, & nonnunquam suum quæstum, inter conviviales sermones diceret; *Satius mihi ducere mori, quàm* GRUTERI *libris literis & syllabis*, studium Criticum suggillans, *immori*, respondit GRUTERUS; *& ego mallem sublimis mori, quàm ad felicitatem tuam damnari, ut quotidie argentum & vitam teram, ut ad calculum sedeam, & colligendu, numerandu, scribendu, condendu, promendu, locandu, fœnerandu pecuniis ævum impendam.* Sapientibus enim & GRUTERIS res illiberalis habetur in divitiis suas curas, in curis vigilias, in vigiliis noctes, in noctibus verò dies vexare. *Vix* autem è millibus unum repertas, cui divitiæ sint sive suæ, sive alienæ, quin ille sit divitiarum, quin ille amicum potiùs sit perditurus, quàm nummum, nusquam liberâ metu, vel Gallinaceũ suum suspectans, si curiosius fodiat, quasi & ille scrutaretur, ubi dominus condidisset aurum. Quæ miseria, si hæc talis non est miseria, totum amittere fructum vitæ, ut quæras vel augeas rem nunquam tibi certam, filiis incertiorem, filiorum filiis incertissimam, quâ sæpe non tam locupletas, quàm facis Nepotes, dives in arca, pauper animo, mortuus ante mortem, post mortem derisus? GUALTHERUS non tam iratus erat suo genio, ut apud superos inferorum pœnas amaret. Hinc cùm iterum magni Principis Consiliarius eum interrogaret, cur literas tam adverso Mercurio natas tanto studio præ cæteris coleret, quin operam potiùs daret illis artibus, quibus filiabus dotem pararet & generos? *Cur auriferis istis artibus*, inquit, *abstineam, mea mihi causa, filiabus verò materna sunt dotes, nec viri illis deerunt, si non deerunt virtutes: quippe iisdem ornamentis matres earum nuptum iverunt. Bonis satis opum erit, quia bona sponsos facilè merebuntur bonos; malis iterum satis, quia plus opum non merentur, & si plus ipsis contigisset, frustrà mala sperarent bonos, utpote qui dotes priùs spectare solent, quàm dotem.* Certa igitur stabat sententia, nunquam artes quæstuosas moliri, multo minus preces pretio mutare apud Potentes. Etsi enim stipendium tale habuerat, ut facilè invidiam non haberet, ipsa verò exiguitas suo augmento faveret, nunquam aliorum consuetudini assuevit, ut tenuitatem stipendii precariis adminiculis corrigeret, tesseras frumentarias, vinarias, sportulas aut donativa peteret, & adorandæ

que-

quercus excuteret, sed Consiliariis ipsis morientibus *verecundi hominis crumenam semper inanem esse*, respondit, *ob drachmas paucula ego mendicus non fiam, nec munus id est regium; mille verò aureos Princeps non dabit, quia munus id negabit esse Philosophicum: ita illi Fortuna obstat, mihi professio, & alioquin officium qui facit, beneficii admonet, qui petit, non datum exprobrat & de dando gloriatur*, penè addidisset, *quod mihi datis, ò amici, Principi potiùs dandum fuit consilium, si qua re me putatis dignum. Nam frustra merita nostra scimus, nisi ad conscientiam quoque ejus referantur, ad quem & devotiones studiorum, & spes præmiorum, & gratia beneficiorum, & interdum minimarum rerum notitia solet referri.* At tanto magis laudanda Constantia ejus, quòd nec oblatis quidem vinci potuit, ut mediocritati suæ speciosa præferret, ut contemtum divitiarum verteret in amorem, & amorem temperantiæ in ejus contemtum. Nam illud quidem non vehementer cupere, quod non vehementer speres, aut quod tibi labor, mora, difficultas reddat aspernabile & invisum, aut quod ita parum sit, ut cùm habeas, haud multò plus habeas, quàm si non habeas, facilis continentia potest videri. Sed noster & illud recusavit, quod sponte veniebat, & ad contemnendum id contemtum sui non afferebat, nisi fortè *mille ducenti ducati annui* leves videntur nummi, aut stipes mēdicorum, nam totidem tales illi promittebantur, si decus suum, & vocem publicam *Academiæ Patavinæ* voluisset impertiri, postquam RICOBONUS illic & vivere, & docere desiisset. Invitabat *Penellus*, solicitabat *Velserus*, negabat utrique GRUTERUS. Erat ei religioni Religio, sed & erat religioni ipsa pecuniæ summa, quæ cæteroqui paucis nimia est, & multis oportuna ad impietatem merces. Nefas primùm ducebat eò ire, ubi & plus inveniret & minus; sed ut minus hoc plus damni, quàm plus illud commodi haberet. Cultus enim divini libertatem publicam (quamvis privatam recepturus) pro quibuscunque divitiis sibi negabat esse venalem; præterea tam humanum sciebat esse invidere alienæ felicitati, quàm alienæ virtuti, & hanc quidem propter invidiam non esse deserendam, illum verò feliciorem esse, qui non sit infelix, quàm qui cum invidia felicissimus. Quippe Felicitatis quidem filiam naturalem esse invidiam, Calumniam ejus neptem, Calumniæ verò sobolem & Felicitatis quasi proneptes, noxias Innocentum. Quod utinam, GRUTERE, è tua potius disciplinâ didicissem, quàm meâ fortunâ! Queror hoc apud manes tuos, me post sordidissimos

mos carceres, post capitales hostium minas, post necem pa lò distantem, post urbis nostræ obsidionem, post cruenta ejus expugnationem, post latronum insidias, post primi fi lii mei mala, post militiæ incommoda nihil reperisse crude lius, quàm meam non dico felicitatem, sed aliquam labo riosam quietem. Non erat, quod metueres invidiam tan tùm in magnis, quam ego in parvis expertus sum. Non m fides Principibus, non amicitia magnis & doctis, non inte gritas omnibus bonis probata, non sacra Exilii causa, qua sæpe alioquin ignotos & pessimos commendat, potuerun tueri. Id genus quo magis telo ulciscar, quàm tuo, GRUTERE, animo, vel, quod idem est, magno? Eveniat tamen hic mihi fructus opto, ut aliquis culpam hic suam inveniens responsando me faciat meæ historię commentatorem, quod nunc sanè fecissem, nisi fuissem parum iratus. Ego à GRUTERO ad GRUTERUM redeo, contemtor malevolorum ad contemtorem divitiarum. Accersitus est in *Italiam*. Quã hoc jam honorificum erat, quod ad eam gentem, quæ & literis, & hominibus doctissimis & sui judicio, & exterorum neglectu abundat. Delectus est unus ex media Germania, quod iterum gloriosum est, sive quod ipse potissimum, sive quod potissimum inde. Major enim quodammodo invidiâ est, qui deligitur ex ea gente, cui tam raro aliæ meritas laudes concedunt, quàm nunquam eripiunt. Expetitus est ab Academia tali, ubi non ut in Italia, sed ut in ipsa Germania, in Polonia, in Bohemia, in Gallia, in Britannia, in compendio orbis habitaret; quandoquidem quicquid illustre est, quicquid discendi cupidum, quicquid Reipublicæ, quicquid foro, quicquid Medicinæ crescit, id omne tyrocinium suum apud *Patavinos* plerunque aut sumit, aut facit, aut ponit. Vocatus est denique ad liberalitatem tantam, ut GRUTERUM repulsas opibus dantem laudare non possim, quin eundem apud animos nonnullorum reprehendẽdũ exponam; *Academia* verò *Patavina nutritios* publica voce, publico literarum, & privatè GRUTERI nomine propriè celebrem, utinam in exemplum magnis literarum Educatoribus, ut saltem aliquam *Patavinitatem* talem, si non omninò talem sæculis ostendant, nec semper paupertate dignos putent, qui paupertatem non indignè ferunt. Nam ut divitias magnas anxiè quærere non est sapientum: ita sapientibus necessarias opes subministrare eorum est, qui sine opera sapientum, nec sapientes habent, nec sapienter opes aut

regna

regna, cùm nullum genus hominum inveniatur, quod minus suis emolumentis advigilare aut possit aut soleat, dum discendi & docendi cupiditati omnes cupiditates alias postponit, & vectigal suum tantùm à mortuis exigens, hónestissimâ avaritiam exercet in libris, interim multorum iniquitati obnoxium. Quia enim tales nec de sua, nec de aliena fraude cogitant, & suam innocentiam inspiciunt, quasi obsidem alienæ, multò opportuniores fiunt pessimis lucrorum milviis. Quoties illis Institor, quoties Cerdo, quoties Vestiarius, quoties aliæ Feles nummariæ pro bono & nimio argento malam mercem, & pro tenuitate nuditatem reddunt?

Nemo magis juvandus à magnis, quàm quem minores prędæ habent. At quamvis hæc ita sint, Liberalitati tamen maximi Principis, qui semper beneficiis, quàm pœnis largior fuit, & nunc optimus, postquam malis temporibus antiquior habetur, GRUTERO intercessit. Cum enim *Inscriptiones* suas *Romanas* Romanorum Imperatori RUDOLPHO inscripsisset, Princeps ita munus hoc acceptum habuit, ut & laudationis & largitionis suę munere vicissim dignum putaret, alterius quidē hōorē statim præmittēs, alterius optiōē ad arbitriū authoris differens, interim per *VVakerum* & *Barvitium* responso dato, GRUTERUM *& præteritum & præsens & sæculum futurum demeruisse, peteret ille à Cæsare munus quod vellet, repulsam ne timeret.* Certè qui petere jubet, & laudat, ille quantum laudat, quod damus, tantum nos invitat, ut petamus. Nam qui nollet nos petere, nollet laudare; quia laudatio meritum intelligit, & meritum repræsentationem: Silentium quod nec laudat, nec vituperat, magis vituperat quàm laudat, & quidem ita vituperat, ut nos vetet sperare. Verùm cùm illud additur *Pete munus*, & laudatio præmittitur, illud dici videtur, Pete munus mea liberalitate, & tuis meritis dignum. Sed GRUTERUS tanti Principis judicio gavisus de cæteris ita respondit, *Midam aliquando à Libero patre similem optionem consecutum, quia stultè elegerit, in præmio pœnam accepisse. Aũ auri quidem copiam, fructum non haberet; majorem esse sibi reverentiam Majestatum, quàm ut ipsis dona sua nominet.*

Facilè itaque constabat, aurum non petere, qui auri petitorem in occasione commodi sui reprehenderet. Alius ita respondisset, *ut Cæsaris labor meus non displiceret, votum fuit, ut & placeret, non ultra votum, sed supra spem fuit. Atque in eo judicium ne Cæsaris admirer, an in tanta dignitate tantam dignationem, ut cujus erat tantum ignoscere suum putaverit & studia nostra cognoscere, & in illis præter meritum*

meritum

meritum publicum aliquod suum debitum agnoscere, cùm denique explicasset quid sentiret de nostro libro, explorare etiam quid nos sentiremus de ejus liberalitate. Difficile certamen mihi constitutum est cum Cæsaru munificentia, & mea modestia. Si liberiùs peto, periculum est, ne decoctor mei pudoris videar & avarus, si verecundè, ne magnitudinis Cæsareæ detrectator videar, & superbus, & mihi malevolus. Hoc unum exprimo, Cæsari, opes mihi opus esse, præter libros & liberos parum esse. Quàm multum ille dare velit, non definio, sed quàm multis. Vnus enim non sum, nisi quod ab uno me tam multi alumni petunt, ut non alantur, nisi multis. Vos, ô Viri Consiliarii, agite meam causam, quam jam Cæsar probavit, & ita tamen credite, mihi egenti satis fore ad accipiendum propter Virtutem, quicquid abundantissimo Cæsari satis erit ad dandum propter fortunam. Alia oratio fuit GRUTERI, qui quidem muneris arbitrium Cæsari remisit, sed excepit aurum. Putabat *VVakherus* fortè GRUTERO gratum fore, si quid splendoris Insignibus ejus Gentilitiis à Cæsare adjiceretur. Posse enim veterem Nobilitatem ejus novo tanti Principis favore multum ornari; sed GRUTERUS & huic sententiæ intercessit. Tantum enim abesse dixit, ut honoratior esse cupiat Insignibus, ut sit his ipsis, quæ habeat à majoribus, oneratior quàm velit. Haud enim rem magnam, ut decoram sibi videri, Equitem se jactare Brabantiæ aut Flandriæ, cui neutrubi vel locus sit, vel fundus, vel certè fructus, aut foris census, aut equus, aut omninò cantherius, vel quod brevius dicitur, qui sit Exul.

Videte cùm quali homine Cæsari fuerit negotium! Non desiderat aurum, quia non egebat: non egebat, quia sine pompà, erat autem sine pompà, quia nobilitatem intùs non extra ferebat, & hæc omnia faciebat ideo, ut aurum non desideraret. Proximus enim est gradus ad avaritiam, magnum esse velle, aut se majorem. Nobilitas quippe quæ vult ostendi, vult ostentari, ostentatio vult apparatum, apparatus sumtum, sumtus, unde sumat. Hinc itur ad lucra, ad avaritiam, & avaritiæ ministras artes, rarò bonas: Itur interdum ad ruinam, ad miserias tantò miseriores, quantò nobiliores sunt, qui fiunt miseri. Operæ pretium erat posteris suis rem difficillimã ostendere, ut discant nobiles esse, & tacere. Cùm igitur GRUTERUS & hujus beneficii veniam petiisset, TOBIAS SCULTETUS, qui GRUTERUM interiorem interius noverat, ita censuit, non posse contingere illi

mugus

munus acceptius, quàm si omnes libros ac lucubrationes ejus Cæsar per Privilegium tutas præstaret ab injuriis illorum, qui, si quid alibi excusum est boni libri, protinus idem recudunt, manum non versuri, quicquid aliis obsint, dummodo sibi prosint, aliena vineta cædentes, ut sua conserant. Contigerat enim hæc illi fraus in *Seneca*, quem cum suis Animadversionibus Heidelbergæ ediderat, sed eundem, nescio ubi, quidam bisgenitum fecerunt, ac veluti Jupiter Semeles filium, quanquã bene editum suo femori inserernunt, ut iterum ederetur, clanculum authorata proditione, ut madentes adhuc à prælo Heidelbergensi paginæ quot-septimanis eò accelerarent, ubi contraheretur *Seneca Gruterianus* in minorem formam, & distraheretur in majorem injuriam. Annuit igitur Cæsar de privilegio, & in ipso privilegio de Privilegiis ultrò cogitavit. nõ tantùm illis quæ GRUTERO, sed & quæ concederet GRUTERUS. *Comitem* enim S. *Palatii* designavit, ut ea dignitas aliquando doctissimum nacta satisfaceret Inventori, & quæ nonnunquam bonitati Principum debetur, nunc deberetur judicio. Decreta res erat apud Principem, approbata in Senatu Augusto, relata ad Principem iterum, ut subscribendo firmaret, quod præscripserat communicando. Sed Cæsarem occupavit morbus, deinde fatum, quod bonas actiones plerunq; cum authoribus finit. Literæ itaq; quibus superiora Privilegia continebantur, sicut ejus generis mille alia, more quodam differendi, relictæ sunt absque manu Imperatoris, absque signatione, nec postea unquam productæ, quia nova Potestas faciliùs sua beneficia orditur, quàm aliena absolvit, & novis curis occupata rarò succedit in obligationem veteris promissi. Ita GRUTERUS luculentissimum munus nunquam accepit, & laudes Cæsaris optimi sic celebravit, quasi integrum accepisset. Quod tamen non accepit, generosissimo vitio contigisse arbitror GRUTERI, qui nihil minus à se impetrare poterat, quàm ut frontem suam ad expugnandam muneris tarditatem roboraret; Principem verò appellando obtundere planè pudendum habebat. Noverat ille quidem consuetudinem Aulæ, ubi impetrata sæpe impetranda sunt, & è multitudine negotiorum cuiq; eruendum suum, neq; sumenda verecundia, quòd ea faciat tantùm ad nostri oblivionem. Quia enim hæc virtus tacet, nunquam exauditur, præsertim inter strepitus Magnatum, ubi magis opus contentione vocis, quàm perseveratione decori. Sed non gerebat ille personam histrionalem, quam ex arbitrio Ædilis

Q depo-

deponeret, & in alia fabula rex esset, in alia servus, suæ mag constantiæ tenax, quàm flagitans alienæ, perditurus poti citò, quam diu petiturus, deserturus etiam nonnunquam j suum, quàm asserturus, ubi vidisset sibi tricas nodari, dispe diorum haud inexpertus. Wittenbergæ cùm esset sua virtu sibi damnosus fuit. Evocaverat eum *Septemvir Christiani primus*, & evocaverat nuncio ob id propriè misso, ut Profes sionem Historiarum susciperet. Retinuit GRUTERUS nuncium in Borussia (in illis enim tunc oris degebat) donec i rheda uterq; proficiscerentur cum sarcinis. Satis multum argenti quatuot equorum Auriga, tot milliarium iter, tot dierum prandia & cœnæ; menses autem, quibus illic morabatur, vix annum & suprema *Christiano* conficiebant. Quo defuncto placuit successotibus, ut in *libro* quodam, velut templo *Concordiæ* convenirent omnes, & nomina subscriberent, quibus totum argumentum libri illius sine exceptione probaretur: abire quo vellent jussis quibus aliter videretur GRUTERUS cùm *Librum Concordiæ* nec vidisset nec legisset unquam abstinuit à subscriptione, quod temerarium esset & fatuum judicare de re, quam non videris, approbare librum, quem non legeris, firmare sententiam quam non consideraveris, subscribere divinis quæ cum divinis nondum contuleris. Missionem igitur prætulit, & prætulerunt hanc alii duo Viri Clarissimi, sed majori suo commodo quàm GRUTERUS. Illis enim semestre stipendium, quod honestæ Missionis illic commeatus est, subvenit; GRUTERO nec hoc evenit, nec quod in itinere Borussico expenderat revenit, causa superius indicatâ, quod purpuras Aulicas adorare nesciERAT, Principi verò tormentum, aut supplicationis continuæ fidiculas adhibere sibi interdixerat. Minus enim molestiæ inesse videbatur dispendio expedito, quàm stipendio aut præmio intricato. Sic boni viri plerumq; longè absunt à gloriâ divitiarum, quia tantumdem absunt ab ingenio divitum, dum nec alienis inhiant, nec sua clamosè reposcunt, nec præmi cùm meruerunt, persequuntur, & cùm nemo dat, à se petunt & cùm parum habent, satis putant, quodq; valde magnificum est, etiam divitibus donant, quoties illi vel morosè fatentur, vel invitè reddunt, vel libenter obliviscuntur. Sempe enim facilimè ignoscunt, & rarò se debere putant, quorum creditores sunt viri boni. Quia bonitatem patientia, patientiam onus comitatur. GRUTERUS noster planè admirabi-

mirabilis erat, qui cùm sine beneficio missionem acciperet, beneficiis missionem dedit.

Diogenem audire videor, cui cùm servus unicus aufugisset, *turpe est*, inquit, *Manen* (nam id nomen servo) *sine Diogene posse vivere, Diogenem sine Mane non posse.* Ita GRUTERUS turpe duxit divitias se carere posse, se non posse carere divitiis. Est enim & aurum & argentum quoddam mancipium, nisi quoties mancipia facit ex dominis, & quanquam custoditur centum clavibus, tamen aliquando fugit. Sapienter igitur GRUTERUS cùm mancipium hoc retrahere sine labore non posset, cum contemtu omisit, & cùm unius fugitivi indolem cognovisset, reliqua non desideravit. Quid usitatius est in Academiis nostris, quàm Convictorum frequentia apud Professores, quorum in familia aluntur, qui vicissitudine justissima eorum familiam alunt? Quis inculpatior modus, quamdiu modus est, cum commodo suo aliis gratificandi? Nunquam tamen GRUTERUS hunc morem domum suam introduxit, quia rem tam necessariam, quàm per se humanissimam culpa avaritiæ pridem, & in alios suspicio contaminavit. Nam postquam non commodi, sed quæstus causa locupletum liberos captare placuit, postquam favor olim hospitii factus est ambitus; postquam molestia meruit æmulationem, nec æmulatio timuit molestiam, quia speravit lucrum, inde factum est, ut vitium maneat apud malos, convitium veniat etiam ad bonos. Jam quod aliqui juvenes frugalitati nondum maturos, & luxuriæ præcoces domi suæ virtuti magis corrumpunt, & pravitati magis exercent, aliud jam est facinus. Reperiuntur enim non pauci, qui totas annonas sub recta congerunt, non ut necessitati parata sit copia, sed ut alumnis non desit, quòd post satietatem esuriant, & post potum sitiant, cænantes usq; ad prandia, & prandentes usque ad cœnas. Sic fiunt contubernia tabernæ, convictores compotores, impensæ offensæ, opes inopiæ, luxus luctus, hospites hostes, & ut verissimâ cavillatione obsignem, receptores nimis sæpe deceptores. Isthæc ne GRUTERUS eadem faceret, minimè prætimebat, sed magis illud, ne cùm nollet, laboraret invidia Tutoris, tamque iniquis oculis aspiceretur Cato, qui domi suæ Liberalia non ferret, quàm olim alter, quem foris non ferebant Floralia. Idcirco cùm alioquin officia sua patefaceret omnibus, in hoc eum nullus exoravit, ut mensam aperiret convictori, aut colligeret pensiones, Illustrium quoque constantissimas preces pari constantia deprecatus, ne rem non

sui moris, non sui consilii à se contenderent. Quod apud ipsum esse mallent, id sibi gratissimum testimonium charitatis, & hanc diuturniorem fore, si coleretur sine contractu. Fieri enim posse, ut, qui præfecturam gerant Culinariam, aut reliquas curas domesticas expediant, minus sententiis eorum respondeant; tum protinus Amicitiam vitium, etsi non valde tamen vitium facturam, quia casus ejusmodi pro Consiliis soleant accipi, & quicquid malè præstent familiares, quia pro Domino videatur, à Domino videri. Rectius illos habitare posse, ubi minus amicitiæ labes curetur. Tantum abesse sibi voluntatem minuendi amicos, quantum numerus eorum absit adhuc à perfectione. Difficile præterea in alendis aliis nimium temperare, & parum; ex illo querelas, ex hoc malum domesticum venire. Rarò autem dedisse aliis æquum, qui non sibi dederit iniquum, æquè rarò iniquum alijs non dedisse, qui sibi dederit æquum. Esse enim proximos inter se fines proprij & alieni, facilemq; ad aliud transgressum. Melius abstinere à toto, qui pretium ponat famæ, quàm sapientem tam integram esse velle, quàm Cæsarem olim suam uxorem. Tum neminem injustiorem videri, quàm qui detrimentis suis præsit, & cum labore rem faciat deteriorem. Hac excusatione GRUTERUS plurium desiderijs occurrit. & lucro blando decessit, & amicitiam non offendit, vir alioqui juventutis emolumentis semper paratus, præsertim quoties commendationis stimulus vel levissimus accedebat. Nam in omnibus propè terris, in omnibus propè magnis aut parvis civitatibus tot amici, tot faventes erant, ut aliquam parvam terram, aut aliquam magnam civitatem talibus potuisset implere. Vidi literas, quas optimus senex peregrinaturis aliquoties apertas dederat, totis aliquot paginis nihil, quàm nomina, quàm salutes, quàm breves laudes amicorum continentes. Ut enim quidam, cùm terrarum situs in tabulis adumbrant, interdum longissimam punctulorum sementem tractu tereti sinuant, ut noscamus, quibus itineribus Alexander orbem peregerit, quibus Æneas in Italiam venerit, quibus flexibus alius Orientem, alius Occidentem invenerit. Ita GRUTERUS peregrinantium itinera Amicis conserebat, & charissimorum nominum quasi filo aureo nunc huc nunc illuc proficiscentes comitabatur, alium longè salutans, alium eminus complexens, alium procul exosculans, alij manum, alij collum premens, omnibus advenam suum commendans. Et ab illis quidem vicissim reddebantur paria, commeantibus perpetuò literis,

literis, quæ cùm cæteras familiaritates, tum creberrimè commendationes advehebant, & novos amicos. Hos noster facillimo congressu recipiebat, lautioribus officia cujuscunq; generis, cæteris, & quorum tenuitas tamen bonæ mentis soror esset, etiam beneficia diffundens. Etenim GRUTERI imaginem, qualem salutantibus aut clientibus ostendit, quoties comitas exercenda fuit, aut beneficentia, si quis cupiet intueri, hujus ego votum in autumnum distulerim. Illic videbit arborum felices copias, verecundos pomorum vultus, mustulentas vinearum gratitudines, totam spem anni in effectu, & in eadem facie GRUTERUM. Erat illi prompta humanitas, sed cum fructu magis, quàm cum flore: non nimium vernabat luxurie promissorum, nec fœcunditatem mentiebatur speciosis dictis, nec bonus illi Aprilis finiebatur in malum Octobrem. Sicut enim arbores quædam,

Cùm Sol egelidos refert tepores.

effusissimè florent, sed nimis caducis; Ita quidam homines sine modo blandiuntur, & totum officium consumunt in verbis. Nondum bene dixerim, qualis in hac parrte fuerit GRUTERUS, nisi pinxero aliquem, qualis GRUTERUS non fuit. Introducam hominem ornamentis non GRUTERIANIS; Atq; ecce, incedens arridet è longinquo, & illecebrosissima vultus suavitate gratiosus jam dextrâ capiti ablatum pileum sinistræ commendat; jam vacuam manum ori suo, mox calceo nostro admovet, & toto vertice descendit ad alienum genu, non resurrecturus, nisi scitissima pedum inquietudine, & salutatione prodigiosa, nullo consensu animi peractâ, *Domine, inquit, nihil superest fortunæ, aut ad honorem, aut ad felicitatem meam augendam, postquam me dignata est tanta benevolentia, ut hic adspectus tuus in meum conspectum, ego in alloquium & complexum, vel potius in possessionem tuam, si tanti sum, venirem. Gratulor tibi de valetudine tua, quâ mea geminatur, & preces devotissimas precor, ut proprium hoc tibi munus esse velit, qui tibi semel tribuit, quod semper mereris. Et cùm justum sit omnes illi servire, quem Deus amat, obsecro te, ne desiderium meum flagrantissimum repudies, ut esse possim inter illos, qui à te mandata accipiunt. Odi enim meam libertatem, postquam scio, quàm gloriosum mihi sit futurum tibi servire.* Sin prohibes, & hanc mihi felicitatem imperii tui negas, juro tibi, me non cessaturum observare Occasionis aureas illas caproneas, ut quàm sæpissimè meis officiis me tibi fateri & facere possim debitorem, vel ut propriè loquar, tuum mancipium. Tum frugi iste servus, iteratis obsequiis suis, iteratis

osculis pedum manuumq; sumto iterum ore *Ignatii Catulliani*, blandoq; risu, corpore rursus arcuato, flexis iterum genibus, & alternatâ lumborum lasciviâ discedit; sed ut honestius videatur se gerere, nunquam discedet aversus, nisi decem amplius passuum intervallis, ne partes illas obvertat amico, quæ commodius occultantur sedendo.

Crederes te non servum, sed patronum nactum esse optimum maximum, & præsidium fortunæ, cùm si quid illum postea ores iisdem precibus, si pari superstitione adores, nihil minus sis reperturus, quàm eum qui tibi tam bella verba fecit, aut tam bellè petit. Dicet, sibi obstare partim suas necessitates, partim suas necessitudines; vix operam propriis, vix illorum rebus sufficere, quos aut natura sibi, aut antegressum magnum officium fecerit proximiores, se tibi non posse vacare, cumq; rationes omnes explicaverit, hactenus illas probabis, ut firmiter credere possis, eum non velle. O cupressus pulchras quidē, sed tantùm pulchras, exclãavit aliquando *Phocion* Athenis, cùm audiret quendam splendidis promissis stimulantem cives ad bellum, ad victoriam, ad libertatem, ad decus, ad alia præmia, quæ non rariùs afferuntur hosti, quàm auferuntur. Scilicet non omne magnum par habet pretium, & ut sæpe virtuti nitor. Sæpe multa verba nulla sunt, sunt & pessima sæpe, quæ sunt optima? sunt arbores, quarum opes desinunt in forma, in cortice, in foliis; sunt *cupressi* denique *Photionis* quæ nec esui sunt, nec magno usui, nisi quòd olim feralibus miscebantur officiis, ut testes funerum essent, comites luctuum & sodales lachrymarum. Nam & folia ista verborum plerunque succedunt in has vices, & ubi nimium blandus sermo, & blando sermoni credula fides, ibi pœnitentia & tuarum rerum funus. Quid enim novi nunc est, in mimo tragœdias meditari, & per imaginem benevolentiæ non tantum vanitati ludos; sed etiam malignitati sævitiam dare. Injuria esset, si GRUTERUM ita laudare vellem, ut eum eximerem pessimis, cùm nec malis fuerit vicinus, & inter optimos vel propterea sit habendus, quod bene semper maluerit facere, dum parum delicatè loqueretur, quàm delicatè loqui, dum parùm faceret. Brevis illi oratio tū, & simplex, & secura credenti, *Volo*, inquit, *quod vis, si vis, quod possum. Libri mihi sunt, illis utere, studia sunt, illa consule, amicitia est, illa fruere.* Hæc sunt, quæ noster offerebat amicis, quia talia plurimi æstimabat, nihil libentius acceptu-

accepturus, si quid ipsi foret accipiendum, quàm quod promittebat, nec daturus lentiùs, quàm prôissurus, quia promittebat ea, quæ dare poterat, & frustra sciebat promitti, quæ vel præstare, si velis, non possis, aût si possis, non velis, dum utrumque scires, cùm promitteres, quasi tantùm promittendi causa promitteres. Hinc libri ejus nullo prope ocio fruebantur, quasi castrensi disciplinæ assuefacti, ut perpetuo labore exercitati nunquam haberentur inutiles. Aut enim dominus illos terebat domi, aut aliquis occupabat foris. Et ut boni militis signa nō sunt, nitor in cultu, aut in vultu, sed potius squalor, callus, cicatrix, & totæ frigorum æstus, pluviarum, vigiliarum, itinerum pugnarum, ac reliquæ patientię militaris Ephemerides in ore, in manibus, in veste: Ita GRUTERI libros magis honestos vidisses nævis & attritu, quàm novitate vetusta, aut integritate ignava, aut in gloria decore. Quia tot illis utebantur pro suis, quot GRUTERUS habebat pro amicis. Sæpe libros aliquis ab ipso & veniam petiit, quot tam sæpe peteret: libros ille dedit, veniam non dedit, quia, inquiebat, nihil peccas, dum libros petis; sed incipis opus habere veniâ, dum veniam petis, Nam hoc adversus GRUTERUM peccatum est, non habere GRUTERI audacter fiduciam. Salutantium præterea desideriis quàm facilimè occurrebat, nec majestatis nimius, nec familiaritatis parcus. Potuisses statim vereri, statim amare, statim fidere, statim audire aliquid ex antiquitate, ex bonis literis, ex historia, ex legibus. Inprimis autem hoc agebat, ut apud minorem ætatem oracula sapientiæ misceret, ut sermones suos condiret salibus, & per eosdem sales infunderet valetudinem morum. Differebat de ratione vivendi, quid in hoc ævo optimum, quid pessimum, quid pulchrū, quid turpe, quid solidum, quid vanum esset. Conciliabat virtuti studium, vitiis odium, literis amorem. Veteres Cupidinem aliquem commenti sunt alatum, cæcum, pharetratum, incendiarium, sagittarium; & his instrumentis omnibus nihil faciebat, quàm amare. Quam ego vim in GRUTERO potiùs fuisse nimis certò scio. Nam quod illic fictum, hîc factum fuit.

Vidimus, accepit fabula prisca fidem.

Alatus erat, quia supra sordes volabat humanas: alatus erat quia per liquidum aëra ferebatur pennis gloriæ: alatus erat, quia celerrimo cursu totum orbem, totam antiquitatem, tota sapientiæ latifundia peragrabat. Erat & cæcus, sed ita, ut justitia pingitur, dum fortunam non spectabat oculis,

 sed

ſed animo virtutem; cæcus iterum, quia pauperi æquè amicu ac diviti, amicior ſemper illis, quorum opes eſſent in animo, u ipſi lumen. Hoc enim eſt in cæcitate eſſe perſpicacem, & in perſpicacitate eſſe cæcum, dum non tam utimur judicio oculi, quàm oculo judicij. Erat & pharetratus, ſed illa pharetra, unde ſapientes, non ut ille apud Diogenem puer, ex vagina eburnea gladium plumbeum, ſed ſententiarum ſpicula aurea depromunt. Erat ſagittarius, ſed longè melior & juſtior, quàm Cambyſes, qui patre ſpectante filii pectus, trajecit: noſter figebat, cùm non læderet, ſanabat cùm ſauciaret, vulnus faciebat, ſed quà ſolus intraret. Incendiarius deniq; ſed ad honeſtatem, ad gloriam, ad laudem. Huc ille fomites, huc malleolos, huc ſtupam, huc picem adferebat, vel ut breviùs dicam, quicquid dictum eſt, ſolertiſſimè ubiq; inflammabat amorem, ſed virtutis, ſed bonæ mentis, ſed literarum. Ne miremini, quòd partem hanc ambitioſiùs exequor. Nolite putare nos in comparatione fabulari, fabulas loqui, aut in oratione agere Poëtam, ut res per ſe tenuis creſcat auxilio verborum. Revera enim tantùm pollebat eximius vir, ſtimulis ſuis, inter quos maximus fuit ejus exemplum, ut qui diſcedebant ab ipſo, ſemper auferrent in animo quendam incredibilem diſcendi ardorem, domumq; reverſi, non jam libros amarent; ſed deperirent. Et quia tales ignes per diuturnitatem interdum ſolent languere (nam ne Veſtalis quidem focus olim vivebat ſine cuſtode) ſelectiora illa ingenia, quæ GRUTERI amicitia ſemel incaluerant, ſubinde revertebantur, vivaciùs arſuri poſt auditum GRUTERUM.

Lenonem generis humani *Socrates* Socratem appellavit, quod artificio quodam peculiari homines induceret in contubernium virtutis. Ut Socrates igitur imitatus eſt Lenonem; ita GRUTERUS imitatus eſt Socratem, vel potiùs eundem naturæ quodam arbitrio expreſſit, & cùm amorem ſuſcitaret ſingulis, omnes rivales fecit virtutis, hanc tamen facilè, inquiebat, dari poſſe cunctis, ſi unusquisq; illorum priùs captaret ancillas, & per illarum pectus quaſi per veſtibulum intraret in pectus Dominæ. Ancillas autem iſtas cognominavit Artes, cognominavit Scientias, Diſciplinas. Humanitates, Hiſtorias, Leges, Antiquitates; quæ ſingulæ dum ſciunt quid faciendum ſit, ancillæ ſunt; dum faciunt quod ſciunt, dominæ ſunt, & ipſæ per ſe Virtutes. Alioquin enim ſæpe etiam is, qui ſapientiæ operam dat, obſequium non dat; qui juri ſtudet, juſtitiæ non ſtudet, qui valetudines curat, valetudines

non

non ſpectat, qui Rempublicam gerit, ſuam magis gerit, qui ſacris conſecratur, ſacra deſecrat, qui ſe pietati tradit, ſibi pietatem non tradit. Illud autem tunc maximè fieri diſſerebat GRUTERUS, quando ad ſumma ſtudiorum nimia ſit properatio, quando ſpinoſæ definitiones virtutum pro virtutibus diſcantur, quando prudentes ſimus, antequam ſapientes, quando lucrum prius ametur, quàm honeſtas, quando interrogati cur ſacra, cur humana diſcamus, reſpondeamus, peni, nummi, noſtra cauſa. Hinc reperiri tot ſemilitteratos, tot indoctè doctos, tot barbarè diſertos; quia tales dum ad ſummas diſciplinas tanquam ad prædam feſtinant, cæteras tanquam avaritiæ parùm opportunas relinquunt. Hæc & id genus alia GRUTERUS apud aures juventutis perpetuò ferebat, diligenter cavens, ne periret adoleſcentibus etiam illud tempus, quod ipſi quoque periturum erat, niſi dixiſſet aliquid quod alteri prodeſſet. Non tamen inter iſta verba cenſoriam ſeveritatem ſuſpendebat in fronte, nec conſilium confundebat cum imperio. Amœnus illi vultus veluti inter ludos, ſermo illi jucundus velut inter pares, mos illi ſuadendi; non præcipiendi velut inter liberos; utque omnem triſtitiæ opinionem removeret, nonnunquam cyathis etiam adventores ſuos aſpergebat, ſi tamen bonâ illorum veniâ dicere licet, qui lætitiam quaſi ſcelus fugiunt, & in aliis notant ut impietatem, quibus omnis

Riſus abeſt, viſi niſi quem fecere dolores.

Qui caliginem ſupercilii ſanctitatē vocant, & quia ebrietas merito ſuo malè audit, vinum quoque reum faciunt, ſuperſtitione Thracum imbuti, qui olim nimium fas habebant vino abuti, nunc eodem uti fas hodie non habent, tanquam nihil medii ſit inter bibentem, & inter nimium bibentem; tanquam vinum nullum ſit guſtandum, niſi quoties

Caret os humore loquentis
Et fauces arent, vixq; eſt via vocis in illis.

Atqui enim vinum ebrietatem gignit: ſcilicet immodicum. Atqui vinum valetudini obeſt; ſcilicet nimium, atqui vinum flagitia patrat, ſcilicet ſumtum intemperanter. Nam & aquam hac ratione proſcribendam dicet, quia multi perierunt in aqua, multi per aquam; neque quiſquam potu hoc ranarum extinctus eſt, niſi qui nimium bibit; & alioquin Leandrum illum, cùm ad amicam nataret, nullâ aliâ cauſâ putant mortuum eſſe, quàm quòd in aquis non ſervavit modum bibendi. Verùm hoc ſine joco dicam; intereſt ali-

quid inter Virtutem, & virtutis ſimiam Affectationem. Virtus ſimplex eſt, affectatio cum fuco, virtus propter ſe ipſam honeſta eſt, affectatio oſtentui, virtus vult eſſe, affectatio videri. Cùm vitatur potatio, ſobrietas eſt, cùm potus, ſiccitas, cùm lepor, ruſticitas; cum verò, quod malo exemplo non fit, reprehenditur, moroſitas eſt, livor eſt, vanitas eſt, arrogantia eſt. Errare enim mihi longè videntur, qui nos in hac vitâ collocatos putant velut in domo lugubri, aut antro Trophonii, ubi nunquam liceat explicare frontem, nec diluere quandoque diem aliqua hora dulci. Dignus omnium riſu cenſeri poteſt Democritus, dum ſemper riſit: at Hercules toto Democrito dignus is, qui ſemper flevit. Nulli affectui ſoli ſervire oportet, quia dum ſervitur uni, ſervitur toti, omnis autem affectus cùm totus eſt, malus eſt, nunquã integrior quàm cùm integer non eſt, præſertim ille, qui ſolitudine gaudet & ſuſpiriis, qui lachrymas ſuas libenter bibit, & mœrorem libentiùs, quàm merum, qui ſua triſtitia lætatur, & aliorum lætitia fit triſtis, qui ſuum morem tantùm probat, & omnes illos improbat, qui non ſequuntur ſuum: maximè tamen ille nullius rei eſt, qui gravem auſteritatem fingit, & ſub perſona mentitur faciem virtutis. Non enim conſcientia fronte merenda eſt, nec cujuſquam fama luere debet innocentem hilaritatem, non illam certè, quam in GRUTERO laudamus, doctam, tempeſtivam, moderatã, & quamvis interdum cum rore vini, non tamen cum luxuria. Serenabat ille animum, ſed aliquando, & inſtar ſolis matutini, qui frigidum diluculum clementer ſtringit,

Dum nitido patefecit ab ortu
Purpureas aurora fores, & plena roſarum
Atria.

Irrigabat animum & amicos, ſed magis hos, & utroſque tamen verecundè, tantùm illud genus propinationis expertus,

Gleba quod, æſtivo leviter cùm ſpargitur imbre.

Aliàs enim nec è conviviis, in quibus interdum plurimum eſt licentiæ, referebat in certiorem pedem, aut marcidum intemperantia caput, nec quiſquam eum coegiſſet, ut excederet craterem ſobrietatis, aut tertium illum Anacharſidis attingeret, biberet tamen donec animus floreret, & in vultum aliquam emitteret lubentiam genialem, non inimicus etiam conſuetudini, cùm per convivarum ſeriẽ ſolet exaudiri, *Bene Principem, bene amicos, bene hunc, bene illum*! Sed hilaritatis ita ſervabat perpetuò modum, quemadmodum illius rei, per quam hilaritas excitatur, vultu prope ſemper eodem, & quia

quo-

quotidiana frons illi nunquam erat contracta, sed summæ tranquillitatis plena, non nimis evidens illius esse poterat mutatio, quando extraordinariè vigebat. Utrumque affectum mirè temperabat, ut nec in lætitia lætissimus esset, nec in tristitia tristissimus. Nã juveniliter exultantẽ nemo vidit, nemo muliebriter flentẽ. Undequædam ex nostris Matronis cùm illam constantiam oris aliquando notasset, maritum suum rogavit, nunquid ipsi quoque GRUTERUS visus esset in funere uxoris vultum illum habuisse, quem habuerit antea in nuptiis. Humanitatem igitur GRUTERUS ac Venustatem cunctis approbavit, quorum fortuna non desiderabat Benignitatem, hanc verò pro copiis suis haud etiam omisit adversus illos, quibus ingenium erat patrimonium, & nullũ vitæ auxilium, nisi alienum, quiq; plus animi, quàm viatici habebant ad virtutem, aut patria patriisq; bonis per odium Religionis expulsi, misericordiam sui circumferebant inviti. Liberalis erat inprimis erga Doctores Ecclesiæ & Scholarum, quoties illos bona causa malæ potentiæ invisos, & ipso munere vivendi fecerat miseros, dum foras exclusi publicæ humanitatis fiebant alumni, & sui supplicii educatores. Minimum erat beneficiorum stipes, quamvis creberrima. Nam hæc, ut fruendi causa petitur, ita fruendo tandem perit: maximum illud, quod commendationibus suis plurimorum exilia mutavit in certam sedem, & stipes in stipendia. Quia enim GRUTERO summa ubique erat amicitia, precibus & clientibus suis facilè impetrabat locum. Argumento sunt centum amplius epistolæ, quarum authores salutem & dignitatem suam confitebantur opus esse GRUTERI. Ita nimirum comparatum est in vita humana, ut calamitosis nemo faciliùs succurrat, quàm ille, qui vel adversa sua reminiscitur, vel aliena mala sic intuetur, ut eadem credat fieri posse aliquando sua, Contra nihil durius est homine, qui secundis rebus semper usus fortunam sibi mancipio datam putant, nec geniturã suam aliter voluisse, quàm ut ab infelicibus semper lõgissimè differret. Exules igitur cùm videt, errões & profugos vocat, egenos mẽdicabula, calamitosos mala omina, oppressos orbis piacula, cunctos verò infelices naturæ purgamenta omnium denique talium adspectus, sua solatia, quòd dignus fuerit visus, qui nihil pateretur simile, opem autem ferre alteri tam timet, quàm alteram ferre sortem.

Atqui nescit hoc gẽus, quã omnis felicitas sit lubrica, quã sæpe dños & dñnos mutet infidissima hæc possessio, dũ ad hæredes trãsit nec genitos, nec scriptos, & quod gravissimum

est

est, transit ante mortem, aut quod graviſſimo illo adhuc gravius est, adverſariam ſuam relinquit, ut non tantùm amiſſione boni, ſed etiam acceſſione mali reddat miſeriorem, quem reddidit alium. Pacem domi jactas; at illam tam diu habebis, donec vicinus aliquis volet, qui poteſt aliquando nolle. In patria es: at illi nondum omnes mortui ſunt, qui multis patriam eripiunt, ut ſibi faciant patriam ex pluribus unam. Divitiis abundas? cave, ne aliquando dicas, te abundaſſe. Bella, exilia, paupertas tam tibi communia ſunt, quàm aliis tecum communia fuerunt gaudia pacis, patriæ, opum quos tu nunc contemnis velut exutos, quaſi nunquam exuendus. GRUTERUS afflictis ſuccurrit, quia vices noverat rerũ & primùm ſe ſibi ſuggerebat, utpote cui ultima ætatis memoria erat Proſcriptio parentum, & ſuum exilium: ſuggerebat deinde alios, quorum felicitas retro lapſa tam non invenit quò ampliùs caderet, quàm antea non invenit quò ampliùs aſſurgeret: ſuggerebat poſt alios ſeſe iterum ſibi, utpote cujus forſitan ſeræ ætati poſſet contingere, quod contigiſſet primæ. In his autem potiſſimum obtemperavit ſuæ naturæ, quę non ſola rerum movebatur inconſtantia, ſed ipſa ſponte congruebat officiis, & miſerationi. Id ſi non inhæret mortalium animis, haud quiſquam facilè præceptis paret, aut terretur exemplis, ut amet aut juvet ſui ſimiles in diſſimili fortunâ. Nam & inhumanus, & avarus, & ſuperbus ſenſibus præditi ſunt illis, in quos hæ viciſſitudines humanæ incurrunt: manent tamen inhumani, & avari, & ſuperbi, quàm diu illis ſupereſt morbi ſui argumentum, Incolumitas. Syncerior enim bonitas eſt, quæ ducem animum ſequitur, quàm quæ lictorem metum, illam agnoſcimus in GRUTERO, qui & egenis benignè dedit & indigis promtè credidit; utrumque virtute indolis, cùm tam crudele putaret, non dare eſurienti, quàm inhumanum negare mutuanti. Et quanquam ipſius argumentum non ſemel in mala nomina inciderat, & oblivioſam fidem, facientibus ex commodato donum, quibus dignum erat ultra ſortem etiam uſuræ loco reddere gratias. Non tamen deſiſtebat ille, quoties rogaretur, pecunias promere auxiliares, cùm interim ſubinde confiteretur damnoſam felicitatem ſuam, dicere per jocum ſolitus; ***Bene ſecum actum, quòd puella non eſſet natus, haud dubiè enim nemini ſe fuiſſe negaturum.*** In ſe itaque potiùs facetè luſit, quàm ingratos ſæpè perſtrinxit, aut propter hos inhumaniter alios rejecit, aut eoſdem ſponſoribus, teſtibus, aut ſcriptis publicis ſtipa-

vit,

vit, ut & ipsi in ære essent, & fides in custodia. Quem morem vulgò receptum noster ne tunc quidem adhibuit, cùm majoris etiam momenti pacta forent condenda, cùm filiabus generos daret & dotem, nulla testium conscientiâ, nulla Formulariorum curiositate, nulla cerâ, quam soceri generique opus esse censebat. Viros, inquiebat, filiabus non do, nisi quos certò mihi persuadeam esse viros bonos: quos si verè nactus sum tales, frustrà cumque injuria illorum, caveo injuriam. Nemo enim fraudem facit, nisi malus, socerum verò nemo fallit, nisi pessimus, & ne patri quidem parsurus: sin improbos, iniquos & perfidos, quid firmum, quid custoditum, quid sanctum satis erit, quod non hi tales perrumpant, violent, invadant? Quæ dos erit satis clausa, quam non tales aut attrahunt in suam rapinam, aut consumant in suam gulam? Nam nec avarus quid justum sit cogitat, nec luxuriosus quid suum: ille habere vult, quod habeat, hic quod non habeat, uterque utcunque habeat. Nihil obstabit utriq; Charybdi. Si quid deinde secus accidisset, & minus ex voto tam in iis, quæ modò dicta sunt, quàm in aliis vitæ negotiis, illud omne tali excipiebat animo, quali susceperat, aut ordinaverat; susceperat autem sic, ut existimaret aliter evenire posse, quàm vellet. Eventus enim omnes expectare, hominis est, sinistros tolerare, viri. Ea fortitudo in GRUTERO planè fuit singularis. Damna, morbos, exilia, calamitates expertus est, quantum quisquam; toleravit, ut pauci. Certè credidisses eum non admodum sentire quoscunque casus, quia dum sentiebat, abstinuit à querelis. Ubicunque esset, in quibuscunque malis versaretur, omisit ille litteras suas, non fortia verba, non urbanitates, non jocos, non animum subnixum, non libertatem, non denique GRUTERUM. Nullus affectus tenerior est, qu m ille, qui inter conjuges coalescit, qui duas animas jungit, & junctas habet pro una. Hæc cùm pòst duæ fiunt iterum, & dies ille fatalis toto cœli ac terræ medio molitur divortium, magnitudini flagrantissimi affectus. Lacerat enim vehementer animum, quicquid in illum descendit chari, cùm illud ipsum, post actas penitissimè radices, editosque dulcissimos fructus, qui sunt amoris stabilimenta, non eximitur, sed evellitur. Hoc opinor intelligi voluerunt Poëtæ, qui famosum illum Thraciæ Lyricinem vivum adiisse mortuos confinxerunt, ut posthumus fieret procus uxoris suæ, eamque vel assereret vitæ secundæ, vel si conjux reddi sibi non posset viven-

vendo, ipse se redderet conjugi commoriendo. Si causam adspicimus luctûs, GRUTERUS habuit eandem cum maritis afflictissimis, sed quater eandem, & bis altero tanto graviorem. Toties enim citata mortalitas illi conjugium rupit, toties uxores extulit, toties viduum egit, & ut semper alioquin fortis, ita nunc fuit quater fortissimus, cùm illi multiplex, & potens hæc calamitas injiceret manus, totoque impetu grassaretur ad triumphum. Nec tamen ita contra mala sua stetit, ut statua, nec illi pectus ex ferro, sed ferrum fuit circa pectus; non sine dolore animus, sed nec sine animo dolor; meminerat se maritum esse, sed non obliviscebatur se esse virum. Lugebat uxores, sed in earum luctu non transibat in earum sexum. Cùm etiam ex illis una, dum nescio quid linteorum, siccandi causa, in pertica transversa, pedesque in extremos digitos, & totum corpus sine libramento prôum suspendit in fenestra, præceps è superiore parte domus delapsa animum exhalasset: doluit ille quidem magnopere morte uxoris, doluit ipsa specie mortis, doluit inopina viduitate, sed post amissionem tamen uxoris multum abfuit ab amissione sui, multum ab impatientia vulgari, quæ plerunq cùm corrigere non possit mala sua, corrigere vult Deum. Noster calamitates suas nunquam magis comparavit cum suis votis, quàm cum beneficiis divinis, semper gratus ob præterita bona, gratus etiam ob præsentia mala, quoniam illa fuerint tanta, quanta ipse nunquam meruisset, hæc autem ne tanta quidem, quanta meruisset. Nullam igitur sibi relictam dicebat causam querendi, dum semper major superesset causa gratulandi: si quidem benignitate cœlesti eum bis frui, cui illa faverit indigno, nec desierit favere, cùm cœpisset irasci. Nullum enim tantum malum sibi obvenisse, in quo non infuerit tantundem boni, ipsamq; magnitudinem gratiæ divinæ, sive quà suum opus totum egit, sive quà pœnæ opus temperavit, malis prope delevisse suum nomen, multum denique restare, ut Deus clementiæ & justitiæ rationes faciat æquales. Summi solatii loco apud se stare illud, quòd noverit manum percutientis, quòd sciat se vapulare à Deo. Nam & probos liberos humaniter ferre, si cædantur à parentibus; semper minorem videri dolorem, quem faciat bonus & nobis profuturus animus. Mortem ipsam non formidabat ignaviter, nec trepidè circumspiciebat, quà venire posset illud, quod omnibus venit, & per omnia venit itinera. Quicquid enim adspicimus supra, infra, circa nos, aut mortale est, aut mortiferum, neque mors tela sua anxiè disponit, sed ubique

que

que invenit. Extra mundum nempe fugiendum est, si velis hanc effugere, & tamen extra mundum non itur, nisi per hanc portam. Pertinet huc illa GRUTERI responsio, quam super habitatione sua percontatori cuidam dederat Heidelbergæ. Cùm enim principio, nondum proprium larem nactus, domum incoleret annosam, multa carie ac specie nutantis, vitiosiora quidem noster correxit, imissis novis tignis, sed nondum desierant eum interrogare quidam curiosi, ecquid tam putridis ædibus vitam crederet, nec timeret ruinam ab illa trabium senecta? Quibus ille tandem respondit, *Nullam videri mortem magis extra sensum doloris, quàm illam, quæ contingeret ædificii illapsu.* Atque hoc est illud dictum quod nonnullorum sermonibus in Aulam, & ad aures Principis relatum, cum risu exceptum est, quia faceti illi rem ita narraverant, quasi GRUTERUS dixisset, *ideò se delegisse domum hanc malè affectam, ut esset, ubi commodiùs moreretur.* Sed bene GRUTERO vertit, quòd optimus Princeps noluit huic fabulæ priùs fidem adhibere, quàm GRUTERUS epulis. Ad quas cùm vocatu Principis accessisset, jussus est præcipuus ex Aulæ Præfectis elicere ex GRUTERO, an illud de domo sua mirum dictum agnosceret, negavit GRUTERUS suum esse illo intellectu ridiculo, quo Principi fuerit recitatum, negavit tamen ita, ut simul alios absolveret mendacio, simul genuinum dictum suum vindicaret à falsa interpretatione. Nam responsi ipsius, inquiebat, se non fugere authoritatem, sed illos fugere rationem, qui de verbis sanis excuderint haud sanum sensum. Id quod in aulis fieri solere nimis frequenter, & more pernicioso, dum illi, qui circa Principes sunt absentium verba & facta corrumpant in occasionem joci, & ut domino delicias faciant, alios faciant Cercopithecos. Experiuntur autem hanc injuriam multò maximam partem viri docti, quos imperiti Marsyæ, & apud Potentes gratiosi indignis adeò modis deformant, ut & litterati & litteræ, sapientes & sapientia, honesti & honestas nullo ferè loco habeantur, nisi ludibrio, jurante calumnia, neminem quicquam sapere, nisi qui doctrinam nunquam attigerint. Hinc non solùm totum eruditionis nomen inter illos sordet, sed & convicium est immanissimum, appellari doctum. Unde statim ab infantia, quisquis imagines aliquas habet majorũ, liberos suos diligenter ab isto vocabulo removet, neque vult, ut sui quicquam proficiant ultra illum modum, ubi virtus incipit. Pingere litteram satis est, salutationem figurare loquentiâ,

&

& gestu necessarium, pilam verò, tripudia, gladium, nummi discere, dignissimum illorum studiis habetur qui se metiuntur natalibus. Itaque coram his, ubi aliquid insigniter, sapienter, graviterque respondetur, nihil eorum capiunt miseri illi mortales, & ob hanc ipsam causam sana loquentes adscribunt delirantibus. Propterea tam pauci sunt, qui vitam, Rempublicam & in cæteris rectã rationem intelligant. Nec mirũ est, quòd nos inciderimus in tã sinistros hõines. GRUTERUS hoc dicere voluit, nimiam esse solicitudinem illorum, qui sub omni tecto vetusto suspectant mortem, cùm & domus novæ & firmissimæ Regum turres sua efferant & ipsæ funera; cùm tam metuendum habeas, ne periculosè cadas in aliquo angulo domus securæ, quàm ne tota supra te incumbat domus effœta: cùm hoc ipsum habitaculum, quo nos Natura inclusit, sit omnibus malis ædibus corruptius, neque quicquam nos sæpius elidat, quàm hoc quod metuimus, ne elidatur; cùm miseri formidemus magnas moles, & tamen sæpius nos opprimat, quod negligitur, ut innoxium, quàm quod cavetur, ut infestum. Nemo autem tranquillior potest esse in tot casuum varietate, quàm is, qui vitam hanc ita possidet, ut rem arbitrii alieni, & desiturãm in principium vitæ melioris, ubi beatitas omnem sensum mali excludit, & omnẽ finem excludit boni. Eò noster adspirabat. Si tamen & vitam hanc in terris tanti putamus, eam quoque GRUTERUS sibi restare defuncto certò præsciebat, ausurus sine mendacio dicere

Non omnis moriar, multaq; pars mei
Vitabit Libitinam.

Nam gloriam ingenii felicitate partam tam nemo illi detractum ibit, quàm ei qui hoc vaticinium sibi dixit prior.

Extant monumenta plurima, quæ pro nobis loquuntur, & mortalitatem defendunt GRUTERO. Leguntur illius carmina variæ ætatis, varii generis, sed quæ venustate quadã peculiari ac propriâ semper uni respondent authori. Ubique enim elegantiarum & sapientiæ tantum miscuit, quantum Poëtæ antiquo & Romano esset satis, & cuivis Philosophorum non parum. Et hæc tamen pleraque per ludum tantùm in jocum codicillis inferebat. Ut cætera quibus amicis gratulatus est, non attingam, sola *Bibliotheca exulum,*

tum, non multo prius luci data, quàm luci author ereptus, planè talis est, ut non hominis, sed ipsius Virtutis manibus videatur perscripta. Singuli versus, singula sunt oracula. Quod si secundùm *Neoptolemum Nevianum, paucis est philosophandum*, ex hoc libro est philosophandum, quippe molis tam exiguæ, ut vix manum, sapientiæ verò tantæ, ut titulum suum non impleat modò, sed etiam superet. Jam *Inscriptiones veteres*, cùm etiam in saxis & marmoribus consenescerent, nec in illa durissima materia durabiles essent, æternitatem, si qua potest esse in rebus humanis, à GRUTERO acceperunt. Non illum sumtus, non labor absterruit aut fatigavit, quin omnes monumentorum talium reliquias conquireret; ad quas cognoscendas non opus est tam vago per Europam discursu, non difficultate itinerum, non viatico. Unus Liber Romanus orbis est. Sublata sunt intervalla, sublata tot mensium & annorum milliaria: lapis lapidem contingit, & ex eorum tam longè dissitis quadris perpetuus veluti paries, factus totum illud simul exhibet legendum, quod omnis peregrinatio quamvis & diligens, & diuturna & non vitâ brevior potuisset desperare. Nihil deinceps peribit, quod superest. Antea semper aliqua injuria potentior erat saxis & ære: semper aliqua pars interibat, erat strages literarum multa: nunc omnibus saxis, omni ære firmius est, quod omnibus laterculis est infirmius: nunc lapidea fides reperitur in papyro, cùm papyracea fides antè fuerit in lapidibus. Ipse verò totus *Inscriptionum* Liber una quædam magna est *Inscriptio* GRUTERI, quæ memoriam ipsius cum Consulum, cum Imperatorum memoriâ indelebilem præstat. Nec jam respondeo illis, qui laborem hunc tantummodo laborem vocant, unaque fructum desiderant, & voluptatem. Magnorum enim virorum judiciis hæc judicia refutare facile esset, si tam esset necessarium. Manifesta certè res est, alterius fastidio non fieri deterius, quod per se bonum est. Nec vinum sine honore erit, quamvis aliqui sint, quorum natura cum vino inimicitiam gerit; neque *Zoroaster* fatuus fuit, qui viginti annis caseo victitavit, etiamsi multi plus abhorrent ab hoc obsonio, quàm *Pythagoras* à faba. Sic Inscriptionibus etiam istis constabit sua laus, & utilitas, & delectamentum, etiamsi quidam non attingant, quidam tantùm attingant, sed nec animo, nec scientia fruendi. Utilitatem si spectamus & intelligamus illam, quàm Institores aut Proceres avaritiæ definiunt, fatendum est, nullum hìc latere cadaver pro ejusmodi Vulturibus. Sin illam quæ judicatur ab

R Etsi li-

Eruditis,& temporum, siverernm antiquitus gestarum curiosis, emolumenta maxima sentiunt hinc sibi nasci, qui talium sunt studiorum. Jucunditatem verò satis etiam intelligimus illo argumento,quod qui lapides hujusmodi nonnunquam effodiunt, paucissimis licèt literis Romanis insignes, pnblicis muris eos includendos tradunt, partim ne rursus aliquando pereant,partim ut ornamento sint, & negandæ imperitiæ. Quid multis? maximo præjudicio debet esse, quòd opus hoc *Inscriptionum*, ut suprà diximus, *Cæsar* approbavit. Jam Medicinam librorum quanta felicitate noster tractavit, quanta solertiâ? Cùm enim & libri morbos suos habeant, Medicos habere nihil absurdi est. Morbos autem appellamus omnis generis injurias, quibus valetudo literaria atteritur. Videtis me non libenter artem suo nominare vocabulo, quia simul *Criticam* dixero paratos mihi video vel imperitos quosdam adolescentes,vel imperiosos nonullos senes, qui fastuosè succlament, *Cui bono*? Nam utilium illi sive discipuli, sive doctores ferè opinionem hanc imbiberunt, *Criticam* nihil aliud esse,quàm libidinem ponendi,aut tollendi in bonis scriptoribus, quicquid aut libro veteri placuit, aut nostro arbitratui. Nec intelligunt,eos qui laborem hunc tractāt, legitimè,in omni genere literarum oportere esse versatos. Nihil in divinis & humanis extare debet, quod non illi legerint. Ex ista deinde varietate doctrinæ nascitur illa vis de scriptis antiquis rectè judicandi, aut divinandi, quæ paucis ideò contingit, quia paucis contingit quod hanc efficit. Sed tamen quæritur, *Cui bono*? Ut barbaries, & insulsitas & falsitas, & caligo, & aliæ mille pestes jubeantur è libris facessere,& locum cedere puris, sinceris, propriis, apertis, & sanis. *Cui bono*? ut bona quæ sunt, possint legi, qui recondita, penetrari, quæ subtilia, capi. A *Critico* enim (sic appellamus sanè hominem omnis eruditionis fœcundum) nisi didiceris, quicquid uspiam reperitur difficile aut obscurum, ab alio frustra expectes. Sed tamen *Cui bono hoc*? ut legas quod legis. Nam hoc non est legere, millesimam partem eorum quæ legeris,non intelligere? Sumamus in manum *Senecam*: quoties in luto, quoties in tenebris, in erroribus hærebimus, nisi viam quandam Appiam sternat, lumen commodet, verum promat, quis? GRUTERUS aliquis natura acutus, usu exercitatus, veteri doctrina inexhaustus. Est enim infinitum quod ipsi debet hic author, sicut infinitum fuit, quod ipsi nocuit Librariorum ruditas & stupor.

Con-

Confitentur id viri in hoc studio Principes, quorum testimonia cùm sine invidia perhibeantur, sine invidia vix leguntur. Fuit tamen ipsi conflictus quidam cum eximio Juris Antistite, dum uterque *Seneca* ægrotanti manum commodans sui meriti gloriam præferebat. Quod certamen inter ipsos certatum vix possis nolle, quin velis, vix velle, quin nolis. Adeò multum excidebat inter disceptandum humanioris doctrinæ, adeò multum rursus inhumanioris censuræ. GRUTERUS ipse calorem illum juventutis sæpe postea detestatus est. Cùm n. optimus & doctissimus Ille, quem GRUTERUS paulò vehementius antea tetigerat, Heidelbergam ipse quoque docendi causa venisset, reconciliatio primùm inter ipsos facta est, deinde secuta propior notitia, & tandem apud GRUTERUM pœnitentia scriptionis, ut ita loquar, piperatæ. Nam si mihi constitisset, inquiebat noster, *Dionysium* virum esse tam bonum, nunquam quicquam mihi tanti fuisset, ut contra illum manum tam seriò misissem. Audivimus hæc ex ipso non semel, & ideò non omittendum duximus, ut quos prius offendit impetus, nunc delectet judicium. Quid enim gloriosius est, quàm quem in literis censorem habueris, eundem habere approbatorem in vita? Quid etiam magis ingenuum, quàm à quo dissideas propter diversas opiniones, eundem amare propter virtutem? Contumaces sunt & superbi, quos nullius facti pœnitet, aut quos cùm pœnitet fateri pudet. Nam istud nonnulli constantiam vocant, nunquam sententiam mutare, & in inimicitijs præsertim, semper ultimùm consentire in pacem ac charitatem. Justus & candidus interdum à suis factis dissetit, quoties rectius geri potuisse agnoscit. Morbus humanus est, nunquam cedere, nec interdum sibi dicere, *Hoc non debebas, hoc non ita debebas, illud potius debebas.* Et tamen quidam hactenus morbum vincunt, ut sibi quidem dicant, ut alijs etiam confiteantur, id haud facilè impetrant. GRUTERUS apertissimè negavit sibi placere, quicquid placuisset aliquando cum alterius dolore, quasi diceret, etsi inter dissentientes duos tantùm unius sit, qui rectè sentiat, utrumq; tamen posse & debere in hoc consentire, ut sine odio, sine ira, sine injuria causam suam tueantur, & utramq; bonam faciant, humaniter agẽdo. Hæc mens, hic animus GRUTERI fuit: testis illius animi vox ipsius propria; testis ejus vocis *Ego*, qui præsens audivi, notavi, & tibi, quisquis aliquando læsus es, hîc publicavi. Illud planè certum est, nihil verius dici posse, quàm illud, quod in ore doctorum est,

& in tabernis Librariorum passim legitur, *Seneca Gruteri, Livius Gruteri, Cicero Gruteri, Plautus Gruteri, Sallustius Florus, Paterculus, Martialis, Panegyrici, Historia Augusta* omnes omnes GRUTERI. Verè, quia GRUTERUS illos suos fecit demerendo: nisi forte adhuc rectius *Seneca Seneca, Livius Livii, Cicero Ciceronis*, & ita de reliquis dicendum putamus, sed addito semper altero titulo, VINDICIS GRUTERI. Multi enim bonos authores ita producunt in lucem, ut illorum esse incipiant, qui malè produxerunt, non qui bene genuerunt. GRUTERUS ita produxit, ut singuli extarent in singulis, & quicquid corruperat, mutaverat, expulerat, ætas, librarius, falsarius, restitueretur in integrum, in pristinum, in verũ locum. Nempe sicut *Lucius* ille *Madaurensis* nunquam potuisset pecudem in Thessalia indutam (nomen boni ominis causa sileo) rursus deponere, nisi gustatis salutiferis Rosis: ita plurimi scriptores, postquam pristinam formam mentemq; amiserunt malis artibus, non poterant ad sese reverti, nisi GRUTERUS illis opem tulisset. Ideò *Lipsius* nostrum *Perfectè in hoc genere versatum, Scaliger quidvis potuisse, Heinsius Rei literariæ columnam, Rutgersius, virum de omni literarum genere supra captum seculi virtutibus infesti, meritum esse* scripserunt. Quales laudes si quis ex cæteris aut ex his ipsis excerpere omnes vellet, injustam Panegyrici mensuram excresceret collecta moles. Nondum dixi de *Suspicionum libris*, in quibus, quod alibi vitium habetur, virtus est. Suspicatur enim, sed non ita, ut temerè conceptis opinionibus de quoquam malè sentiat, quæ suspicionis natura est: (pinguibus hæc interfamur,) Suspicatur, sed ut sapientes solent de rebus obscuris, dum mentis quadam sagacitate non communi latentia scrutantur, & in ipsis velut cubilibus deprehendunt. Alius artem vocaret divinandi, quippe quod non est & fuit, quid fuerit exsculpere, & ut iterum sit efficere ad divinatorem pertinet, aut alioquin hominem cæteris diviniorem. Atqui hoc illud est, quod GRUTERUS suspiciatur. In titulo igitur modestia, in libro interiore perspicacissimi ingenii pariter, & judicii perpetuum exemplar. Omnes capit, quibus aliquis captus est, omnibus probat, quod dicit, quibus modò candor est, ut probent. Varius, elegans, disertus, argutus, doctus, facetus, serius. Nullius equidem *Antiquas*, aut *Electa, Conjectanea, Præcidanea*, aut quicquid callidarum inscriptionum est, contemserim: absit flagitium! Sed bona cujusq; venia dixerim, GRUTERUM in suis *Suspicionibus* non inferiorem gloriam cæteris esse consecutum.

Eam verò partem gloriæ, quis dubitat, quin multo sibi auctiorem fecisset, si nobis reliquos *libros triginta* qui præparati magis, quàm parati erant obitum foras dedisset. At illi quibus nunc in latebris latent? quo pulvere pulverant? quo in situ sita sunt? Illic scilicet, ubi *Aranea* (scriptum est GRUTERI civile nondum editum) araneis prætexta sordescit; ubi *Commentarius in P. Syrum* damnatas agit noctes; ubi *nova Inscriptionum Veterum Collectanea* jacent in deserto oblivionis; ubi cæteri libri qui publico destinati erant, privatis angustiis strangulantur: ubi tot Historici, tot Poëtæ, per margines, per vacua linearum intervalla doctissimis Annotationibus, Observationibus, Locis Communibus oppleti, quasi maculati spernuntur: ubi tot *Adversaria*, tot alia scripta seria aut ludicra carent usu & honore.

Multa enim talia vir studiosissimus concinnaverat in ocio Palatino, quæ deinde perfici non poterant, postquam exitiosissimum Germaniæ bellum illas quoque terras, in quibus GRUTERUS aliquammultos annos consederat, apprehendit: terras, ubi simplicissima Pietas, ubi optima studia, ubi Justitia sanctissima devotione colebantur: terras, ubi Exules propter Religionem ex avitis sedibus fugati, & Patriam, & Religionem sibi redditam gaudebant: terras, ubi Fides & Candor commerciis humanis securitatem summam muniebant: ubi Viri Illustres, Viri Docti, Viri Prudentes numero densissimo, vel crescebant, vel inserebantur, ubi fertilitas immensa facilè longinqua propinqua superabat omnia: ubi vinum, ubi fruges, ubi flumina, montes, sylvæ, ignobilatem faciebant aliis provinciis domi nobilissimis: ubi deniq; longa serie Principes potentissimos, fortissimos, optimos. Regia *Palatinorum* stirps educabat. Sed quòd hæc omnia non sunt, ut fuerunt, nulla major causa est, quàm quòd ita fuerunt. Nihil enim intuitus est, quàm quòd à pluribus laudatur. Cùm igitur incommoda nostra occasio essent odii, & bellum prædæ, & successus cupiditatis, ab Occidente primùm validus Hostis emissus, itineri suo propiora in conspectu nostrorum *Confœderatorum* subegit, neque pinguissimus Exercitus, qui tunc adventantibus objacebat, quicquam contrà conatus est. Idemq; non multò pòst totius Patriæ nostræ pretio pacem teterrimam, & nisi fama suo more mentitur, præmium redemit, nescio quod aut quale. Vulgus enim quicquid verisimile est, pro vero liberè loquitur. Copiis itaque *Confœderatorum* statim dimissis, complexus est hostis quicquid potuit, antequam

gentilis noster *Boiis*, & *Treboccorum Antistes* ex Alsaticis advolarent, & fieret, quod Græcorum proverbio fertur, *communis Mercurius*. Nesciebamus illo tempore, quibus consiliis res gereretur, omnia suspecta erant proditionis, eaq; de causa senes & quibus aut pl⁹ periculi, aut minus animi, in finitimas ditiones urbesq; recesserunt. Inter illos fuit noster GRUTERUS. Discessit bonus senex cum paucorum librorum sarcinâ *Brettam* ad Generum, & cùm hostis indies longè lateq; grassaretur, *Tubingam*. Quam urbem quoties cogito totus in amorem, in laudes, in gratias uberrimas effundor. Quantum enim colui & dilexi GRUTERUM (colui autem & dilexi in patris loco) tantum colere & diligere debeo illos, qui GRUTERO suam urbem, suas domos, suos animos, & ceteras humanitatis forestam comiter aperuerunt. Nunquam satis explicare potuit gratissimus mortalium; quibus officiis illum Academia tota, & quicquid illic est clarissimorum virorum cohonestaverit. Nihil publicè, nihil privatim cessatum est, aut omissum, eamq; laudem luxuriantissimæ comitatis ipse GRUTERUS pridem promulgavit unà cum *Bibliotheca Exulū*, in cujus limine, pulcherrimam charissimorum nominum tabellam memoriæ causa suspendit. Et cur meam quoq; felicitatem dissimulem? quem in eadem urbe hospitali apud eosdem hospites quidam fluctus horum temporum exposuit, & earum laudum testem fecit, quas GRUTERUS tantopere probavit. Itaque quemadmodum prius illi, sic tunc mihi credidi. Confiteor enim illorum humanitate factum esse, ut me postea haud paulò delicatiorem senserim, quoties aliis in locis aliorum superbia fuit devoranda. Quippe contemnere, dedignari, fastidire, tā frequens plerosque inter homines, quos aliqua dignitas afflavit, quàm usitatum illic bonos amplecti. Nullum autem officium magis hæret animo, quàm quod non ubique præstatur, neq; quisquam accuratius meminit beneficium aut injuriam, quàm exul aut miser, siquidem illud calamitatis sensum hebetat, hæc acuit, & inflammat. Utiq; facilius solemus ferre maximum onus, quod nobis primùm imponitur, quàm aliud minimum, quod maximo adjicitur. Contrà bonus vultus, bona oratio, bonus animus solatio sunt oppressis, etsi præter ista nihil accedit, quod magnopere mala emendet. Cum talibus dum GRUTERUS vivit & amicitiæ vices suaviter alternat, quatuor hostes in totidem prædas Palatinatum distrahunt. Infestior *Heidelbergam* obsidet, funestat, spoliat, privatas, publicas opes raptat, tantùm non domos, arces, & quicquid videtur, transportat,

Bibli-

Bibliothecam, quæ per totam Europam vix parem habebat trans Alpes usq; *Pontifici* dono mittit, & irreparabile decus nõ tantũ Palatinatui, sed & sibi & toti Germaniæ ereptũ in montem Vaticanũ relegat. Variis exercitiis vexatæ & reliquę Bibliothecæ, quas multitudo gregalis aut laceravit, aut disjecit, aut vilissimo pretio divendidit; paucæ relictæ sunt Dominis, nullæ sine damno. GRUTERIANA licet non tota perierit passa tamen est cladem insignẽ. Quædam n. discerpta, quædam fœdata, quædam conculcata, quædam mutilata jacebãt: Alia volumina supererant, alia, sine quibus relicta non erant integra, sæpe desiderabantur, quærebat liber librum. Miserabilis in illo facies, quod libros, præsertim nondum ligatos, & reliquã chartarum turbam, in qua nihil erat quod non mereb atur clementiam, alii substernebant equis, alii fovendi, aut coquendi causa ferebant in ignem. Focus & furnus ardebant libris; equile candebat paginis: obscœnitatibus jumentorũ conspurcabatur innocentissima doctrinarum supellex, fiebat papyraceus fumus & fimus. Dolet recordari tot summorum virorum epistolas, quas ex toto orbe nostro GRUTERUS receperat prope innumeras, sic fœdẽ conflagrasse, aut turpibus aquis maceratas viliter tabuisse: quam solã jacturam equidem pluris taxo, quàm ullam opulentissimã rapinã auri per dies illos tormentis & sævitia repertã. Satis maturè nuncius hujus rei ad Generũ GRUTERI *Brettam* delatus est. Is continuò ad illustrem quendam ex Ducibus literas dare, rem aperire, eum precibus obtestari, ut tantam perniciem imperio sisteret. Sed nihil effectum est, quia contra torrentem illum militarem nullus valebat obex, & Ducum jussa quanquam tunc audiebant milites, nõ auscultabant. Post dies paucos interjectos Gener ipse profectus Heidelbergam, invenit domum inversam, Bibliothecã per pavimenta dissipatam, aut in fortuitos cumulos hinc inde collapsam. In stabulo & circa focum tristes conspiciebat reliquias barbaricæ immanitatis.

Et quia de perditis laborare perdita cura videbatur superstiti gregi, quantum potuit, consuluit, simul obsecratum ivit *Romani Præsulis Legatum*, qui occupandæ Archibibliothecæ causa missus erat, ut ex illa GRUTERIANOS libros liceret excenturiare. Amanuensis enim GRUTERI non paucos, eosque GRUTERO in usu familiares suo judicio, in armarium illud publicum transportaverat. Annuit precibus *Legatus*, sed instar JOVIS HOMERICI, partem dedit, partem negavit.

Nam de libris quidem editis assensit, ea tamen conditione, si *Tillius* rem approbaret Chirographo; *Tillius*, qui tunc temporis nunquam certus erat in certo loco, proinde frustra quærendus. Et hoc ipsum annuere animum prodebat abnuentis. De Codicibus autem manu GRUTERI scriptis simpliciter à Pontifice sibi injunctum dicebat, ut omnes conquireret, eosque vel ex Musæo GRUTERI, vel ex Bibliothecæ Palatinæ contubernio cum cura erueret. Cùm *Tillius* hinc inde volitaret, & universum iter flagraret latrociniis, cùm libros scriptos disertim sibi vindicaret Romanus, totum depositum hoc remansit apud prædam capitalem. Poterant hæc animum quāvis firmissimum conterere, sed non æquè mentem GRUTERI. Nihil ad nostrum ista nisi quòd more generosorum pectorum stomachatus est aliquantulum, aliquantulum jurgavit cum iniquitate, cum cupiditate, cum bello. Non gemitus, non lamentationes, non humile quicquam edidit, nec descendit ad pedes fortunæ, cùm ipsa supra caput assurgeret, sed velut è scopulo levitatem illi, vanitatem, furacitatem, infamiam exprobravit. Posthæc iterum se composuit, & intra quietem suam recessit: Iterum studiis ocium dedit, & injurias oblivioni. Quod si tamen aliquis casus aut sermo cum amicis memoriam talium illi renovaverat, læto vultu de suis damnis disserebat, spretor jam præteritorum; nec minus gravibus dictis, quàm liberali risu admirandus. Detumentibus interea nonnihil in Palatinatu rebus Tubingâ *Brettam* reversus apud Generum vixit, donec is, quòd in religione non congrueret cum dominantibus, præfecturâ suâ decedere jussus est. Sub illud enim tempus atrox mandatum de recipiendis cæremoniis Romanis, & abjicienda veritate sincera fremebat, cùm paulò priùs civibus Brettannis arma fuissent ademta, nequid in illis fiduciæ restaret, si premerentur inclementiùs. Solent enim haud raro metui, qui lacessuntur obsequiis extremis.

Ibant per urbem Inquisitionis ejus ministri, domos scrutantes, & cubilia, & arcas, & quicquid clave custoditur. Ventum erat in ædes etiam, ubi GRUTERUS tunc, absente Genero, cum filia solus agebat: petebantur arma? GRUTERUS qui jam tum cum suis aliò, & inter istas postulationes absentiam Generi cogitabat, diffitebatur æquum esse, ut domino nescio & longinquo, res ulla tractaretur. At manipulus ille Martius, mandata, minas, vim loqui: noster jus, fas, fidem respondere: hæc ne violent, monere. Effractor contrà tempestatem militarem intonare, vultuq; & verbis ignescere: noster nihil

nihil terreri, sed nefas illi constanter oggerere, donec Decurionum unus, protervus latro, hastam bipennem contra senem inermem misit, & vano successu pro GRUTERO parietem sauciavit. Dei beneficium fuit, quòd ferrum scelerato carnifici non obsecundavit: impium verò animum non illic concepit, sed attulit, qui tantum scelus fuit ausus sperare

Illum & Parentis crediderim sui
Fregisse cervicem, & penetralia
Sparsisse nocturno cruore
Hospitis;

Illum ego, si nomine ullo notus aut dignus esset, detestabilem atque execrabilem posteris facerem, & in vulnere parietis aliquando, cùm libertas rediisset, ignominiosum hoc inscriderem

IUVENIS THRASO,
INFAMIS PARRICIDA,
GRUTERO SENI
INNOCENTISSIMO VIRO
QUOD FACERE VOLUIT,
PARIETI FECIT.

Nam & *Crates* olim à quodam *Nicodromo* in faciem percussus, satis ad infamiam cædentis arbitratus est, si chartam in fronte circumferret cum inscriptione NICODROMUS FECIT. Virum autem doctum & justum, senem & inermem occidendi causa ferro petere, plus multò infamius est, quàm icere Cratetem pugno. Barbare, si virtuti non pepercisti, quam oderas, pepercisses saltem senectuti: vel si quis adhuc respectus in te boni fuit, saltem cives meos audivisses, qui crudelitatem tuam laudibus GRUTERI, nisi bellua es, mitigassent. Horum nemini bonus senex gravis fuit unquam nemo illius injuriam, nemo superbiam, nemo vocem cuiquam molestam allegavit. Vivebat domi sine strepitu, foris sine offensâ; obviis humanus & affabilis, benignus egenis, Plebejo & Senatori diversa similitudine gratus, dum in utriusque descendit argumentum, aut descendit, & secundũ judicium sapuit amborum. Audeo referre quod per idem tempus evenit, non speciosum quidem ad narrandum, sed hoc loco opportunum. Hiberno quodam die, cùm terra splenderet nivibus, & cœlum Sole, GRUTERUS, somnolentiam cubicularem detersurus ambulatione suburbana, processit ab urbe Brettâ paulò longius, & in ipso descensu, quà collis modicus difficilius admittebat sursum nitentes vecturas, puerulum

lum conspicatur rusticè braccatum, & toto corpore contra frigus densâ canabina munitum; collegerat autem in proxima silvâ satis gravem lignorum fascem, quem humi per gelatum nivis dorsum alligato fune non incommodè trahebat, nisi quòd jam fessus & anhelus, in vix perpetuis usibus lubricâ, sarcinâ contra collem provehere frustra laborabat. GRUTERUS cùm jam propiùs venisset, intellecta difficultate lignatoris, interrogat, *cuj u & cujus*? Respondet ille; Domine civis sum Britannus; CÆSARIS (ita patrem nominabant) filius. *Ergo profectò*, inquit GRUTERUS *piaculum mihi sit, tibi negare auxilium. Nam & ego CÆSARI & CÆSARIS filio obsequium præbere debeo*; & cùm joco deripit pallium, lignis imponit, & apprehensô mox fune, sen ex puero, & puer seni vires sociat, donec in planum subvecta materia iterum cedebat uni. Gratiis actis puer domum pergit, & ad patrem ingressus GRUTERI deprædicat festivum alloquium, & quam tulisset ille suis laboribus tempestivam opem lætus exponit. Hæc qui velut minuta, & memoriam non merentia contemnit, is forsan apud animum suum non reputat, quantum adhuc sibi desit ad facti tantilli pietatem. Puerum expedire cum frigore luctantem & onere, nihil magni est. At tu fortassis præteriisses. Ito per reliquum charitatis ordinem, reperies semper aliquid non magnum. At hoc & illud & rursus aliud, non magnum, tu fortassis nunquam in animum inducis præstare. Quæ si magna non sunt, cur negliguntur? Minuta res est homini opulento denarios interdum egenis porrigere. Minuta res est justam mercedem operariis pendere: minuta res est obvios civili salutatione afficere: at tu fortassis ita durus es, ut nullius paupertate molliaris; ita sordidus, ut alienas operas ter circumciso pretio redimas; ita fastidiosus, ut patriciam vocem nunquam minori indulgeas. Quæ si tu facere, per ingenium tuum posses, protinus magna tibi viderentur, nec meministi, talia minora minimis fieri, cùm qui facit, magni putat. In aliorum animis laus nostra nasci debet, in nostris virtus. Nec GRUTERUS unquam per hæc gloriam captavit: Nobis permissum est in illius virtutes ambitiosiùs inquirere, nec earum quicquam, si per copiam liceret, oblitterare. Cùm jam *Bretta* novus cultus, novi homines, nova impotentia civitatem urgerent, aliò migrandi consilium certò sedit. Nam ipsum quoq; Juvenes quidam ex familia *Iesuitarum* disputando sollicitabant, quibus ille primum placidè respondit, & semel etiam sententiam *Augustini*, quam non satis memoriter ipsi meminerant, ex libro præsenti ostendit, docuitq; aliis verbis,

& alio loco extare, quod ab illis & pro illis fuerat allatum. Deinde cùm necdum desisterent, quin ipsum talibus obtunderent, libertate resumta, *mirari se dixit, ubi frontem reliquissent semibarbatuli juvenes, ut sperent docere senem sexagenarium, qui plures Patres in vita legerit, quàm ipsi saltem vidissent. Iesuitas Senes & primarios* (SCHOTTUM nominabat & SIRMONDUM) *sibi mutuo honore litterarumq; commercio coli: nullam tamen ab istis de Religione sibi molestiam exhiberi.* Erat enim noster alienus ab istis velitationibus, quas nec in aliis probavit. Nam certamina talia semper ferè istis eventibus finiuntur, ut acerbius fiat odium inter partes, & nemo per illa melior. Mira res est, quod commissionibus factionum, argumentorum versutiis, clamoribus conviciis, mutuis execrationibus Deo nos gratiores fieri putamus, cùm amor, & pax, & mansuetudo, & præcedentium mater Fides nobis rem conficiant, quorum tamen postrema cura habetur, & inter disceptandum nulla. Hæreses odisti? Dicam quę maxima sit, *Hypocrisis.* Hanc prius exuamus. Quoties enim quisque de gloria Dei prius cogitat; quàm de sua? Quotusquisq; melius vivit, quàm disputat? Quicquid dicas aut excipias, hanc hodie pietatem habemus. Ita vivitur. Non disquirere volumus, sed vincere, non in cœlum nos mutuò promovere, sed detrahere. Amare verò Deum & Proximum, quod Pietatis est compendium, tam procul à rixosis factionibus abest, quàm nos à mutua pace. Hinc in Christiano orbe bella, cædes, exilia, egestas, fames, exitium. Sic amatur Deus, sic amatur proximus, sic deniq; disputatur. Huc accedit quædam alia dementia, quæ frigere eos dicit in Religione, quos in contentiones non vident ardescere. *Pontificio* non oblocutus es? *Pontificius* haberis. *Lutherano* non reluctatus? *Lutheranus* audis. *Calvinista* non insultasti, *Calvinista* es. Istis enim nominibus invicem discedimus. Novi qui de GRUTERO propter hanc ipsam causam Transitionem sparserant. Sicut & *David Chytræus*, quod in *Academia Rostochiana* GRUTERO, qui tunc ibidem *Suetonium* legebat, conjunctior erat, & studium rixandi aversabatur, *Calviniani* nominis invidiam sustinuit. Itaque

Effugere non est hosce Disputatores
Instant, morantur, persequuntur, occurrunt
Et hinc & illinc, usquequaque, quacunque.

Quos ut GRUTERUS nunquam videret, & simul ab aliis sæculi malis remotior esset, in occipitio montis illius, qui Metropolim Palatinam prætexit ab Austro, prædium emit & secessum. Id inter silvas positum proximas culturâ spatiosi

fundi solam illam partem montis nudat, frugum & fructuum capax, pecori & pecudi benignum,

Non hîc lac æstate novum, non frigore desit.

Nihil hîc strepitûs, nisi quas æstate silvicolæ volucres, aut avitia domestica, aut mugientes balantesque divitiæ, aut sibilantes ventorum lasciviæ reddunt. Ad hoc secretum GRUTERUS omnibus desideriis festinabat, quamvis ipsa *Bretta* non mediocriter etiam suo quodam genio eum retinere videbatur. Situm enim commendabat humilis & porrectus clivus; circa muros gratiam habebant horti, prata, vineæ. Sedes ipsa nobilitatem auxerat partu *Philippi Melanchthonis*, & notabili constantiâ, quam non solum contra vicinum quendam Principem olim, sed & nuper ostendit contra hostem novissimum, dum propè postrema deditionis necessitatem accepit, diuque nihil horruit exempla vicinorum, quos fides sua pessundedit, jugulante *Bavaro* milite quicquid resistendo docuerat se non posse prodere Domino suo sacramentum. Et hoc quidem tempore spectata fuit præcipuè prudentia, & vigilans cura OSVVALDI SMENDI, qui solus præfectus urbis tunc, & ipse Gener GRUTERI, vir nunquam civibus ob merita pulcherrima, nec nobis ob insignes virtutes, inter laudes Soceri obliviscendus. Tandem igitur noster *Brettâ* discedit charus à charis, sed tamen cum charitatibus. Ventum erat HEIDELSHEIMIUM, quod oppidum est vetus nuper dimidia sui parte cinefactum, & paucis milliaribus *Brettâ* divisum. In eo Senatores, cùm de GRUTERO intellexissent, illicò venerunt, hospitem tantæ famæ salutaturi, relictis interim domi mandatis, ut prandium quàm optimum instrueretur. Rogabant deinde GRUTERUM, ipsorum frugalitatem ne sperneret, veniret pransum. Id honori sibi futurum & gaudio. Obsecutus est GRUTERUS, & in illo prandio frontem explicavit hilariter. Vehementer enim delectavit illum comitas inexpectata, nec in oppido nuper exusto & direpto, quodque vix trivialem litteraturam noverat, suum nomen vel auditum esse unquam, vel amari credere potuisset. Hactenus felix hujus loci memoria, sed non longè pôst sanè quàm tristis & luctuosa. Nam cùm GRUTERUS, postquam Heidelbergam venerat, deesse sibi quædam intelligeret ad maturandam editionem *Livii* postremam, à Genero petiit, ut *Brettam* recurreret, ubi lucubrationum suarum instrumenta servabantur. Nec quicquid ille cunctatus, ut est homo promptus, ivit, & plaustro necessariis rebus one-

onerato relegere cœpit ad Socerum iter. Vix aliquot milliaria promoverat, cum ipsas propè ante portas *Heidelshemii*, quâ jam transiverat, tres equites Galli aggrediuntur venientem, ex improviso: nec mora, sclopeta promunt, ignem & ictum edunt, capiti vulnus destinatum pileo & pilis adigunt, interfecturi nisi ocius ex equo desiliisset. Protinus inde assultant Amanuensem, & quia hic plaustri obtentu videbatur moliturus sclopetum, quod ferebat simul ne prædam argentariam fuga frustaretur, binis glandibus miseri adolescentis pectus trajiciunt, quod volunt, rapiunt, avolant, impune sunt. Nam etsi postea rescitum sub quibus signis mererent, etsi ductori scelus indicatum, nihil tamen aut latrocinium, aut homicidium meruit animadversionis. Hac hodie disciplina gaudet militia. Commovit hic casus GRUTERUM non mediocriter. Nam & Generi periculum, & nefaria cædes pariter consternabant. Erat enim interfectus ille juvenis admodum dexter in omnibus, quæ mandabatur. GRUTERI manum expeditè, quod inexercitatus haud facilè præstiterit, & exprimebat litteris optimis, cætera studiorum & militiæ non inexpertus, nec GRUTERO indictus in præfatione *Liviana*. Sic hac quoque calamitate defungendum fuit.

At *Heidelbergæ* magni restabant stimuli, qui publicas & privatas illi miserias refodiebant. Totus habitus urbis mutatus erat. Bibliotheca Principis nusquam, amici nusquam: ubique violentia; nulla fides; adde quod nec diuturna sedes inter tot adventicias leges, præsertim illas, quas qui non servat melior est, quam qui servat, & in quibus conscientia jus habet vetandi. Nam Religionem suam qui non *missam* faceret, nemo tolerabatur. *Viennenses* quidem aliquot amici, quos Deus sospitet, promittebant nostro libertatem, si Cæsari per litteras supplicaret. Sed verebatur GRUTERUS, ne Rei palatinæ usurpatores, quibus Heidelberga suberat, iniquos sibi faceret, si statim Cæsaris indulgentiam imploraret, præteritâ gratia propinquiore. Statuit igitur prius hanc tentare si quid fortè posset obtineri sine molestia Imperatoris. Sed dum *Cancellarium* eo nomine compellatum venit, admissio negatur per servulum. Jubetur alium nescio quem adire Vicarium, cui quid venerit exponat. GRUTERO hæc dedignatio non placuit, & vilitas habebatur in limine rejici, nec ominari bene principium permittebat, quod fieret per repulsam. Redit igitur domum suam, redit in consilium cum animo qua ratione moderari posset fortunam cavillatricem.

Dum

Dum hæc aguntur, domus montana, quam in secessu suo curaverat ædificandam, facta fuit habitabilis. Illam igitur Heidelbergensem, quæ totius civitatis loco amœnissimo, si quid judicio, sita fuit, omittit, & cum Genero cæterisque pignoribus in solitudinem migrat, relicto tantum veteri custode, & multorum annorum famulo *Caspare Schedio*; cujus nomen in aliqua lacinia memoriæ *Gruterianæ* meritò videtur apponi. Per tria namque decennia, haud multò minùs in Bibliotheca Principis, primùm *Me isso* propinquo suo, deinde GRUTERO liberalem operam navavit. Homo non multùm infra ætatem GRUTERI, notandi peritus, cætera numerandus inter rudes, sed profectò quem censeres cum Varrone suo domestico de litteris certare posse. Cùm in Bibliothecam ventum erat, totum illum Sẽatum Populumque librorum, Sicut Cyneas Pyrrhi legatus, patres & cives Romanos suis nominibus persalutabat. Statim illi locus & loculamentum in promtu. Jam patriam insigniorum codicũ, unde advenissent, pretia, quibus constitissent, dignitatem, quâ venerabiles essent, mirè callebat. Vultus illi serius, quasi cum avo Crassi de vitando risu sponsionem fecisset, sermo gravis, & qualis decet imperantes. In his tamen nihil affectabat, suos sibimet dederat mores ab ingenio. Si quid ipsi videbatur, id valde videbatur, ne domino quidem dissimulaturus, si quid minùs probaret. Anxius in officio & superstitiosus, fidelis ad unguem, compositus & ordinis amicus, præcipuè frugalis. Per aliquot annos sibi solus familia, sibi dominus, sibi contubernalis, sibi coquus, nisi cùm malebat jejunare, aut cœnare sine fumo. Stoicus non institutus, sed natus. Nec quisquam illum videbatur dimovere potuisse ab illa cõsuetudine vivendi. Rogaverat illum *Smendius*, ut emigraret in suam villam, & illius cõmoditatibus secum frueretur, utpote jam vetulus. Respondit, *non esse suum tam commodè cum alterius commodo vivere.* Ergo offerebat ipsi legumina, fructus, & alia, quæ ruri nascuntur, respondit, *ea esse morbus officiosa, sibi habendam rationem valetudinis, nec ægrotare sibi libere, quod insalubre sit, nec licere, quia sumtuosum sit. Medicus enim non sufficere loculos Schedii.* Semper advocationem inveniebat, ne viveret alieno. Cùm juberetur ad aliam Religionem transire, aut exire foras, *hoc malo*, inquit, *quàm illud. Si non licebit vivere in urbe, licebit in agris aut in silvis. Aliquid semper Deus suppeditabit radicis aut herbæ, quod spiritum hunc alat, non diu moraturum.* Aliquando cùm lues Heidelbergæ

civi-

civitatem venenasset,& ipse febreculam vesperi nactus planè crederet, se publico morbo lethaliter infectum, clausis diligenter cubiculi foribus per fenestram aliquem ex notis monuit, *se pestilentia correptum nunc cubitum ire, si quis se conventum velit cras, hic inventurum mortuum. Hoc voluisse, ne nesciret.* Invenerat eum *Smendius* aliquando manè, cùm dies nondum emersisset totus è nocte, obsoleto bardocucullo velut vaginâ tectum, ut empusam aut larvam nocturnam posses suspicari, rogat itaque *Smendius* in quod spectrum se transformasset. *Sic*, inquit, *munio domi bonas vestes. Vobis ditibus, qui talia ridetis, facile est vetera novis mutare, nostrum est nova veteribus tueri.*

Profitebatur etiam nonnunquam ingenium, cùm *Smendio* rus eundem esset, ubi dicebantur milites vagari, qui graviores solebant discedere, quàm venire, paratos aliquot viginti nummos æreos, quibus hodiè pro calculis utimur, clam *Smendio* condidit in manum, & *hos*, inquit, *cùm in fures istos incideris, pro veris nummis, rapacissimis illis nebulonibus in terram objice. Interim, dum ipsi ruunt in prædam, tu subditis calcaribus volucrem equũ in fugam age, salvis nummis.* Adeò solicitus erat pro salute herili, nescius quanto versatiores sint in his artibus, qui vivũt sub signis, quàm qui sub umbra.

Sed revocat nos GRUTERUS in suos fundos. Illic optimus pater totis conatibus agricolam induit, ocreas rusticas contra lutum emit & aquam, cucullum contra sævitiam aëris & ventorum comparat, hortos plantis, agros frugibus dividit, rusticatur, villicatur. Assuerat enim a multis jam annis huic voluptati, ut hortos coleret, herbas nosceret, plantas, olera, flores sereret. Sæpe invenimus illum manus habentem nudas ad cubitum, sordidas ab humo, sæpe palâ, sæpe rastro graves. Non enim sic in hortis versabatur, ut solent delicati, qui lumina tantùm pascunt, & naribus blandiuntur, quos fructus juvat, labor non juvat, qui sub vino nascente vinum bibunt, & epulandi causâ sub umbras adducunt suas umbras, qui nunquam terrâ inquinant candidas & illas

Cuniculi capillo
Vel anseris medulla vel imula oricilla

molliores manus ac vestes; quibus ad minimas molestias in ore est, *lassus sum, morior calore, sudor me necat, pulvis suffocat, occidit frigus.* Nostrum delectabat in labore fructus, & in fructu postea labor. Ille manibus suis infodiebat, quod debuit nasci, extrahebat, quod nocuit nascendo. Jucun-

dum

dum illi non tantùm terram tractare, sed etiam lætamen. Risimus aliquando cùm in stabulo retrimentum equinum tolleret, & odore laudato, *mallese diceret hoc olere quam pyxides è vomica peregrina capreæ pretiosas.* Adeò honestius ducebat agricolam aut pecuarium esse, quàm voluptuarium.

Sed in villula morbus illi citò talibus exercitiis interdixit. Repetebat enim illum vetus malum, quod vivente adhuc *Henrico Smetio*, cujus GRUTERUS Gener erat, primis offensis apparuerat. Fuit autem vertigo capitis è siccitate cerebri, sicut *Smetius* cum *Postio* judicavit, orta. Et quia *Smetius* aliquid Apoplectici metuebat, sanguinem tum primùm misit in pede nunquam priùs id facere, nec deinceps iterare solitus. Nam & è medecinis non libenter reparabat valetudinem. Abhorrebat inprimis ab illis tot mistionibus, simplici curationi amicior. In morborum principiis non illicò consulebat Medicos. Sed inter ambulandum obviam aliquam herbam aut radicem notæ salubritatis ita crudam, haud uno restitutionis experimento manducabat. Idque sic evenisse quodam gratiæ divinæ interventu testatum reliquit in Adversariis suis breviter ac velut per indicem notatis. At morbus ille vetus & princeps subinde ad ingenium redibat, manifestis etiam crescendi gradibus deprehensus. Nam ultimis annis propè perpetuus fuit, & exquisitè molestus, nec somnum interdum capere passus, nec laborem. Hunc tamen plerunque vindicavit, & studiis, etiam morbo rixante, tempus indulsit, sed majori patientia, quàm fructu; nec sic tamen sine fructu. Semper enim aliquid meditabatur, quod publico prodesset. Nam per illos ipsos morbidos annos præter *Bibliothecam exulum*, duo *Florilegii Magni volumina* procudit, & *Livium* cum *quinquaginta* aliquot *Dissertationibus ad Tacitum* feliciter exire jussit. Ne tunc quidem curis rusticanis abstinuit, cùm eum *Hepaticus* ille *morbus & Vertigo*, totusque comitatus malorum infestissimis machinis oppugnaret. De ferendo locutus est, de plantando. Loca, terram, cælum consideravit. Senem ægrum, vicinum morti, ac animam tantùm non in ore gerentem quis vidit ambulantem, prandentem, disserentem? Sic visus est GRUTERUS. Quid mirum si communi more non ægrotavit, non mortuus est, qui communi more non valuit, non vixit? Lectum enim non delegit, nisi postquam sensit illud appropinquare, quod jacentem aut invenit, aut facit: cùmque jam tempestivum esset, monstrato lectulo, *hic*, inquit, *moriar*. Incubuit itaque, secum

iter

ter ſuum meditatus eſt, per fidem nihil timuit, per Chriſtum nihil habuit timendum. His enim duobus firmamentis (ſive placet unum vocare) nitebatur. Neque tum demum deprehenſus eſt à morte, ſed ipſe multò prius deprehendit mortem non occultis veſtigiis venientem. Itaque *mundum dixit non ampliùs pertinere ad ſuas curas, cuncta ſe reſignaſſe Deo, cujus ad infinitam miſericordiam ſe nihil afferre, quàm animam humilem in agnitione ſui, exultantem in merito Chriſti.* Ita ſenſit, ita locutus eſt, ita ſcripſit. Inter hæc obdormivit, exſpiravit. Durum verbum, durum herculè, quodque ſolum vocē meam hîc ſiſtere poſſet, quod ſolum efficere, ut orationis naufragium in portu facerem, & repentino ſilentio exiguum illud quod reſtat ad perorandum per ſummum dolorem ſepelirem. Sed confirmandus eſt animus vel ideò, quòd qui conſtantiam præcipuè laudavit in vivente, haud dignum facinus admitteret, ſi parum conſtanter honorem exequeretur defuncto.

Narro tibi, *Sidus noſtrum Palatinum*, è denſis conjurationum nubibus aliquando rurſus emerſurum, cui GRUTERUS ita charus habebatur, ut in mediis adverſitatibus illi ſuggereret ſpem meliorem. Narro tibi *Groninga*, quæ GRUTERUM paulò ante obitum, & mox ſub extremam ejus horam ad Profeſſionem Hiſtoriarū & linguæ Græcæ benevolentiſſimis litteris evocaſti. Narro tibi *Dania*, quæ votis paribus illum, & conditionibus in videndis, non ut doceret in Academia, ſed ut ſplenderet exoptaſti. Narro vobis Magni illius *Franciſci Bonnæ Diguierii* amicis & conſiliorum conſciis, qui ſicut *Diguierius* antea GRUTERUM humaniſſimâ ſcriptione tentaverat, ut auſpicia tanti Herois ſequeretur in Galliam, ſic ipſi propriis deſideriis eundem ad obſequendum hortabamini. Narro tibi, Ampliſſime *Claudi Expilli*, magni Regis magnum decus, qui Noſtrum in illas partes tuo quoque ſuffragio vel præcipuè trahebas. Narro tibi Nobiliſſime *Carole Perinette Maugarniaci Domine*, qui GRUTERUM *Gratianopolim* invitaſti, ut extra Germaniæ turbas in veſtris oculis, in ulnis, in prædiis, in communibus fortunis veſtris viveret.

Narro vobis, Eximii per Europam viri, qui amore cum GRUTERO certaſtis & litteris. Narro vobis, inquam, triſtiſſima veritate, GRUTERUM fruſtra nunc ſperari, fruſtra optari, fruſtra vocari. Abiit abiit illuc, ubi multæ dicuntur eſſe habitationes, ubi magnus Amicus & Frater noſter vivit & regnat, ubi Sapientia non docetur, nec diſcitur, ſed cernitur & ſcitur. Ubi Profeſſio communis eſt & æterna, laudare;

ubi stipendium sempiternum, vivere; ubi nec Proscribens, nec Proscriptor; ubi nulla librorum cura, sed supra bibliothecas omnes, supra cunctas humanas æstimationes, unus, optimus maximus, sanctus Liber, in quo nomina nostra scripta sunt inter hæredes vitæ Cœlestis. Ubi non horti nostri, non rura nos delectant aut exercent: sed ubi nos ipsi fructus sumus, & arbores satæ ad ripas aquarum, quæ fructum suum suo tempore ferunt, & foliis comant semper virentibus. Eò eò concessit ille tot expetitus egregiis factionibus, quam litem Deus sapienter decidit, & quod invidiâ solum carere poterat, suum bonum confiscavit. Id quamvis à Justo justè factum est, quamvis dolere quasi expostulare est: tamen sine querela, sine gemitu nobis tam chari capitis jactura non abibit.

Ignosce nobis, rerum humanarum summa & liberrima potestas, quod tuum tibi reddere nunquam possumus, quin affligamur. Ignosce, si quid & mihi deinceps redibit in præcordia. Quoties enim liberos GRUTERI, quoties interiores Amicos ejus, quoties Me, quem non postremo loco dilexit, inspexero, nihil profectò obstabit, quin ipsa solatia vulnus utcunq; obductum rescindant. Nunquam patriam nostram, nunquam tuam in illa, GRUTERE, domum, nunquam montem illum agellis tuis suppositum, nunquam monumenta tua meis oculis objiciet Fortuna, quin me objiciat simul acerbissimo dolori. Quoties enim sæculum hoc infidum, intutum, fucatum, bilingue, superbum, rapax, avarum, & quicquid nimis verum est, cogitavero; toties in mentem mihi revocabitur tua fides, tua sinceritas, tuus candor, tuum illud verum os, tuus ille modestus animus, tuum illud justum, benignum, aureum pectus. Quicquid autem idem sæculum istud totidem suis malis artibus instructum adversus me, sicut pridem cœpit, molietur, tuam ego patientiam, tuam tranquillitatem, tuum contemtum animosè opponam. Superi velint, GRUTERE, ut rectiùs in his imitatorem tuum agam, quàm laudatorem. DIXI.

Aliâ insuper Orationem de vita morte & Libris GRUTERI *edidit* FRIDERICUS HERM. FLAYDERUS *Tubingæ anno* 1628. *in* 12. *Obiit autem An.* CIↃ IↃCXXVII. *die* XX. *Septembris, annos natus sexaginta sex, menses novem, dies septemdecim, in Bernheldiano suo proximè Heidelbergam, &* III. *Octobr. in Templo Petrino Heidelbergæ sepultus.*

JANUS

JANUS GRUTERUS
Per Anagr.
GRATUS IN VERSU.

GRATUS es IN VERSU, GRUTERE *diserte, sonoro,*
Vt te vix alter gratior esse queat.
De locuplete penu tu cuncta recondita promis,
Ore susurrantes ac imitaris apes.
Quæ veluti Nectar delibant nobile florum,
Et stipant liquidis cerea regna favis.
Sic tu, quicquid habet Latium, vel Græcia quicquid,
Congeris in genii fertilioris opus.
Hujus opes quoties summus degusto labellis,
Illico me saturum lectio prima facit.
Caussam quæris? habe: Quo daps est dulcior, ejus
Gignit eò citiùs copia dividiam.
SAM. ROSENBOMIUS.

IN EJUSDEM OBITUM.

Parve nec in longum spatio diffuse, sed idem
Teutonis imperii gloria magna, Nicer.
Multa quidem læte quondam spectata requiris,
Et cur indoleas plurima causa tibi est.
Cur ferias planctu ripas miserabilis unda,
Cur lachrimis mixto flumine mœstus eas.
Mî neq; tot privata vacat, neq; publica flere
Damna: tot in causas ne ferar, una facit:
Cana situ manus, & veteris monumenta papyri,
Præmia quæ belli maxima Tybris habet.
Sed Solamen erat nobis GRUTERUS *abundè,*
Et pro mille libris optimus ipse liber.
Ille quod antè oculis, fido mox pectore servans,
Innumerum memori mente tenebat opus,
Hunc quoq; perdidimus, ne quis jam possit ab orbe
Germano, fœdam pellere barbariem;
Téne ego, téne meis ausim lugere Camœnis?
Et sperem post te verba Latina loqui?
Non faciam, tantos deceant quæ sola dolores,
Sunt vasti gemitus, & sine voce soni.
HUGO GROTIUS.

Muta Palatini quod Bibliotheca recessit,
Illa ferè innumeris clara Voluminibus,

Illaq; Niliacæ poterat quæ vincere palmas,
Et Vaticanæ obsistere luminibus;
Quodq; Heidelberga Romam captiva migravit;
Iactura hæc equidem vix reparabilis est.
Mutam at vocalis quòd Bibliotheca secuta est,
Illa tot aureolis fœta Voluminibus.
Quæ poterat Roma præcepta, & condere Athenis,
Flexanimoq; artes quaslibet ore loqui;
Nempe quod è terris magnus GRUTERUS *abivit;*
Iactura omninò hæc irreparabilis est.

THOMAS LANSIUS.

SCRIPTA.

Suspitionum libri IX. in quibus varia scriptorum loca, præcipuè verò Plauti, Apulæi & Senecæ Philosophi emendantur & illustrantur: *VVitteb.* 1591. in 8.

Confirmatio suspitionum extraordinariarũ, contra Dionysii Godofredi conjecturas & varias lectiones in Senecam Philosophum: *Francof.* 1591. in 8.

Animadversiones in L. Annæum Senecam: *Genevæ* 1594. in 8. *Francof.* 1596. in fol. *Heidelb.* 1600. in 8.

Publ. Papinii Statii Opera, ex recensione Gruteriana: *Heidelbergæ* 1600.

Martialis: *Francof.* 1602. in 16. cum notis: *Lugd.* 1619. in 8.

Pericula Poëtica: *Heidelb.* 1587. in 8.

Commentarii ad insigniora loca Taciti atque Onosandri: *Francofurti* 1604. in 4. 1607. in 8. *Amsterod.* 1673. in 8.

Inscriptiones totius orbis Romani antiquæ: Accessit Appendix plurium Epigrammatum: *Francof.* 1601. in 4. 1602. 1616. in Fol.

C. Salustii Opera omnia cum notis. *Francof.* 1607. in 8.

Panegyrici Veteres ad antiquam, quà editionem, quà scripturam infinitis locis emendati & aucti: *ibid.* 1607. in 16.

Comment. in Onosandri Strategicum, sive de Imperatoris Institutione: *ibid.* 1604. *Helmstadii* 1619. in 4.

C. Velleji Paterculi Historiæ Romanæ, ex ejus recensione: *Francof.* 1607. *Patavii* 1600. in 12.

Lampas, sive fax Artium liberalium, hoc est, Thesaurus Criticus, in quo infinitis locis Theologorum, Jurisconsultorum, Medicorum, Philosophorum, Oratorum, Historicorum & Poëtarum, Grammaticorum &c. scripta supplentur,

tur,

tur, corriguntur & illustrantur, Volum. VII. *Franc.* 1602. 1605. 1607. in 8.

Notæ Tullii Tyronis & Annæi Senecæ, sive Characteres, quibus utebantur Romani Veteres in scriptura compendiaria, ubi littera verbum facit. Opus mirabile & quod præterea optimi Glossarii vicem præstare possit: *ibid.* 1603. in fol.

Florilegium Ethico-Politicum, cum Gnomis Paræmiisq; Græcorum, Proverbiis Germanicis, Belgicis Britannicis, Italicis, Gallicis & Hispanicis: *Francof.* 1611. in 8.

Polyantheæ, sive Florilegii Magni pars secunda: *Argent.* 1624. 1645. in fol.

Historiæ Augustæ Scriptores Latini Minores cum notis Politicis: *Francof.* 1609. 1611. in fol.

Titi Livii libri omnes superstites castigati ad fidem vetustissimorum MSS. Codicum: *Francof.* 1609. 1612. 1634. in 8. 1628. in Fol.

M. Tullii Ciceronis Opera omnia cum notis Jani Guilielmi & Jani Gruteri: *Hamburgi* 1619. in fol. *Lugd. Batav.* 1661. in 4.


Bibliotheca Exulum, seu Enchiridion divinæ humanæque prudentiæ: *Argent.* 1624. in 12. *Francof.* 1625. in 8.

Christophori Pflugii (id est, Jani Gruteri, Vid. de scriptis & Scriptoribus Anonymis Syntagma Vincentii Placcii nuperrimè editum p. 238.) Epistola monitoria, sive ad Lectorem novæ editioni Plauti, quæ modò adornatur, præfigenda, in qua fatuitas Apologiæ Joannis Philippi Parei, contra Janum Gruterum detegitur: *VVitteb.* 1620. in 8.

Eustathi Su. P. (id est ejusdem Gruteri, ut ipse Pareus indicat in Provocatione ad Senatum Criticum) contra Pareum: *Francof.* 1620. in 8.

Plinii Panegyricus cum Annotationibus Gruteri & aliorum: *Lugd. Batav.* 1675. in 8.





VITA
ILLUSTRIS VIRI
FRANCISCI BACONI,
Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S. Albani, Summi Angliæ Cancellarii,

Die IX. Aprilis Anno Domini M DC XXVI. Ætatis suæ LXVI, Denati, breviter descripta, *ab* Anonymo quodam.



RANCISCUS BACONUS, seculi & gentis suæ decus, ornator & ornamentum literarum, natus est in Palatio Eboracensi, infra plateam dictam le strand, juxta Londinum, 22. Januarii, Anno salutis Humanæ MDLX. *Patrem* habuit illustrem illum Elisabethæ Reginæ Consiliarum, Regni ejus, (dum ipse vixit) columen alterum, *Dominum Nicolaum Baconum*, Equitem Auratum, Magni Sigilli Angliæ custodem, Heroëm perspectæ Prudentiæ, judicii, moderationis & integritatis; *Matrem, Annam Cocam,* Antonii Coci, Equitis itidem Aurati (qui eruditioni Eduardi Sexti Angliæ Regis præfuit) è filiabus unam, fœminam lectissimam, tam Pietate & Virtute, quàm doctrinâ præpollentem, nec non *Græca & Romana lingua* perita non mediocriter pro sexu muliebri imbutam. His ortus Parentibus, in qualem invasurus esset, etiam tum facilè

cui è conjicere licuit, cui nulla, vel à *Naturâ* vel ab *Educatione* adjumenta defuere. Annos pueritiæ teneriores non sine eximiis præcellentiæ speciminibus transegit, quæ ætate eâ indole & ingenii acumine præditus fuit, ut spem magnam injecerint profundæ illius & universalis Apprehensionis, quâ postea inclaruit & in notitiam Procerum complurium, aliorumque tam dignitate quàm officiis eminentium Virorum induxerint. Ante omnes autem Reginæ ipsius (ut à fide dignis relatum) cum eo colloqui & quæstionibus difficilioribus tentare, sæpiusculè volupe fuit: Ille autem tantâ gravitate & judicii maturitate, supra ætatem se expedire valebat, ut *Regina eum Dominum Custodem sigilli minorem* appellare solita sit. Interroganti, *Quot annos natus esset*? Ingeniosè, etiam puer adhuc, respondit: *Se regimine ejus felici duobus annis juniorem fuisse.* Ætate *Academicæ* literaturæ, pro more idonea, vel potiùs paulò maturiùs, in album Collegii Sanctæ & Individuæ Trinitatis Cantabrigiæ Patris jussu relatus est, sub tutela Reverendissimi Viri Dn. Joannis Witgifti, Sacræ Theologiæ Doctoris, eo tempore Collegii illius Præfecti, postea autem percelebris Archiepiscopi Cantuariensis, Præsulis Magnitudinis primæ, Sanctitate, Doctrina, Patientiâ & Humilitate fulgentissimi, sub quo in Artibus & studiis liberalibus, præ aliis coætaneis suis, mirificè profecisse deprehensus est. Dum adhuc in Academia studiis incubuit, tantùm non sedecim annos ætatis nato, *Philosophia Aristotelica* primùm insipida visa fuit, non propter vilipendium Auctoris, quem summis semper laudibus evehere in more habuit, sed propter inefficacitatem viæ; ejusmodi nimirum cùm esset hæc Philosophia, quę ad Disputationes & Contentiones solùm nata, ad productionem autem Operum, quæ vitæ humanæ Commoda essent, sterilis omninò fuerit: In quâ mente ad extremum usque spiritum perstitit.

Postquam *Artium liberaliũ Encyclopædiam* emensus fuerat, operæ pretium Patri visum est, eum ad *Artes Politicas* applicare; Cujus rei gratia, in Galliam in comitatu Amicii Powletti. Equestris dignitatis Viri, ad Regem Galliæ eo tempore Legati ordinarii designati, mittendum curavit, à quo nõ multò pòst idoneus habitus est, qui in Angliam ad nuntium Reginæ perferendum remitteretur. Quo quidem negotii perfunctus, non sine gratiis à Reginâ redditis, in Galliam secũdò remeavit, eo consilio, ut non nisi post annos aliquot exactos Angliam repeteret. Dum in Galliis peregrinatus est, Pater

ejus Custos magni sigilli, diẽ suũ obiit, relictâ satis amplâ nummorũ vi, ad id congesta, ut latifundia aliqua in suũ hujusce filii sui natu minimi coëmeret & compararet, qui solùm sine patrimonio post obitum Patris remansit, & quâvis in bonis paternis, in affectu tn. paterno, nõ infimâ locũ tenuit. Verùm cùm ejusmodi terrarum coëmptio, superstite adhuc Patre designata tantùm & non impleta fuerit, non plus ei cessit, quàm pro ratâ pecuniæ inter quinque fratres distribuendæ. Quod in causa fuit, ut fortuna aliquantulum dura ætate juniore usus sit. Neque enim præclarum illud & amœnum prædium Gorhamburgiense, nisi multis posteà annis adeptus est, per mortem scilicet charissimi fratris sui germani, ***Antonii Baconi***, magni nominis viri & in aulis Principum exterorum versutissimi, celsitudine quidem ingenii paris, sed in Artium Liberalium scientiâ fratri concedentis, inter quos magna necessitudo intervenerat; siquidem qui præter eandem paternã originem, unius matris nexu arctiùs conjungerentur.

Reverso è Galliis, de genere vitæ statuendum fuit. Itaque Juris Angliæ Municipali, studio & professioni se addixit. In quâ Spartâ ornandâ, eximios brevi progressus fecit, licèt (quæ ipsius verba sunt) peritiam illam, tanquam accessoriam, sive subsidiariam, non tanquam principalem amplexus sit. Varios tractatus circa hoc Argumentum, à principio emisit. In quibus, quamvis ab aliquibus Professionis illius Coryphæis mole & casuum numero fortè superaretur, pondere tamen & fundamentorum ac mysteriorum Juris scientiâ, nemini cessit. Nondum tyrocinium in lege egressus, à Regina in Consilium suum doctum extraordinarium adscitus est, gratiam (ut ajunt) vix cuiquam antea delatam. Sedem sibi delegit studiis suis & officio Advocati commodam inter honorabilem Societatem hospitii Grejensis: In cujus societatis numerum sese adscripsit, ubi elegans illud ædificium sive structuram erexit, quæ hodie Baronis Baconi nomine innotescit, quàm per vices maximam partem vitæ (paucis solummodò annis exceptis) usque in diem mortis incoluit. In illâ societate eâ demum suavitate, comitate & animi generositate usus est, ut magnum exinde amorem & reverentiam ab hospitii illius senioribus & alumnis sibi conciliaverit.

Quamvis autem ***Legis Consultorum Professioni*** pro vitæ & convictus sui exigentia astrictus esset, animo tn. & affectu ad ***Artes Politicas, & officia status*** magis propendebat, quibus sanè, si Majestatis Augustæ tunc placuisset, cumprimis habi-

habilis fuit. Ætate adhuc integra, in numerum eorum qui rebus Nobilis illius, sed Infelicis Herois *Comitis Essexiæ* studebant, se adscripsit, cui tanquam intimus & fidissimus Consultor omnibus viribus inservit, & in id incubuit, ut sua tantum & honorifici monita animo ejus instillaret, donec ad extremum, Comes ille, temerariorum quorundam & furiosorum hominum consiliis aures præbens, in exitium se præcipitavit.

Natalibus atque ingenuis animi sui dotibus hoc debuit, ut facilior ei & liberior ante reliquos Professionis ejusdem aditus pateret ad Aulam Principis, adeoque in conspectum Reginæ ipsius, quæ sermones cum eo seorsim & summa cum facilitate miscere (quoties commodum erat) aspernata non est, non solùm circa Professionis ejus res & materias juridicas, sed etiam circa ardua negotia status Regni, cujus responsis de tempore in tempus, libentissimè acquievit. Veruntamen quamvis benignitate vultus sui eum abunde refocillaverit, nunquam tamen refocillavit benignitate manus, utpote quæ ad nullum publicum munus sive honoris, sive emolumenti, eundem promoverit, demtâ unâ Reversione sicca Officii Registrarii in Camera stellata, annui ut putabatur valoris mille & sexcentarum librarum in cujus possessionem non ante annos viginti aut circiter devenit. De quo officio Elisabethæ tempore festivè dixit: *Illud sibi esse instar fundi alieni ædibus suis adjacentis, qui prospectum meliorare, horreum autem ejus replere non possit.* Verùm regnante Jacobo, illo tandem officio potitus est & per Deputatum administravit. Hoc autem nullo modo tribuendum malevolo aut infenso in eum Reginę ipsius animo, sed artibus & æmulationi cujusdam è proceribus eâ tempestate apud Reginam potentis, qui eum omnibus modis deprimere & coercere sedulò curavit, ne si ad fastigium aliquod attolleretur, propriâ per eum gloria obfuscaretur.

Quamvis autem tempore Dominæ suæ Elisabethæ Reginæ retardationem diutinam passus sit, post regiminis tamen mutationem & ingressum Domini sui novi Jacobi Regis, incitato gradu perrexit, à quo fiduciæ, honoris & proventuum muniis eximiè cohonestatus est. Visę sunt desuper literæ quędam propria ad Jacobum Regem manu conscriptæ, *quibus talem illum fuisse erga se Dominum agnoscit, qui repetitis subinde favoribus novies cumulasset, ter Honoribus, sexies autem Officiis.* Officia quæ intelligit (ut putant) hęc erant. *Consilium Doctum extraordinarium Regiæ Majestatis suæ* (quo loco âtea inserviit Majestati Reginę) *Regis solicitator Generalis*

Atturnatus Regis Generalis sive *Procurator Primarius*, *Cooptatus in sanctius Regis Consilium* dum adhuc *Atturnati* locum gessit, *Dominus Custos Magni Sigilli Angliæ*, ultimò *Dominus Cancellarius Angliæ*. Quæ quidem Munera posteriora duo, licèt authoritate & posteritate eadem sint, diplomatibus tamen & favore Principis differunt. A cujus Magistratu successorum nullus *Domini Cancellarii Angliæ* titulo in hunc usque diem decoratus est. Honores erant, primò *Eques Auratus*, dein *Baro Verulamius*, postremò *Vice Comes Sancti Albani*: præter alia dona magnifica & manus benignitates, quibus eum dotare Majestati suæ visum fuit, tam ex proventibus Magni sigilli, quam ex officio Alienationis.

Circa annos magis propitios de *Matrimonio* contrahendo consilium cepit. Itaque in uxorem duxit *Aliciam*, filiam & hæredum unam *Benedicti Barnhami* Armigeri & Aldermanni Londinensis; cum qua *dotem satis amplam* & lautam, tam in terris, quàm in pecuniis numeratis, recepit. Liberos ex eâ suscepit nullos, qui quamvis adjumento sint ad nomen nostrum post obitum perpetuandum, illi tamen aliâ propagine ad nomen suum perpetuum beari contigit, propagine scilicet Cerebri sui, in quæ semper fœlix & mirabilis fuit, instar Jovis ex cujus cerebro Pallas prodiit. *Neque* verò liberorum defectus ullo pacto amorem ejus erga Nuptam imminuit quam summa semper dilectione conjugali & Amoris indictis prosecutus est; suppellectili lauta, monilibus variis & fundis insuper dotavit, addita etiam *Trabea honoraria Maritali*, quam viginti plus minus annos post obitum ejus gestavit. Totidem enim honoratissimo marito superstes fuit.

Quinquennium extremum vitæ suæ à negotiis civilibus & vitâ activâ retractus, studiis & contemplationibus insumsit. Quæ res sanè visa est ei maximè cordi fuisse, ac si in umbra potius, quàm in luce commori optasset. Quo temporis spatio, librorum suorum, tam Anglicano, quàm Romano sermone conscriptorum, maximam partem exaravit, qui juxta temporum seriem, quo conscripti erant, sic se habuerunt: Historia Regni *Henrici septimi Regis Angliæ* sermone patrio. *Abecedarium Naturæ*, scriptum Metaphysicum, quod, nescio quo malo fato periit. *Historia ventorum. Historia Vitæ & Mortis, Historia Densi & Rari, Historia Gravis & Levis*, quæ itidem periit. Hi *libri* stylo *Romano* sunt elucubrati: dein fragmenta quædam *Anglicana*; quæ fuerunt, *Dissertatio de Bello cũ Hispanis gerendo, Dialogus de Bello sacro, Fabula Nova Atlan-*

Atlantidis, Præfatio Digesto de Legibus Angliæ præfigenda. Initium *Historiæ Henrici Octavi Regis Angliæ*. Intervenerat *Opus* de *Augmentis scientiarum*, in quo è Lingua vernacula, proprio Marte in Latinam transferendo, Honoratissimus Auctor plurimum desudavit, & multis subinde ac variis additionibus locupletavit. Postea *Consilia Civilia* & *Moralia* (antea *Delibationes* dictæ) tunc autem & numero & pondere aucta, Idiomate Anglicano. *Psalmorum Davidis* nonnulli, in *rhythmos Anglicanos* compositi. Iterum versio quorundam è scriptis suis *de Patrio* in *sermonem Romanum*, quæ fuerunt Historia Regni *Henrici Septimi Regis Angliæ*: *Consilia Civilia & Moralia*, exinde dicti *Sermones Fideles*, sive *Interiora Rerum*. *Dialogus de Bello sacro & Tabula Nova Atlantidis* in gratiam exterorum, apud quos experi inaudiverat. Liber de *Sapientia veterum* recognitus. *Inquisitio de Magnete*, *Topica Inquisitionis* de *Luce & Lumine*. Ultimum locum tenuit *Sylva Sylvarum*, sive *Historia Naturalis*, opus Anglicum nūc verò Latinitate donatum. Atque hi fructus fuerunt, qui in umbra annorum quinque memoratorum matura erunt, libris quos ante quinquennium illud elaboravit, non recitatis. Quin & propositum illi fuit (Mandante Serenissimo Rege Carolo) *Historiam Henrici Octavi Angliæ Regis* contexuisse, sed opus illud ultra designationem solam non processit, Deo ulteriorem viam celeberrimo Autori minimè largiente. Extat tamen specimen quoddam Historiæ illius, quam paucæ unius diei horulæ matutinę olim parturierunt, inter opera ejus Miscellanea Anglicè edita, per quod ex ungue Leonem dignoscere possis.

Virtutes & *animi dotes* non minùs quàm curriculum vitæ in Heroe isto commemorandi locum sibi vendicant. Facultates illæ, quę in aliis non infimi ingenii hominibus dissociatæ ferè & solitariæ illo conjunctæ & quasi connubio aliquo copulatæ eminebant. Eæ fuerant, *Ingenii acumen*, *Memoria fida*, *Iudicium penetrans* & *Elocutio profluens*. Ac de prioribus illis tribus, libri ejus abundè testantur, de quibus (ut de Julio Cæsare Hirtius) quàm bene atque emendatè cæteri judicent, quàm facilè atque celeriter eos præscripserit, ii norunt, quibuscum conversari datum fuit. Sed de quarta, puta *Elocutione* illud effari libet, quod Insignis ille *Gualterius Raleghus*, vir Equestri dignitate & singularibus Virtutibus ornatus (cujus ut tanti Viri judicio non immeritò fidendum) semel disseruit, nimirum *Comitem Sarisburiensem Oratorem bonum fuisse, scriptorem malum; è contra, Comitem Northamptoniensem*

sem scriptorem bonum fuisse, Oratorem malum, sed Dominum Francisc'ũ Bacõũ in utroq;, tam dicendo quàm scribendo præcelluisse. Non rarò mentē subiit cogitatio, Deum si ullum mortalium novissimis his temporibus radio quodam scientiæ Humanæ illuminare dignatus sit, illum proculdubio illuminasse. Quanquam enim sedulò libros evolverat, ex libris tamen solis suam scientiam deprompsisse, haud quaquam credere licet, sed ex principiis & notionibus quibusdam, intra se accensis, quas nihil ominùs non temerè, sed cautè admodum & lentè propalavit. *Opus* illud *Novi Organi* (cui ipse inter opera sua primas tribuit) neutiquam sanè cogitatio umbratilis aut cerebri proprii commentum fuit, sed veluti fixa & radicata notio illorum annorum & laboris improbi proles. Proinde in Archivissimis, autographa plus minùs duodecim Organi Novi, de anno in annum elaborati & ad incudem revocati & singulis annis ulteriore subinde limâ politi & castigati, donec in illud tandem corpus adoleverat, quo illud in lucem editum fuit; sicut multa ex animalibus fœtus lambere consuescunt, usque quoad mèmbrorum firmitudinem eos perducant.

In libris suis compendio *verborum vigorem* & *perspicuitatem* præcipuè sectabatur non elegantiam aut concinnitatem sermonis & inter scribendum aut dictandum, sæpe interrogavit, *Num sensus ejus* clarè satis & perspicuè redditus esset? Quippe qui sciret æquum esse, ut verba famularentur rebus non res verbis. Etsi in stylum forsitan politiorem incidisset (siquidem apud suos eloquentiæ Anglicanæ artifex habitus est) id evenit, quia evitare arduum illi erat. Neque verò verborum minutiis & allusionibus capiebatur, sed eas semper ex composito & de industria effugit, probè sciens, ejusmodi facultates nihil aliud esse, quàm deviationes & aberrationes à scopo proposito, & gravitati & dignitati styli non modicum officere & detrahere.

Legendo usque ad satietatem aut tædium, non immorabatur. Quamvis enim multum legerit, idque summo cum judicio, & rejectione omnis scoriæ, quę in scriptoribus plurimis sese offert, commodam tamen animi relaxationem studiis suis intermiscuit; veluti *Deambulationem lenem*, *Vectionem in rhedâ*, *Equitationem*, non citam sed lentam, *Globorum lusum*, & id gẽus alia *Exercitia*. Neque verò *jacturam temporis* ullam fecit: quamprimum enim domum redierat, confestim & absque ulla mora *lectioni* aut *meditationi* renovandæ incubuit: Sicque nullum momentum aut temporis segmentum, periri aut intercidere passus est. *Mensam* ejus *refectionem aurium* ęquè diceres ac *Ventris*, non absimilem Noctibus illis Atticis aut conviniis Deipnosophistarum, in quibus mente & intel-

tecturefici licebat, non minùs quàm corpore. Hinc nonnulli sublimioris ingenii viri, ad pugillares se recepisse professi sunt, quoties à mensa ejus surrexerint. Convivantes pudore suffundere gloriæ sibi nō duxit, sicut nonnulli gestiunt, sed facultates eorum qualescunq; , fovere & provehere paratus erat. Quin & sermonis licentiam sibi soli corripere, in more non erat, sed & aliis simul considentibus libertatem & vicissitudinem loquendi permittere: hoc etiam addendo, quod in Arte unumquemque propriâ libentissimè audiret & ad ejusmodi Dissertationem pellicere & provocare consueverit. Ipse autem nullius Observationes contempsit, sed ad candelam cujuslibet lampada suam accendere non erubuit.

Dicta & pronunciata ejus, vix unquam in dubium vocata sunt, cùmq; disserentem omnes audierunt, nullus se opposuit, ac si Oracula magis, quàm Eloquia protulisset. Quod quidem, sive exactæ sententiæ suæ antequam declarasset, in lance veritatis, Rationis librationi sive existimationi, quâ ab omnibus habitus fuit, ut nemo contrairet, tribuendum censeo. Unde argumentationis genus illud, qua in utramque partem disceptatur, Mensa ejus haud novit, aut si aliqua fortè intervenerit, eadem cum magna submissione & moderatione, agitata fuit. Sæpe observatum, neque quorundam virorum illustrium industriam effugit, quòd si occasio fortè interveniret sermonis alieni inter colloquendum repetendi, eâ facultate præditum fuisse, ut novis subinde & melioribus vestibus inductum proferret; adeò ut Auctor ipse sermonem proprium ornatu cultiorem cerneret, sensu autem & materia minimè mulctatum, ac si formulis bonis uti, res esset ei à naturâ indita. Id quod in carminibus componendis de se cecinit. Ovidius:

Et quod tentabam scribere versus erat.

Quotiescunque ex *Officio* premebatur *Reum* aliquem peragere (quod muneris Regiæ Majestatis Consilio Docto incūbebat) sive in Criminalibus sive in Capitalibus, nunquam se superbum, aut fastuosum, versus delinquentem præbuit, sed semper lenem & decenti temperie affectum: & quamquam sciebat ex Munere suo esse pro parte Regis crimen adversus reum, pro virili sua urgere & aggravare, ita tamen se gessit, ut severitatis oculo Exemplum, Misericordiæ personam intueretur. In negotiis autem status, quando in sanctius Regis consiliū ascitus fuit, optimū cōsulēdi modū tenuit, nō implicando Dominū suū in cōsiliis aliquibus tēerariis aut populo graviobus, sed tēperatis & æqualibus: Jacobo Rege hoc eū testimōio ornāte, *Illū viam calluisse negotia ejus tractandi suavibus modis*; atque id Majestati suæ maximè cordi fuisse, pronunciavit.

Neque verò (cùm occasio tulerat) minùs gratiosus apud *subditos Regni* fuit, quàm apud ipsum Regem. Comitiis Parlamentariis Inferioris Consessus, dum in eâ Domo sedit, pergratus semper fuit, in quâ sæpeperoravit, non sine magno applausu. Postquam ad munus Atturnati Generalis evectus fuisset, & ad locum in Parlamento electus, libertas inter ipsos consultandi communi suffragio ei concessa est, quæ aliis Atturnatis Generalibus minimè indulta.

Sicut autem erga *Herum* suum *servi boni* laudem reportavit (siquidem ipso asserente in annorum novendecim administratione in reprehensionem Regis propter aliquam offensam in Majestatem Regiam, immediatè admissam nunquam incurrebat) ita erga servos proprios Heriboni nomen obtinuit & servitia eorum diuturna præclaris officiis, cùm in potestatem suam devenerũt, gratis compensavit. Quæ res in causâ fuit, cur tot melioris notæ juvenes è claris familiis oriundos, in numerum Asseclarum suorum recipere precibus penè fatigatus sit. Quod si eorum aliqui gratiâ & favore ejus perperam usi sunt, id solummodo errori bonitatis suæ nativæ, eorum autem infamiæ perpetuæ & intemperantiæ, tribuendum est. Heros iste *Divini Numinis* cultor fuit. Quamvis enim viris Politicis & ingeniis præaltis, Atheismi notam inurere vulgo inoleverit, ille tamen Deum & agnovit & coluit. Id quod ex variis testimoniis, per filum operum suorum sparsis; liquidissimè apparet. Aliàs enim principia propria destruxisset & evertisset; quæ fuerunt, *Philosophiam primoribus tantùm labiis degustatam, à Deo abducere, utpote quæ causas secundas ultra debitum magnifaceret: Philosophiam autem plenè haustam, ad Deum denuò reducere.* Illum autem *Philosophum profundum* extitisse, nemo, opinor, est qui neget. Interesse frequenter solebat (cùm per valetudinem liceret) divinis officiis sive privatim, sive publicè celebratis, concionibus audiendis, Sacræ Eucharistiæ participandæ & tandem in fide vera placidè obdormivit. Hoc pro certo ponendum est, cum *Malevolentiæ* omnis penitus expertem fuisse, quam (ut ipse dixerat) neque parturivit, neque pavit. De *injuriarum vindicta* ne cogitavit quidem; ad quam, si ita animo affectus fuisset, & opportunitate & potestate armatus fuit. *Deturbator Officiariorum à muneribus adeptus*, neutiquam fuit, ac si exitio & ruina aliorum se impinguasset. *Calumniator* apud Principem non cluit. Die quodam cùm quidam è ministris status primariis, neutiquam ei favens, nuper defunctus fuisset, Rex eum percontatus est:

eſt: *Quid de Domino illo, jam ſatis functo, ſentiret?* reſpondit: *Ejusmodi eum fuiſſe, qui Majeſtatis ſuæ res nunquam promoviſſet, aut auctores feciſſet, verùm à præcipitio & declinatione ſervare, haud dubiè fateriſſet.* Neque enim duriorem de eo ſententiam proferre voluit. Quæ quidem non inter *Virtutes* illius *Morales* ſed *Chriſtianas* numeranda.

Nomen ejus magis *foris* & apud *Exteros* quàm *Domi* & inter populares ſuos celebratum eſt & inclaruit: *veluti id* quod Oraculo illi Divino etiam ſubjicitur: *Non eſt Propheta ſine honore, niſi in Patria ſua & domo ſua.* In quare, paucula quædam ex epiſtola, ex Italia (Ingeniorum politorum Apotheca) ad Comitem Devonienſem, miſſa, excerpenda ſunt, quæ ſic ſe habuerunt: *Deliberationes novas Domini Cancellarii Baconi, nec non Hiſtoriam ejus & quidquid aliud jam molitur ingenti cum animi ardore expecto. Speciatim autem in Hiſtoria ſua opus perfectum & limatum, mihi ſpondeo, præſertim in Henrici ſeptimi rebus geſtis: in quibus enarrandis, acuminis ſui divini talentum exercere licebit. Dominus iſte indies in majus innoteſcit, & opera ejus magis magisque apud nos in deliciis habentur, atque ii, qui in rebus humanis ultra vulgare ſapiunt, eum inter ingenia ſeculi hujus capaciſſima, & celſiſſima reputant. Et ſi revera* eſt. Jam fama ejus diuturnitate non defloreſcit, ſed potiùs augeſcit. Librorum ejus plurimi alias linguas, tam eruditas, quàm modèrnas, & pridem & nuper callere edocti ſunt ab illorum Nationum indignis. Viri primarii aliquot, dum adhuc in vivis fuit, nullam aliam ob cauſam in Angliam transfretarũt, quàm ut eũ cõſpiceret, & cum eo coràm loquendi opportunitatem captarent quorum unum pictura ſua à capite ad pedes usque delineata in Galliam ſecum portanda donavit, quàm hoſpes ille tanquam rem gratiſſimam Conterraneis ſuis futuram faſſus eſt, ut ita Imagine Perſonæ non ſecus ac Imaginibus cerebri (libris nimirum) potirentur. Inter cæteros *Marchio Fatus* Nobilis Gallus, qui legatus in Angliam venerat anno primo *Mariæ Reginæ, Caroli Regis Nuptæ*, ingenti animi ardore eum viſendi captus eſt. Ad quam rem opportunitatem nactus, & cubiculum ingreſſus præ infirmitate in lectulo decũbentis, ſtylo aliquantum grandiore eum adortus eſt, Dominationem ſuam ſibi ſemper Angelis ſimilem fuiſſe *de quibus multa ad illius aures pervenerunt, & in libris ſimiliter lectitarit, ſed eos nunquam coram conſpicere conceſſus fuit.* A quo congreſſu tanta inter eos amicitia puncta fuit, & Marchio eum tanta reverentia proſecutus

eſt,

est,ut præter visitationes crebras, literæ invicem sub nominibus & titulis *Patru & Filii* intercesserint. Quod ad salutationes innumeras per *Epistolas ab Exterarum* Nationum Viris primariis, sapientiæ aut bonarum artium studio deditis, missas,nihil hic addendum, cùm res sit melioris notæ hominibus cum eo communis.

Cùm autem de *Fama* ejus hìc disseritur, intelligendum ac si in stylo non exclusivo, sed comparativo hæc scripta essent: *Fama* enim ejus etiam apud *Angelos* suos non flaccida aut enervis, sed *vivida* & vegeta est,præcipuè apud eos qui ingenio auctiore & sublimiore,eminent. Cujus rei *Testimonia* duo tantùm inserere libet & non plura. Prius est, cùm Historia Regni Henrici Septimi jam prelo matura esset, *Fulconi Barono Brooko* à Jacobo Rege perlegenda tradita est. Is cùm totam absolvisset, hoc elogio ad Authorem remisit: *Commendatum me habeas commendationi suæ, & exora eum,ut de papyro & atramento bono comparando curam suscipiat; opus enim ipsum supereminet.* Alterum *Doctoru Samuelis Collini*, in inclyta Academia Cantabrigiensi olim & Theologiæ Professoris Regii & Collegii Regalis Præpositi,viri minimè vulgaris ingenii, qui ipse (sive festivè sive seriò) Quòd postquam librum de profectu scientiarum perlegisset, eò se adactum putaverit,ut studia sua de integro renovare necesse fuerit,& quòd oleum & operam anteà impensam perdiderit.

Efflagitatum à nonnullis est,ut de *Diætâ* ejus & *Regimine Valetudinis* quædam insererentur, eo quod, propter universalem ejus in rebus naturalibus cognitionem, poterit fortasse quibusdam exemplo suo præire. Quod ad Diætam plena potiùs & liberali usus est,prout stomachus ferebat, quàm tenui aut parca, quam etiam in Historia vitæ & mortis alicubi collaudavit. Ætate juniori, civis delicatioribus & levioribus veluti carnibus volatilium & hujusmodi,præcipuè vescebatur,sed experientiâ edoctus, Carnes fortiores,quales in macello veneunt, potiùs probavit, utpote quæ succos corporis magis firmos & solidos,& (ut ipsius verbis utar) minùs dissipabiles progenerarent,ex quibus solis sæpe numero vescebatur,licèt mensa ejus ferculis aliis non destitueretur. Persuasum tibi habeas, illud nullatenus ipsum neglexisse, quod in scriptis suis toties decantatum reperies, usum nimirum crebrũ *Nitri*, cujus quidem Grana circiter tria quotidie in jusculo tenui & tepido, per triginta ad minus annos immediatè mortem ejus antecedentes, manè sumsit. Quantum ad Medicinam,

cinam, rerum est, *Medicè eum vixisse, sed non miserè.* Siquidem Rhabarbari sesquidrachmam, & non amplius, in haustu cerevisiæ & vini albi simul commixtarum ad spatium semihoræ infusi & macerati (sex aut septem diebus interjectis) continuò sumsit: idq; paulo ante cibum, (sive prandium, sive cœnam) quo minus corpus desiccaret, quòd, sicut ipse asseruit, humores excrementitios corporis sæpius asportaret; spiritus autem exhalare non provocaret, sicut sudores repetiti faciunt. Jam tantillum medicinæ sumere, miserum non fuit, aliis autem medicamentis (quidquid vulgo jactatum) non omnino assuevit: *Remedium adversus podagram*, cujus ipse Autor fuit, quodque intra spatium horarum duarum, sæpius experto, dolorem lenivit, extat in fine Historiæ Universalis.

Verisimile est Lunam in Themate ejus Natalitio præcipuum aliquem locum veluti in Horoscopo aut Medio Cœli tenuisse. Quoties enim Luna lumini priori restituta fuisset; confestim refocillatus est, & convaluit.

Obiit 9. die Aprilis anno M DC XXVI. summo mane illius diei qui in Festum Resurrectionis Dominicæ illuxit, *Ætatis sexagesimo sexto*, apud ædes Comitis Arandelle in villâ de High-Gate prope Londinum, ad quem locum, animi reficiendi, non commorandi gratiâ, ante dies octo cursu devenit, Deo sic ordinante ut illic animam efflaret, è *febri lenta* unà cum catarrho vehemente, unde humor adeò copiosè ad pectus ejus defluxit, ut per suffocationem extinctus sit. *Sepultus* autem est in antiqua *Ecclesia S. Michaelis* Fano S. Albani vicina, loco supremis tabulis sepulturæ suæ destinato: Tum quia matris ejus corpus in eadem Ecclesia humatum recumbebat, tum quia Ecclesia illa ex urbis vetustæ Verulamii ruderibus hodie sola superstes est. Ibidem monumentum è marmore candido in memoriam illius exstructam curâ & gratitudine Thomæ Meutesii Equitis Aurati & Administratoris ultimi ipsius testamenti, Baconio quondam a secretis, postea consilii Regis sanctioris sub Regibus duobus clerici exhibens effigiem suam in cathedra sedentis studio incumbentis, una cum Epitaphio, quòd lectissimus ille & nitidioris ingenii, nec non equestris dignitatis vir Henricus Wottonus amoris & admirationis ergo composuit.

Quamvis autem corpus, quod deposuit, mortale fuerit; libri tamen ejus & memoria haud dubiè perennes erunt, neq; prius fatis cessuri, quàm orbis terrarum machina dissolvatur. Fuere quidem qui nomini tanti Herois variis *obtrectationi-*

T *bus*

bus notam inurere tentare sed frustra conati sunt. Licèt enim à Rege & Parlamenti consilio *officiis suis remotus* fuerit, id aliâ, nisi invidia procurante, causâ factum non est, ipso semet illo scripturæ dicto consolante. Nihil est novi! quia hoc ipso eadem illum fortuna mansit, quæ Ciceronem apud Octavianum, Callisthenem apud Alexandrum, Senecam apud Neronem, quos vel relegatos, vel occisos, vel leonibus objectos Historiæ prodiderunt. Quidquid illorum sit, cùm tanti Viri supra omnem fortunam sint & plerumque Dominos sera ejusmodi factorum maneat pœnitentia, novimus etiam Jacobum effatum fuisse Negotio aliquando difficili & intricato se offerente *Vtinam Baconus meus olim Cancellarius mihi superesset, quàm facilè hinc me expedire vellem.* Neque est, quòd ullam ei post remotionem, *familiaris rei tenuitatem* quis objicere velit. Constat enim, post hanc, nihil quicquam horum, quæ ad status magnificentiam fecissent, illi defuisse, sed ita nihilominus vixisse, ut Jovi ipsi de felicitate controversiam facere velle visus fuerit, *Virtutis omnis, Pietatis, Humanitatis, Patientiæ* imprimis *exemplum maximè memorabile.*

SCRIPTA.

Tractatus de sapientia veterum: *Londini* 1617. in 8. 1618. in 12. *Lugd. Bat.* 1633. 1645. 1657. in 12.
Anglicè: *Lond.* 1619. in 8.
Italicè: *ibid* 1618. in 8.
Meditationes sacræ: *Lond.* 1597. in 8. Anglicè: *ibid.* 1613. in 8.
Inauguratio Magna: *ibid.* 1620. in fol.
Tractatus de Augmentis & dignitate scientiarum libri IX. *ibid.* 1623. in fol. *Paris.* 1624. in 4. 1635. in 8. *Lugd. Bat.* 1645. in 12. *Argent.* 1632. in 8. *Amst.* 1662. in 12.
Gallicè: *Paris.* 1624. 1632. in 4.
Historia Vitæ & Mortis: *Lond.* 1623. in 8. *Lugd. Bat.* 1637. in 12.
Gallicè: *Paris.* 1647. in 8.
Anglicè: *Lond.* 1650.
Historia naturalis & experimentalis de Ventis: De forma calidi de motus sive virtutis activæ variis speciebus: De ratione inveniendi causas fluxus & refluxus maris: *Lugd Bat.* 1638. 1648. in 24.

Gal-

Gallicè: *Paris.* 1650. in 8.
Anglicè: *Lond.* 5653. in 8.
Historia regni Henrici VII. Regis Angliæ: *Lugd. Bat.* 1642. 1647. in 12. *Amst.* 1662. in 12.
Anglicè: *Lond.* 1622. in fol.
Sermones fideles Ethici, Politici, Oeconomici, sive interiora rerum. *Lugd. Bat.* 1641. 1644. 1659. in 12.
Gallicè. *Paris.* 1637. in 8.
Germanicè: *Nürnb.* 1654. in 12.
Nova Atlantis: *Vltrajecti* 1643. in 12. *Amster.* 1643. 1661. in 12.
Novum Organum scientiarum, cum Parasceve ad historiam naturalem & experimentalem: *Lugd. Bat.* 1645. in 12. *Amst.* 1660. in 12. *Lond.* 1620. in fol.
Gallicè: *Paris.* 1624. in 8.
Germanicè: *Nürnb.* 1654. in 12.
Sylva sylvarum, sive historia naturalis: *Lugd. Bat.* 1648. & *Amst.* 1661. in 12.
Anglicè: *London.* 1670. in fol.
De naturali & universali Philosophia scripta: *Lugd. Batav.* 1648: *Amst.* 1653 in 12.
Opuscula varia posthuma Phisosophica, civilia & Theologica: *Lond.* 1655. in 8. *Amst.* 1663. in 12.
Anglicè: *Lond:* 1657.
An Charge given at the Sessions Solden for the Verge, in the Reign. of K. James. *Lond.* 1662. in 4.
Adversement touching an Holy War: *Lond:* 1629.
Charge concerning Duels With the decree of the starchamber thereupon: *Lond:* 1614.
Translation of Some Psalms into Englisch verse: *Lond.* 1625. in 4.
Apology concerning the Earle of Essex: *Lond.* 1604. in 8.
Of the Coleurs of Goad and Evil: *ibid.* 1597. in 8.
Considerations concerning a Warvvith Spain: *ibid.* 1629. in 4.
Opera Omnia, quæ extant, Phisophica, Moralia, Politica, Historica; junctim edita: *Francof.* 1644. 1665. in fol. *Londini* 1638. in fol.

FINIS.

MEMORIÆ PHILOSOPHORUM, ORATORUM, POETARUM, HISTORICORUM, ET PHILOLOGORUM.

NOSTRI SECULI CLARISSIMORUM RENOVATÆ

DECAS III.

CURANTE

M. HENNINGO VVITTEN.



FRANCOFURTI,
Apud MART. HALLERVORD.
Typis WENDELINI MOEWALDI.

Anno M DC LXXVII.

OTHO IMPER. ROMANUS
APUD TACITUM LIB. I. CAP. XXI.

MORS OMNIBUS A NATURA ÆQUALIS, OBLIVIONE SALTEM APUD POSTEROS, VEL GLORIA DISTINGUITUR.



NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
EXCELLENTISSIMO,

Dn. DANIELI GE-ORG. MORHOFIO,

JCTO EXACTISSIMO,

INQUE PERILLUSTRI CHRISTIANO-ALBERTINA,
QUÆ KILONI EST
ELOQUENTIÆ ET POLITICES
PROFESSORI ORDINARIO,
VIRO
VIRTUTE, PRUDENTIA, PIETATE,
MYSTERIORUM NATURÆ MAXIMORUM
PENITIORI SCIENTIA PERQUAM INCLUTO,
SECULI ORNAMENTO,
POETARUM PRINCIPI,
SUAVISSIMO OMNIS ERUDITIONIS DELICIO,
AMOENIORUM LITERARUM ASSERTORI
AC VINDICI STRENUO
DOMINO ET FAUTORI SUO SUMMO,
PIA SEMPER RELIGIONE DEVENERANDO,
CHARTACEOS HOSCE CINERES,
EXILLORUM EXUVIIS,
QUI RERUM USU AC MERITORUM IN REM LITE-
RARIAM COLLATORUM GRAVITATE
ATQUE GLORIA EMINUERE
RESUSCITATOS,
IN ULTERIORIS FAVORIS ΖΩΠΥΡΟΝ,
QUALEM IN ROSETO OLIM SENSIT
ABUNDE,

DICATISSIMI ANIMI
SYNGRAPHAM EXHIBET
M. H. WITTE,
ET MAGNITUDINEM SUÆ ERGA IPSUM
OBSERVANTIÆ
TENUI HARUM PAGINARUM MUNUSCULO
APUD EXTEROS POSTEROSQUE
EXTARE VOLUIT
TANTI NOMINIS AC VIRTUTIS
CULTOR PERPETUUS.

SERIES

Series Philosophorum,
Oratorum &c.

TERTIÆ DECADIS.

Obiit anno

1629. Laurentius Fabricius Hebr. Linguæ Prof. VVitteb.

1629. Johannes Buxtorfius Ling. Hebrææ Prof. Basil.

1629. Franciscus BurgersdiciusPhilos. Prof. Leidensis.

1632. Janus Gebhardus Histor. & Græcæ linguæProf. Grœning.

1633. Ambrosius Rhodius Mathemat. Prof. VVitteb.

1636. DanielSchvvenderus, Lingg. Orient. & Mathem. Prof. Alt.

1636. Wilhelm SchickardusLing. Hebr. & Mathem. Prof. Tubing.

1636. Martinus Trostius Oriental. Ling. Prof. VVitteb.

1637. Michaël Virdungus Polit. & Histor. Prof. Altorf.

1637. Erasmus Schmidius Græcæ Linguæ & Math. Prof. VVitteb.



PROGRAMMA
In Exſequiis
VIRI CLARISSIMI ET EXCELLENTISSIMI,
Dn. M. LAURENTII FABRICII,
Hebraicæ Linguæ in hac Academia Witteb. ad annos XXXVI. Profeſſoris meritiſſimi, & Facult. Philoſophicæ, & Academiæ Senioris digniſſimi, Propoſitum,

à

RECTORE ACAD. WITTEBERG.
JACOBO MARTINI,
SS. Theol. Doct. & Profeſ. Prim. Facult. Theol. Seniore & Templi Arcis Propoſito.



Ulti quondam & Philoſophorũ & Poëtarum fuere, qui Senectutem portum, aram, hyemem, & ſentinam quandam omnium malorum eſſe dixerunt, quod eſt, ubi verum ſit, eſt ubi falſum. *Verum de iis*, quorum adoleſcentia impia, intemperans & ignava animum exulceratum, & corpus effœtum, & eorum omnium, quæ vitæ ſunt toleranda, indigum tradit ſenectuti. Nec his quidem à ſilicerniis & ſenibus verè depontanis, qui nihil aliud ſunt quàm ὄχλος, quàm φωνὴ, quàm σκιά, abeſſe poſſunt odium ac contemtus omnium: ut cæteris de malis, ſub quibus illi gemunt & fremunt, nihil dicamus. *Falſum de illis*, qui ætate juvenili ſibi pararunt viatica ad ſenectutem verâ

verâ pietate,assiduo labore,frugalitate,temperantiâ, & iis omnibus, qui ætatem ingravescentem & alunt, & amabilem reddunt,& toleratu facilem efficiunt. Nec enim egere potest hæc senectus,sed rebus necessariis adfluit, excellit prudentiâ, moderatione præstat,bene de omnibus meretur, magno habetur in precio, neq; piè saltem, sed etiam placidè sine omni doloris sensu vitam hanc mortalem claudit, & suaviter obdormiscit. Vive pius,moriere inquit Poëta pius nec cōpertū fuit umquam, eos, qui omnē vitā consecrarunt DEO,tandem sub vitæ finem diabolo mancipatos fuisse. Nec malè Cicero: Adolescentes,inquit,mihi mori sic videntur,ut aquę multitudine flammæ vis opprimitur; senex autem sicut suâ sponte,nullâ vi adhibita,consumptus ignis exstinguitur; & quasi poma ex arboribus, cruda si sint,vi velluntur, si matura & cocta,decidunt. Hæc ipsa & vivendi & moriendi felicitas contigit *Viro Clarissimo & Excellentissimo Dn.* M. LAURENTIO FABRICIO, *Hebraicæ Linguæ in hac Academiâ VVittebergensi ad annos XXVI, Professori meritissimo,& Facultatis Philosophicæ & Academiæ Seniori dignissimo, Collegæ nostro desideratissimo,* qui quum omnem per vitam pietati, & nulli nō virtuti unicè dedisset operam,& ætatis suæ partes laudabiliter transegisset, honoratam ad senectutem usq; provectus nudius quartus finem vivendi fecit, & cœlestem in patriam ex hac miseriarum valle feliciter abiit. FABRICIUM HUNC ante annos LXXIV. in lucem hanc editum excepit Dantiscum Borussiæ metropolis, & emporium nobilissimum. Patrem habuit sibi cognominem; Civem optimum & noti nominis Mercatorem; Matrem verò CATHARINAM N. fœminam ornatissimam. Literis, quibus natus videbatur, in ipsâ pueritiâ maturè à Parentibus consecratus, inq; disciplinam celeberrimi Gymnasij patrii Præceptoribus doctissimis traditus est: Sub quorum magisterio quum egregiè profecisset,haut παμμόθρεπτος esse voluit,ut multi,sed adiit florentissimas Academias,Francofurtensem, Wittebergensem nostrā, Lipsiensem, Jenensem, Tubingensem & Argentinensem. Quibus in locis non egit αὐτοδίδακτον, sed audivit viros examussim doctos, sine quibus in unaquaque disciplinâ nemo profecerit. Quum aliquamdiu Argentorati cum nobilibus quibusdam fidei & institutioni suæ commissis commoratus esset, & in Philosophiâ linguâq; sacrâ patria fecisset egregia, anno cIɔ Iɔ LXXXVII. Wittebergam nostram repetiit, & summum honoris Philosophici gradum, quem Magisterium appel-

appellamus, Decano tum temporis ſpectabili, Viro Clariſſimo M. SIMONE/GRÜNENBERGIO, magnâ cum Philoſophorum approbatione & fautorum amicorumq; congratulatione feliciter adeptus eſt, cui inter XXXVII. competitores locus octavus adſignatus. Hinc iterum in Academiam Jenenſem conceſſit ibiq; privatas aperuit ſcholas, diſputationes habuit, verbà publicè fecit & purè & graviter & ornatè. Quum autem ejus præclara ſtudii Philoſophici eruditio, nec non inſignes Linguæ Hebraicæ & Theologiæ progreſſus viris doctis ſatis innotuiſſent, factum eſt, ut anno 1593. ad nos vocatus Hebrææ Linguæ Profeſſor totius Senatus Academici calculo & adprobatione conſtitueretur. Quam Spartam eâ fide & dexteritate per annos 36. exornavit, ut à bonis & cordatis viris nunquam non laudaretur ſuſpiceretúrq;. Ab uxoriâ conjunctione Dn. FABRICIUS non abhorruit, nec tamen nuptias feſtinavit, ſed anno demum ætatis XLII. animum ad rem uxoriam, hortantibus amicis, adjecit, & anno Chriſti 1597. matrimonio ſibi jûxit virginem honeſtiſſimam MARGARITAM, Viri Spectatiſſimi & Eruditiſſimi ANDREÆ Ortteben/Prædii feudalis Berolino vicini, quod vocatur Maltzdorff / quondam Poſſeſſoris hæreditarii Filiam, cum qua per annos XVII. conjunctiſſimè vixit, parens factus octo liberorum, filiorum quatuor totidemq; filiarum, quorum, ternis ad vitam meliorem præmiſſis, duo filii, filiæq; tres ſuperſtitant. Ex filiabus JUSTINAM Viro Præſtantiſſimo atq; Doctiſſimo PETRO Goldbecken / Brandeb. Conſiſtorii Eccleſiaſtici Witteberg. Advocato nuptam dedit. Ab uxoris ſuæ morte reliquum ætatis, quod fuit annorum XIV. in viduitate piè ac ſollicitè exegit. Quòd ſi ad labores, quos in Linguæ Hebraicæ profeſſione ſuſtinuit; ſi ad moleſtias, quas in honoribus Academicis gerendis, in lectionibus obeundis, in ſcriptis ad prælum parandis, exhauſit; ſi deniq; ad curas, ærumnas, difficultates, quas in omni vitâ, præſertim autem in viduo toto expertus eſt, nos convertimus, ab unâ quidem parte occurrunt labores maximi: ab alterâ verò ſe offerunt dolores & mœrores plurimi: quæ tamen omnia vicit Patientiâ atq; Conſtantiâ. Porrò eam vitæ ſuæ rationem tenuit, ut virum bonum, rectum, apertum, ſimplicem & ab omni fuco & dolo alienum decuit: quippe cujus vita fuit plena exemplis pietatis in DEUM, dilectionis in proximum, tranquillitatis & concordiæ in Collegas, humanitatis in omnes, & illarum adeò virtutum, de quibus fortè ſatius eſſet

tacere

tacere quàm parum dicere. Decanatum Collegii Philosophici sexies gessit, Recturam Academiæ bis: idq; eâ fide & curâ, quæ ab homine impensè docto proficisci, à viro bono & cordato exigi ac præstari debet. Senior noster in Christo defunctus jam diuturno temporis intervallo valetudine fuit ægrâ atque infirmâ, quæ subinde aucta atque vehementior facta est, adeoq; ut eum ante sesquiannum lectulo penitus adfixerit, ejusq; vires non leviter adflixerit. Imbecillitati ipsius (quam senectus quæ & ipsa, ut Comicus ait, morbus est, concitaverat) die XXI. April. accessit quoq; febris æstuosa; quam quum spiritum intercluſuram animadverteret, mox salutari corporis ac sanguinis Christi viatico religiosè sumpto ad iter instans se accinxit, & nudius quartus, sicuti diximus, circa horam IV. matutinam inter devota suspiria, vitæ hujus satur, è vivorum contubernio placidè migravit. Reliquum est, ut quicumque Academicam agnoscunt jurisdictionem, tum ut honori ac memoriæ viri de re literariâ & plurimis è studiosâ juventute præclarè meriti, supremum pietatis & humanitatis officium præstent; tum ut animi sui adfectionem ergà superstites testentur; pompam lugubrem postea hora I. ex ædibus defuncti ad concionem prius funebrem in ædem Marianam, deinde ad sepulturæ locum deducendam, præsentiâ suâ cohonestent. Hoc verò etsi vel sine cujusquam cohortatione Cives Academicos prolixè facturos confidimus; tamen voluntatis quoque nostræ significationem nonnihil eam ad rem momenti allaturam speramus. P. P. Calend. Maij, Anno Epochæ Christianæ clc Iↄ cxxix.

M, LAU-

M. LAURENTIUS FABRICIUS

Dantiſcanus, ſacræ linguæ Profeſſor publicus in Celeberrima Witteber-genſi Academia, ἀναγραμματιζόμενος

En doctè pubi Sanctorum oracula vatum,
Clare Vir, enarras, illis adverſa refutans:
Sic bene: Spes ibi ſe, ſubitis, Vir magne, fugabis.

HENNINGUS ZIEGEMEIERUS.

LAURENTIUS FABRICIUS

Senior & Hebræus Profeſſor eximius

ἀναγραμ.

ALTER ERIS ERPENIUS, EXTABIS MUSIS CEU ROBOR, FAVUS, SERO FINI

ἐξήγημα,

ERPENIANO *Leida triſte Funere*
Diſpendium perpeſſa, Muſarum gravem
Lethes notam perſentit illætabilis,
Totus beato namq; in illo funere
Ah, dura fata! funeratus orbis eſt,
Quà literatus, quoq; Muſis deditus;
His debitis quis poſſet indelebilem
Hanc conqueri ſubinde cladem lacrumis.
At juſto: felices plagas deprædicans
Germanidos, quibus videre contigit
Erpenium nunc alterum veriſſimè
Sed explicatiùs loquar, videlicet
Noſtrum FABRICIUM, *lumen orbis aureum.*
ô plaude felix noſtra jam Germania
Erpenius vivit tuus, non interis
Erpenio vivente, litera tua
Nec occidunt, hæ nempe, quas oriens dedit.

Salve

Salve Vir Excellens, eris gratus mihi,
Acceptus omnibus sirempse gratiâ,
Tibi vaporabit piis in posterum
Altare victimis, tibi celsissima
Honoris erogabiturq; gloria,
Tu namq; nobis derelictis inclutæ
Extas columna, Fabrici, mœstissimis
ERPENIUS MUSIS ERIS *videlicet*
ALTER, *Sabæus ipse quas Oriens alit,*
Iuq; CEU *sublimè* ROBOR *&* FAVUS
EXTABIS, *ut rari favus divalior*
Tui Ingenî sat evidenter adserit
Hic publicè; seraq; sed coronide
SEROq; FINI, *sic beabis talibus*
In posterum favis diu Germaniam,
Plures libros, pluresq; lucubrans tomos.
Ventura prædicam: Benigno Numine
Inservies nobis diu feliciter,
Deinde sospes servies & Exteris!

JOH. BOHEMUS, P. Cæs.

EPITAPHIUM.

LAURENTIUS. FABRITIUS. DANTISCANUS. EBRÆÆ. ET. ALIARUM. ORIENTALIUM. LINGUARUM. VVITEBERGÆ. ANNOS. XXXVI. PROF. CELEBERRIMUS. BIS. FASCIBUS. HUIUS. ACADEMIÆ. POTITUS. DECANATU. PHILOSOPHICO. SEXIES. DEFUNCTUS. FACULTATIS. EIUSDEM. IMO. ET. TOTIUS. ACADEMIÆ. SENIOR. GRAVISSIMUS. ANNO. ÆTATIS. LXXV. PIE. EX. HAC. VITA. EGRESSUS. AD. DIEM. XXVIII. APRILIS. ANNI. CIↃ IↃCXXIX SUB. HOC. TUMULO. GLORIOSUM. CHRISTI. ADVENTUM. EXPECTAT.

SCRIPTA.

De Schemhamphorasch usu & abusu apud Judæos: *VVitteb.* 1596. in 8.
Partitiones Codicis Hebræi: *ibid.* 1610. in 4. 1626. in 8.
De reliquiis Sanctis Syrarum vocum in Novo Testamento asservatis: *ibid.* 1613. in 4.
Metrica Hebræorum: *ibid.* 1623. in 8.

ORATIO



ORATIO
DE VITA ET OBITU
JOHANNIS BUXTORFII,

Senioris, Linguæ Sanctæ in Academia Basileensi Professoris Publici.

Quam in frequenti Theologorum Auditorio, Basil. d. XXII. Octobr. Anno M.DC. XXIX. Publicè recensuit:

DANIEL TOSSANUS
Gymnasiarcha Basileensis.



Omine Deus, irâ tuâ deficimus, & fervente indignatione tuâ terremur: iniquitates nostras in conspectum tuum collocasti, occulta nostra in lumen faciei tuæ; nam cuncti dies nostri te irascente dilabuntur, annos nostros finimus dicto citius. Sed quis novit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?

Liceat mihi, Auditores omnium Ordinum Magnifici, Nobilissimi, Reverendi, Consultissimi, Experientissimi, Subtilissimi, liceat, inquam, mihi iisdem verbis judiciorum divinorum admirari magnitudinem, quibus vir ille divinæ familiaritatis Moses, humanæ vitæ fragilitatem deplorabat, ex eo, quòd peccatis populi provocatus Jehova Israelitarum quàm plurimos è medio sustulerat. Tametsi enim hoc ipso tempore non

non eadem severitatis documenta deprehenduntur, nec tam exiguo temporis cursu tot millia absumuntur: tamen

Mista senum ac juvenum densantur funera, nullum
Sæva caput Proserpina fugit.

Nec de fæce duntaxat hominum in vivis esse desinunt: sed curia suos luget, mœret Ministerium, tota Civitas confecta senio est, Patres Academici subsellia non pauca fidissimis Collegis contemplantur orbata. Facultas quippe Medica THOMAM PLATERUM & PETRUM RYFFIUM deplorat: Philosophia GEORGIUM SPOERLINUM lamentatur: Theologia atq; Philosophia optimum & fidissimum πυργφύλακα D. JOHANNEM BUXTORFIUM, Virum quà vocem, quà scripta, de hac Academia, ecquid dico Academia? de toto orbe Christiano meritissimum, cujus mors, quantum vulnus nobis infixerit, post mortem demum intelligimus, deincepsq; magis sumus intellecturi. Quis igitur meritò cum mose non exclamet? *Domine Deus, irâ tuâ deficimus, & fervente indignatione tuâ terremur: iniquitates nostras in conspectum tuum collocasti, occulta nostra in lumen faciei tuæ. Nam cuncti dies nostri te irascente dilabuntur, annos nostros finimus dicto citius. Sed quis novit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?*

Quandoquidem autem antiquæ & laudatæ consuetudinis esse didicimus, ut parentationibus erga viros præstantes atque altâ quâdam mente præditos justa grati officii declaratio instituatur, pietatis in BUXTORFIUM, nostræ fuerit, hac doctissimorum hominum frequentiâ quibus, quantisq; Dei donis instructus fuerit, commemorare. Non quòd ejusmodi egeat vel commendatione, vel commemoratione, utpote qui, dum in vivis erat verissimè cum Ennio dicere poterat,

Nemo me lacrymis decoret, neq; funera fletu
Faxit: Cur? volito vivu per ora virûm:

Tamen æquum est justorum, & de Ecclesia bene meritorum mortem suis æstimare momentis, ne in eam, quàm Deus instituit in populum Judaicum, incurramus reprehensionem: *Justus perit, neq; quisquam hoc in corde reponit, homines benefici tolluntur, & nemo expendit.*

Hanc verò provinciam in me suscipio, non quasi dolor meus à communi omnium vestrûm dissentiat, aut quòd aliis hoc humanitatis & Christianæ charitatis officium præreptum velim: sed ut grati amici vicibus fungar, & debitum utcunque persolvam. Non estis enim nescii, quantopere fuerit de mea

vocatione solicitus, quantaque fidelitate, quoad vixit, nostro Gymnasio præfuerit.

Unde verò Buxtorffii nostri laudes rectiùs inchoabimus, quàm ab ipsius incunabulis: Præclarè siquidem Plato, *ἀγαθοὶ ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν. Τὴν εὐγένειαν οὖν πρῶτον αὐτῶν ἐγκωμιάζωμεν, δεύτερον δὲ τὴν τροφήν τε καὶ παιδείαν, ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν τῶν ἔργων πρᾶξιν ἐπιδείξομεν, ὡς καλὴν καὶ ἀξίαν τούτων ἀπεφήναντο.* quod est si interpreteris, ***Boni extiterunt, quod ex bonis progeniti erant, quocirca generosam ipsorum originem primùm, deinde educationem institutionemq; commendabimus, præterea ostendemus, quàm præclara & his maximè consentanea facinora ediderint.*** Quam Platonis methodum imitantes, his nos circumdabimus cancellis, ut primò quàm præstans fuerit ipsius origo, ostendamus; dein Educationis ejus commendationem instituamus; ac tandem, quanta in ipso refulserint divinę bonitatis monumenta, paucis complectamur. Quæ quidem omnia vel eo nomine libentiùs attingemus, quod, quidquid dixerimus, ab adulatione erit remotissimum, cùm longè infra ejus meritum simus dicturi.

Bono igitur publico natus est JOHANNES BUXTORFIUS ***Camenæ VVestphaliæ oppido***, ipso Natali Dominico, Anno 1564. quo naturæ debitum persolverunt illi in ecclesia Dei *φωστῆρες*, ***Iohannes Calvinus***, fortissimus sanæ doctrinæ & propagator & defensor; ***Theodorus Bibliander***, variarum linguarum cognitione clarissimus; ***Andreas Gerhadus Hyperius***, Theologus gravissimus; & ***Martinus Borrhaus***, qui in hac ipsa urbe, & eodem ętatis anno, & lue epidemicâ extinctus est II. Octobris, ut Deus tantorum virorum jacturam & occasum felici ***Buxtorffii*** nativitate quodammodo videretur reparaturus. Etsi autem ipse genti Buxtorffii claram alluxit faculam, & nominis magnitudine in varias orbis partes eam disseminavit: præstantiam tamen Majorum ejus, haud humili loco habitorum Westphalia hodieque loquitur. Avum namq; habuit JOACHIMUM BUXTORFIUM, qui cùm totum se sacrarum Legum studio mancipasset, summum in eâ scientiâ *ἀξίωμα* fuerat consecutus, & Amplissimo Consulatus officio in patria condecoratus. Quemadmodum verò litteras impensè amabat & excolebat; ita cùm trigam elegantissimorum adolescentum haberet, quò doctos & eruditos illos redderet, atq; cùm ad familiæ suæ decus, tum ad utilitatem aliorum perduceret, litteris erudiendos curavit, tribusq; diversis, uti nominant, facultatibus consecravit, sed qui Medicinæ se se dediderat, THEODORICUS, immaturâ morte decessit. Alter

Patri

Patri Cognominis Jus Civile didicit, Comitum postea à Waldeck Cancellarius, & quorundam Principum Consiliarius factus, cujus filium GERLACUM BUXTORFIUM Majorum vestigia prementem, Anno 1612. in hac ipsa Academia vidimus Doctorem in U. J. ab Amplissimo viro D. D. Johanne Gut renunciatum, indeque Syndicum Bremensem spectatissimum, qui annis superioribus, legatione ad Divum Imperatorem suscepta, diem suum obiit. Tertius Joachimi Buxtorffii filius fuit JOHANNES, qui cùm sacris esset à Patre destinatus, tantos in rebus Theologicis fecit progressus, ut propter insignes animi dotes Antistes Ecclesiæ Patriæ renunciaretur. Atque hoc parente natus est μακαρίτης noster ex *Maria Volmaria* familiæ etiam non obscuræ. Et dubitabimus igitur de veritate illius venusini nostri:

---- Victrices catervæ
Sensêre, quid mens ritè, quid indoles
Nutrita faustis sub penetralibus
Posset, quid Augusti paternus
In pueros animus Nerones.
Fortes creantur fortibus & bonis,
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

Quia verò, quò sit partibus suis expleta Virtus, & ut præclarum, ac singulare quiddam existat, ad eximiam & illustrem naturam, adjūgenda videtur doctrina, studium & usus, quibus si destituta fuerit, ejus bonum turpitudine vitæ, morumque contaminabitur: Eapse fini à parentibus, ut officium postulabat, Hammonensem & Tremonensem in Scholam missus est, ut iis artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, tempestivè imbueretur: quibus in locis artium & linguarum prima tyrocinia fecit præcipuè sub viris Doctissimis *Georgio Fabricio*, Hammonensis, & *Friderico Beurhusio*, Tremonianæ Scholæ, Rectoribus: Verùm quæ rerum humanarum est inconstantia, Patre rebus humanis exempto, domū à suis fuit revocatus, ubi tamen non diu substitit, sed Marpurgū, indeq; Herbornam fuit ablegatus. Ibi quæ erat ejus φιλομαθία, & ardor discendi, audivit Theologos Consummatissimos OLEVIANUM & PISCATOREM, quorum lectiones tanti faciebat, ut non tantùm purgatas aures illis assiduè præberet, sed etiam calamo exciperet, quas tanquam κειμήλιον in suâ Bibliothecâ ad extremum vitæ terminum retinuit. Longè remotus à pravâ quorundam

ſtudioſorum conſuetudine, qui non tantùm lectiones calamo excipere, verùm etiam lectionibus intereſſe turpiſſimum judicant. Eò ſcilicet inſaniæ & vanitatis deventum eſt!

Cùm autem ſtudium ſanctæ linguæ ipſum impendio delectaret, fundamenta ejus jecit Ductore & Doctore JOHANNE PISCATORE, quam linguam, quâ erat ingenii felicitate, atq; in litterarum ſtudio aſſiduitate, tam celeriter didicit, ut non modò æqualium agmen multis paraſangis facilè præverteret, ſed etiam ſemina tum ſpargeret frugis poſtea enatæ. Illud certè non eſt diſſimulandum, quod majorem ne laudem noſtro Buxtorffio, quàm Piſcatori adferat, non ita liquet; quod optimus ille Piſcator non unis literis ad Dominum Buxtorffium confeſſus fuerit, cum de quibuſdam in verſione Bibliorum admoneretur, in ſanctæ linguæ cognitione, Magiſtrum à Diſcipulo fuiſſe ſuperatum, memor illius vulgati,

πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων

& illius Cyrilli, ἔξεστι καὶ ἀκροατὴν, καλλίονα γένεσθαι τοῦ διδασκάλου, καὶ τὸν ἔσχατον ἐλθόντα γένεσθαι πρῶτον. O ſancta humilitas! O candor niveus! quàm longè ab hoc candore illi, qui ſoli videri, ſoli audiri, ſoli docti ſalutari volunt, quaſi alii omnes bardi, ſtupidi, aſini ad eos collati. Utinam ſuperiori ſeculo ſub initium renaſcentis Evangelii, tanta animorum conſpiratio, tantumq; donorum divinorum viguiſſet æſtimium, non eò diſſenſionum, non eò virulentiæ, non eò paroxyſmorum Eccleſiæ delapſæ fuiſſent. Verùm hæc ἐν παρόδῳ: Ad Buxtorffium noſtrum revertamur. Herbornâ relictâ, cùm ab artium & linguarum principum apparatu ſic ſatis inſtructus eſſet, uberioris ingenii cultus capiendi ergò, Heidelbergam ad celeberrimum Muſarum domicilium ſe contulit, moxq; in has ſuperiores regiones, Anno 1588. ob cladem Hiſpanicam famoſiſſimo, venit, non tam locorum amœnitate captus, quàm ut *Grynæum* & *Hoſpinianum* hic Baſileæ, Dominum *Henricum Bullingerum* Tiguri, & Dominum *Theodorum Bezam* Genevæ, viros ſempiternâ prædicatione digniſſimos videret, audiret, ad ipſorum pedes ſolidiorem divinæ Theologiæ doctrinam imbiberet.

Luſtratis feliciter prædictis urbibus, & cùm nihil minus in animo haberet, quàm hìc pedem figere, tantum apud ipſum valuit D. *Johannis Jacobi Grynæi* beatiſſimæ memoriæ authoritas, ut illius conſilio & ſuaſionibus morem gereret. Cum enim ſanctiſſimus ille vir ſingularem, pro ſua ἀγχινοίᾳ, animadverteret in noſtro Buxtorffio judicii acrimoniam, indefeſſum ſtudium, morum probitatem, non tantùm ſingulari amore ſui complexus eſt, ſed etiam omnibus modis, ut hìc retine-

retur, allaboravit. Quod quò facilius ad ipsum obtineret, de honestâ conditione ipsi prospexit apud D. *Leonem Curionē*, Magni illius *Cælii Secundi Curionis* filium, de quo plura mox erunt dicenda. Quâ quidem in provincia ita se gessit, ut omnibus, qui judicare de ingeniis aliquid poterant, jucundus esset. Vivebat cū *Domino Grynæo*, colebatur à *Brandmüllero*, amabatur à quibusvis. Quia verò Hebræas literas avidè arripiebat quasi diuturnam sitim explere cupiens, idem *Grynæus* editionem Venetam Hebræorum Bibliorum elegantissimis typis excusam ei dono dedit. Sub id tempus Hebræa lingua Professorem desiderabat, *Domino Brandmüllero* propter Ministeriū, illam professionem vel resignante, vel saltem non acceptante. Non obscurum erat, quis illi in tantâ Hebræorum inopiâ substituendus esset; illud majoris difficultatis, quomodo nostro Buxtorffio, ut illâ vocationē acceptaret, persuaderetur. Neq; enim ex illo erat hominum genere, qui non exploratis animi sui viribus quodvis officium ambiunt; quin potius integrum biennium vicarium operam suscepit, quo in vicariatu tantam de se concitavit spem, ut consentientibus Patrum Academicorum suffragiis, Anno 1591. in Professorum ordinariorum numerum legitimè cooptaretur.

Hæc est illa dies albo signanda lapillo,

Hæc dies; O Academia, lucem non parvam in abstrusam divinorum mysteriorum indagationem attulit. Quid enim? Quæ antea admirabaris *Oecolampadios, Phrygiones, Münsteros Myconios, Borrhaos, Grynæos: Zasios, Ottomannos, Hospinianos, Ammerbachios; Paracelsos, Erastos, Zvvingeros, Bauhinos, Plateros: Glareanos, Buschios, Curiones, Meieros, Castelliones* Nunc *Buxtorffium* satis demirari nequis, sed attonita naturæ miraculum, & divinæ bonitatis argumentū deosculaaris.

Professor creatus biennium in cœlibatu complevit, incertus num patriam, cujus amore & dulcedine cuncti mortales ducuntur, repetiturus esset, an verò diutius in sua vocatione permansurus. Tandem sic suadentibus amicis, Virginem duxit lectissimam *Margaretham* D. *Leonis Curionis* Viri undequaq; Nobilissimi, & in hac Academia Professoris solertissimi neptem. Matrimonia fatalia nuncupantur, eam, ut opinor, ob causā, quod supreī Nūinis auspicio cōtingāt, & sæpissime ex diversis nationibus oriundi conjungantur. *Curio* utiq; natione Italus Cyriaci Taurinorum natus, ex Jacobo Troterio Curiōe, & Carlotta fœminâ nobilissimâ, cū videret sibi in Italia locū nullum esse tūtum, metu inquisitionis Tigurum, inde Bernam, & tandem Basileam venit, assumptâ secum uxore ex Nobilissimæ Isaciæ gentis familia prognatâ, & liberis suis,

inter quos fuit filia *Violanthu*, quæ Clarissimo & Præstantissimo Theologo *Hieronymo Zanchio* postea nupsit, & *Leo*, cui Pater uxorem dedit *Flaminiam Muraltam*, Martini Muralti Juris-Consulti Locarnensis & Luciæ Orellæ filiam. His parentibus oriunda *Margareta*, nostri *Buxtorffii* uxor, natione, ut auditis, Itala; Dominus autem *Buxtorffius*, ex Westphalia oriundus, regionibus certè longè dissitis: quæ tamen locorum intercapedo efficere non potuit, ut istud nobile par Cõjugum non amicè in unum conspiraret; cùm toto matrimonii curriculo concordes vixerint, nec fructus ejus exsortes fuerint, Deo illis copiosè benedicente, atque utriusq; sexûs, sequioris quidem, ut vulgus loquitur, sex, masculini autem, quinq; infantum parentes faciente. Quin Deus, quod rarissimum est, ita illis benedixit, ut noster Buxtorffius uno partu ex illa tres filios sustulerit, qui omnes, ut recordari potestis, in sũmo templo fuêre baptizati. Verùm de his nonnulla subjiciemus, si prius ingenii fœtus consideraverimus. Multis solemne est, cõtracto matrimonio, Musis nuntium remittere. Non ita affectus noster Buxtorffius, quin potius rebus domesticis prudenter dispositis, cōmodiorem nactus occasionem, nocturnâ diurnâq; manu versandi omne genus librorum sacrorum, tantâ virium animi contentione in id intentus fuit, quò Spartam suam ornaret, aut à studiis sacris nullo unquam tempore illum aut commodum abstraxerit, aut voluptas avocarit, aut somnus retardarit: quin tam sancta in eo conspecta fuit pertinacia, ut singulis diebus octo, interdum decem horas, quantum quidẽ per valetudinem & publica negotia licebat, uni illi studio consecraret, à quo, ne in senectute quidem, quæ laboribus cęteroquin tantis sustinendis impar, discedere voluit. Quoniam verò gemina eruditionis acquirendæ via est, librorum altera, altera vivæ vocis, nõ contentus coëmisse libros Hebræos omnis generis, quorum habet Bibliothecam instructissimam, & quę cum omnibus privatis in Europa bibliothecis certare audeat: Judæorum etiam conversationem adhibuit, quâ factum est, ut propriis sumptibus sæpe per aliquot menses Judæos in ædibus aleret, & ab iis quicquid secretioris & reconditioris doctrinæ, quicquid rituum & Ceremoniarum Judaicarum est, rimaretur successu planè admirabili ut ipsius libri, quos exegit, ære perenniores, documenta suggerunt ad omnem memoriam illustrissima. Nullatenus enim imitatus est eos, qui sibi nati ac suis Camœnis, inglorio in otio consenescunt, sed præsentium & posterorum negotium egit, dum quæ prodesse possent, vigiliis & curis multis conscripsit. Edidit enim An. 1602. MA-

NUA-

NUALE, felix surgentis famæ auspicium: moxque Anno 1603. SYNAGOGAM JUDAICAM, cujus editione tum aliis, tum inprimis illi Musarum Aristiti JOSEPHO SCALIGERO, cœpit innotescere, qui eâ occasione ad ipsum Buxtorffium in hunc modum rescripsit: *Meum de eruditione tua judicium, quod ex lectione synagogæ tuæ Iudaicæ, amico nostro Iacobo ad Portum exposui, fecit, ut is me non solùm in eâ sententiâ confirmaret, sed etiam, ut, quem laudabam antea, mirari & amare cœperim.* Deinde aliis atq; aliis ad unguem factis monumentis obligavit sibi rem litterariam. Nam insuper publici juris fecit EPISTOLAS HEBRAICAS, Anno eodem 1603. THESAURUM GRAMMATICM, Anno 1609. & EPITOMEN, An. 1605. LEXICON HEBRAICUM, Anno 1607. De ABBREVIATURIS HEBRAICIS libellum: recensionem Operis THALMUDICI & BIBLIOTHECAM RABBINICAM An. 1613. GRAMMATICAM CHALDAICAM ET SYRIACAM. An. 1615. BIBLIA MAGNA HEBRAICA & CHALDÆA An. 1618. TIBERIADEM, sive Cōmentarium Masoreticum An. 1619.

Quibus lucubrationibus, tantam nominis celebritatem fuit consecutus, ut non tantùm omnia exemplaria brevi tempore distracta, & aliquoties magno numero recusa, verùm etiam, ut nullus in orbe Christiano locus daretur, in quo Buxtorffius non esset admirationi. Omnia pulpita linguæ sanctæ Præceptorem, & propemodum unicum agnoscere cœperunt Buxtorffium. Judæi per totam Germaniam, Poloniam, Moraviam, Bohemiam, Italiam creberrimis ipsum literis fatigarunt, adeò ut non Centurias, sed Myriadas Hebraicarum epistolarum à diversis Judæis exaratarum in ipsius bibliotheca reperire sit: quin integræ synagogæ ex omnibus mundi angulis Buxtorffium publicis litteris salutarunt, & mirum in modum deprædicarunt.

Inter Christianos verò, quis quæso magni nominis, qui illum non unicè sit amplexus, qui amicitiam ejus non ambiverit, qui de rebus gravissimis ipsius judicium non expetiverit, qui non laudibus ad cœlum usq; sustulerit? Quod ne auribus vestris id me dare putetis, Viri planè divini Nobilissimique PHILIPPI MORNÆI, Plessiaci Domini, judicium nolite quæso vituperare: *In hac causa* (Judæorum conversionem intelligens) *quod potui præstiti lubens, non tum utiq; operæ pretium facturus, quàm hoc tanquā signo dato opem operamq; doctiorū, tuam inprimis* (*sic μακαρίτην nostrū alloquitur*) *ad tam necessariū opus excitaturus, nempe qui in eorum seu adyta seu abdita penitissimè ingressus nosceris: quique ridicula eorundem*

commenta unus omnium optimè nudaveris, everteris, unus maximè ad ipsorum institutionem, conversionem natus datusque videaris. A quo non abludit JOSEPHI SCALIGERI omnibus modis Maximi judicium, qui modò *Rabbinorum* ipsum facit *Praeceptorem*, ad cujus pedes *David de Pomis* discere debeat, modò se discipulum eius profitetur. *Cùm amor linguarum* (inquit ille) *in Italia, Galliâ & Germaniâ quotidie tepescat, in nulla sanè hoc magis cernitur, quàm in Hebraica; quemadmodum igitur, quia non habent, qui eos manu ad fontem deducat, aut saltem ad illud studium accendat, ita non dubium est, si novum aliquod opus nacti sint, ex quo doctrina illius institutiones, exempla & praecepta haurire possint, quin ex illa causa tanto propensiores sint ad Hebraismum amplectendum futuri, quantum ex inopia ab eo deterrebantur: Nullus hodie vivit* (audite judicium judiciosissimi viri) *qui eam provinciam melius administrare possit, quàm* TU. *Quodsi hoc à te impetravimus, ego primus in tuis discipulis* (Deus bone, quantum discipulum!) *nomen profiteor meum, qui quod minus in Hebraicis profecerim, id partim ingenioli tenuitati, partim librorum & Magistrorum penuriae adscribo; Itaq; nunquam pudebit γεράσκειν πολλὰ διδασκόμενον, neque me tam pudet nescire fateri, quàm dolet unde discam non habere.*

Scaligero adjungo ISAACUM CASAUBONUM, Criticorum illum Coryphaeum. *Cùm ante* (compellat μακαρίτην nostrum) *annos aliquot casu in meas manus tuorum aliquid scriptorum incidisset, ita mihi eorum lectione contigit affici, ut semper ex illo tempore, & te & tuas vigilias apud omnes praedicaverim. Non quoties huc illuc oculos per Europam circumfero, paucos omninò video, qui pari tecum laude in eo genere litterarum hodie versentur: Omitto peritiam rituum Hebraicorum, & hodiernae synagogae, quarum rerum notitiâ videris omnes antecellere, qui inter Christianos, de eo argumento libros hactenus ediderunt: tuus insuper insignis candor, & insumma eruditione par modestia, & quod facilè scripta arguunt, probitas eximia legentem me tua scripta eximiè ceperunt.*

Consona planè sunt DANIELIS HEINSII, qui etiamnum lumen & ornamentum est Academiae Lugdunensis. *Ego, mi Buxtorffi.* (verba sunt hujus litterarum Antesignani) *ex quo primùm eximia praeclara eruditionis tuae monumenta legi, partim etiam non rarò, quid de iis judicaret Scaliger ὁ μακαρίτης, intellexi, singulari & propemodum incredibili amore tui inflammatus fui, qui, cùm tuus prolixè accendat, quo crescat ampliùs, non habet.*

Pri-

Privatis tantorum virorum judiciis publicum subjicio *Facultatis Theologicæ Argentinensis*, elogium non usq; admodum nuper ad nostrum B. missum: *Ut omnes qui Hebræa vel à limine salutarunt, nominis tui famam maximi faciunt, teq; facilè Primatem atq; Antistitem omnium hujus seculi Hebræorum Doctorum agnoscunt, qui pulchrâ methodo, brevitate, perspicuitate, ea quæ ab aliis confusè, prolixe, obscurè olim fuerunt congesta, tradis: ita posteriora opera tua, quæ accuratæ sacri codicis lectioni & intelligentiæ plurimùm inserviunt, summa admiratione venerantur, utpote in quibus nihil vulgatum, nihil aut certè per exiguum à Majoribus inventum: omnia autem rara, eximia & secretâ eruditione plena, omnia fere (divinis auspiciis) tuo acumine, labore, industriâ recens eruta, & in lucem producta conspiciunt. Ac tale etiam est, quod jam sub manu habes incomparabile Concordantiarum Hebræorum opus, quo temetipsum quodammodò vincere videris; cujus præstantiam, utilitatem, fructum sentient omnes, qui per universum terrarum orbem sacros fontes amant, & veram divinæ naturæ ac voluntatis notitiam inde haurire atq; proponere aliis cupiunt. Gratulamur nobis, & doctæ posteritati de tanto thesauro, quo Deus per te secula hæc ultima beat.*

Ne verò orthodoxis duntaxat illius lucubrationes probatas putetis, Pontificii ipsi tantum ejus doctrinæ detulerunt, ut Jesuitæ non solùm Buxtorffij visendi gratiâ non pauci huc venerint, ipsius colloquio delectati fuerint, libros omnes ab ipso editos coëmerint: Verùm etiam optimi inter eos Hebræi ad ipsum scripserint, cujus rei vel unus *Franciscus Donatus, Romanus, ordinis Prædicatorum in Conventu S. Mariæ super Minervam*, documento esse potest, qui superioribus annis ad eum inter alia hæc scripsit: Tres linguæ Hebrææ tractatus edidi, quorum unus est de accentibus, alter de abbreviaturis, tertius doctrinam Christianam Hebraico sermone conscriptam variasq; sacrarum rerum versiones complectitur, quæ omnia cùm currenti calamo succinctèq; perscripserim, tum propter typographi avaritiam, ne in magnum volumen excresceret, tum etiam propter temporis inopiam, eruditissimis Doctissimisq; tuis notis ac Comentariis te ea illustrare summopere cuperem, cùm te Doctissimum Virum toto terrarum orbe cognitum, ac perspectum esse cognoscam, tuamq; doctrinam, imò te ipsum unicè diligam. Nec me latet, quàm plures te in lucem dedisse libros omni scientiâ & eruditione refertos quorum aliquos hîc Romæ vidi, in quibus emendis nulli pretio

pecuniæve peperci, ac eis summopere delectatus, tanquam thesaurum eos apud me teneo.

Quorsum verò tam multa? Ut intelligatis, Auditores, Sanctæ Linguæ cognitionem divino beneficio & munere adeò cumulatè illi contigisse, ut ei ex omni seculorum memoria comparari pauci, anteponi haud scio an ulli possint: Ut intelligatis etiam, quam justas causas habeamus in sacco & cinere resipiscendi, Deumq; ardentibus votis solicitandi, ut reliqua hujus Academiæ ornamenta diu velit esse salva, atq; in defunctorum locum viros pios & doctos surrogare, qui pari pietate, parique diligentiâ, quâ denati, officium suum peragant: Ut intelligatis insuper, Celeberrimas Academias justissimis de causis de illo ad se pertrahendo fuisse solicitas.

Cùm enim ob ingenii præstantiam & doctrinam, ut vidimus, immortale nomen sibi comparavisset, literis humanissimis Salmurium ad Professionem Hebræam Anno 1611. mense Sextili vocatus fuit à Rectore Magnifico, Nobilissimo Viro, Domino Bodio à Trochoredia Professore Theologiæ.

Idem fecit annis superioribus deprædicatissima Lugdunensis Academia, oblato perquam honesto stipendio. Quid verò animi fuisse putatis nostro μακαρίτῃ? Quàm variis cogitationibus fuisse distractum existimatis? Naturâ unicuiq; gratificabatur, quanto libentius tam honestæ, tam sanctæ, tam divinæ morem gessisset vocationi? Quantos jucunditatis & eruditionis fructus percepisset vel Salmurii cum incomparabili illo viro, Philippo Mornæo, & prædicto Nobili Bodio, aliisq;? vel Lugduni Batavorum cum illis totius terrarum orbis luminibus, ut alios tacitos relinquamus, Baudiis, Heinsiis? Sed quid faceret? Ab altera parte tot beneficia, quibus Basilea ipsum multis ab annis cumulaverat, retrahebant, non ignorabat se summum in hac Academia gessisse Magistratum, recordabatur Professionem Theologicam non ita pridem sibi à Patribus Academicis fuisse oblatam: Videbat novâ stipendij auctione factâ ab Amplissimo & Munificentissimo hujus urbis Magistratu se ad remanendum invitari. Itaq; maluit deesse amicorum votis, quàm ingrati animi culpam in se derivare. Quemadmodum autem in scribendo fuit admirabilis, ita publicè docendo tantam perspicuitatem, tantamque ἀκρίβειαν adhibuit, ut omnes in admirationem sui raperet, quo factum est, ut plurimi ex Germaniâ, Galliâ, Angliâ, Scotiâ,

Daniâ

Daniâ ejus audiendi gratiâ huc venerint. Cujus rei testis esse potes, doctissime *Iohannes Schvvanigi*, propter insignes animi tui dotes commendatissime, cui ita Buxtorffii publicè privatimq; docentis placuit conversatio, ut te nec sumptuum, nec difficultatum, quæ in itinere maximæ fuerunt devorandæ, pœniteat.

Quoniam verò doctrina sine pietate est instar gladii in manu furiosi, dicendum etiam est aliquid de ejus virtutibus, quæ cum eruditione ita certarunt, ut dubium fuerit utrum melior an doctior? E virtutum choro maximè refulserunt in eo Pietas in Deum, Humilitas, & Candor. Pietatem in sacris frequentandis, in meditatione sacrorum, liberalitate erga pauperes, domesticâ suorum institutione sat abundè testatus est: ut nihil dicam de ipsius scriptis, quæ singularem spirant pietatem, quæ se offert cuivis attento lectori, ut ex Casaubono paulò antè intelleximus. Humilitatis porrò non parvæ fuit, quòd Professionem Theologicam modestè recusavit Euripidi auscultans πᾶν σύντροφον γλυκύ: quodq; fasces Academicos anno superiore deprecatus, quòd alienas vigilias non carpsit, nemiuem, quæ pessima est hujus insanientis mundi consuetudo, dente maligno rosit, neminem suâ laude defraudavit, sed suam cuiq, intactam atq; illibatam reliquit. Candor ipsius manifestior quàm ut plura de eo dicenda. Nihil in ipso simulati, nihil fucati, nihil fraudulenti deprehendebatur, mirus oris & cordis consensus; summatim talis fuit, quales pleriq; haberi volunt, vixit talis, quales optimi mori cupiunt, cujus vitam (ut de Huberto Laugneto refert Mornæus) optimè actam mors optima, mors placidissima, mors in Christo beatissima & beatissimæ vitæ proxima laude & gloria coronavit.

Nam ut ad extremum vitæ actum, fabulæq; catastrophen, tristem illam quidem, sed in qua sunt omnia, veniamus. Septimo superioris mensis sub vesperam frigidus horror membra, totumq; corpus pervasit, quem noctu calor vehemens excepit; Die subsequente sudoris excitandi causâ theriacam sumpsit, verùm à prandio in sinistro dorsi latere anthrax apparuit, & cum eo morbus invalescere cœpit, sic tamen ut integrum adhuc diem in suo Musæo remaneret, adeò ut, quod Cicero de Gallo dicebat, illum fuisse visum mori in studio dimetiendi cœli atque terræ, verissimè de nostro BUXTORFIO dicere possimus, illum mortuum in suis divinis studiis, inprimisque adornando Concordantiarum opere: Cujus operis Con-

Confectio tam jucunda ipsi fuit, ut non modò absterserit omnes senectutis molestias, sed effecerit etiam mollem & jucundam senectutem.

Quas verò existimatis fuisse nostri Buxtorffij cogitationes cùm morbo corriperetur? Easdem planè, quas Davidis fuisse legimus, cùm à degenere Absolomo regno exueretur. Etenim cùm Tzadoc sacerdos & Universi Levitæ portarent arcam fœderis, & deponerent illam in loco idoneo, dixit David ad eum; *Reduc arcam Dei in urbem, si nactus fuero favorem coram Domino, me restituet, ostendetque mihi & se, & habitaculum suum: quod si dixerit, nihil te delector, presto sum, faciat mecum quod sibi bonum visum fuerit.* Eadem planè nostri Buxtorffij sententia; eadem voluntas: nam cùm à filio de morbi qualitate interrogaretur, respondit: mihi perinde est sive evocer, sive superstes maneam, ego satis diu vixi. Si Deus velit, ut ei diutius inserviam, libenter id faciam, ut Ecclesiæ & scholis prosim, alioquin propter causas terrenas, ne per momentum quidem diutius vivere cupio: sin aliter Deo visum sit, fiat ejus voluntas. Quâ sententiâ quâq; resolutione, in ipso mortis limine, quid poterat dici melius, vel illi tempori accommodatius?

Eodem manè antequam lectum teneret, in schedulâ quâdam omnium Professorum nomina consignarat, quorum diē extremum in hac urbe viderat, quâ consignatione haud obscurè significabat, se brevi illis in Academia cælesti aggregandum.

Impius fuero in Deum, cujus de laudibus agitur, & injurius in manes Buxtorffij, & posteritatem, nisi hîc subjiciam, quod nullo modo silentio involvendum est. Tertiô à prima invasione morbi die, qui â Mercurio nomen habet, horâ tertiâ matutinâ surrexerat, & in Concordantiis suis adhuc laboraverat, in quibus colophonem tum imposuit in nomine divino אדני. Nam cùm demum animadvertisset in antiquis Concordantiis illius seriem deesse, studiosè omnia loca collegit, ac descripsit, numero 134. Ita ut, quem laborem in Dei Nomine inchoaverat, cui per totam vitam inservierat, verè quoq; in Nomine ejus maturitate tempestivâ clauderet. Verius utiq; & religiosius, quàm Theocritus in honorem sui Jovis fecerat, sic canens alicubi,

ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ εἰς Δία λήγετε Μοῦσαι. Aptissima, refert Cicero in Catone, arma senectutis, artes exercitationesq; virtutum, quæ in omni ætate cultæ, cùm multum diuque vixeris, mirificos afferunt fructus, non solùm

quia

quia nunquam deserunt, ne in extremo quidem tempore ætatis, verùm etiam quia conscientia bene actæ vitæ, multorumq; benefactorum recordatio jucundissima est. Fateamur necesse est optimum nostrum senem aptissimis senectutis armis fuisse instructum, non solùm artibus humanioribus, sed verâ Dei pietate, quæ ipsum in sepulcrum usq; est comitata.

Insequēte die lecto affixus fuit, sic tamen ut nobiliores partes nondum laborare inciperent, nec ullum vitæ periculum subesse crederetur, donec die Sabbathi venenum latius serpere visum est, quod tamē obstaculo nō fuit, quo minùs totā ferè noctem dormiret, argumēto certissimo jā jā instātis sēpiterni sabbathi, cujus initia in corde suo sētiebat. Die nāq; Dominico, qui ipsi fuit in hoc mundo novissimus, nec de internis, nec de externis doloribus conquestus est, sed ad extremum vitę halitum, mente integrâ usus, piis sermonibus fidem suam testatus est, supremamq; anima piissima vocem emisit, se Deo nihil præscribere velle, sed in ejus voluntate acquiescere. Nullum ergo dubium est, quin postquàm præclarum certamen decertavit, fidem servavit, & cursum suum peregit, sanctissima & beatissima ejus anima nunc non in Elysiis & fictitiis poëtarum campis, sed in concilio beatorum angelorum atque electorum hominum ævum agat æternum, & amarantinâ gloriæ coronâ illustris summo triumphet gaudio.

Habetis, Auditores, ortum, progressum & exitum Nostri Buxtorffij, qui 13. Septembris placidè sub horam secundam vespertinam in Domino obdormivit, cùm vixisset annos 64. menses 8. dies 19. relicto sui apud omnes ut acerbo & luctuoso, sic longè honestissimo affectu & desiderio, cùm nemo tam plenis, tam absolutis viri laudibus non possit non favere.

Reliquit in hac via fidissimam thori sociam & castissimam matronam, *Margaretam Curioniam*, cum septenis liberis (qui ex undenis, quam diu supremo vitæ arbitro visum fuerit, superant,) filiis duobus & quinq; filiabus, quarum duæ nubiles sub matris sunt imperio, tres autem honestissimè elocatæ. Habet enim *Magdalena* virum Reverendum & Clarissimum Dominum *Theodorum Zwingerum*, celeberrimi Doctoris Jacobi Zwingeri filium, & magni Theodori nepotem, Pastorem in hac urbe ad Divum Theodorum vigilantissimum, cujus in laudes, si jam exspatiari vellem, latus se campus aperiret. Præterquam enim Magnorum virorum filius & nepos, tantis vir-

tutibus

tutibus est ornatus, ut quæ in parente ejus refulgebant, in ipsum translatæ sint, pietas in Deum, caritas in proximum, indefessum in visitandis & erigendis ægris studium, facundia verò tanta, tantusq; Zelus, ut nulli suorum Auditorum non sit gratissimus: sed novi ipsius ingenium, quæ singularis est ejus modestia, ab ejusmodi præconio esse alienissimum.

Altera nupsit viro etiam Reverendo & Doctissimo Domino *Samueli Grynæo*, ad Divum Leonhardum in hac quoq; urbe Ministro diligentissimo, ex florentissimâ Grynæorum familiâ, quæ nobis Simeones, Samueles, Johannes Jacobos dedit, viros ab artibus & scientiis humanioribus atq; Theologiâ instructissimos, quorum vestigia, vir honorande premis, qui quam fidelem operam præstes Collegâ destitutus *in hac* contagione, notius est, quàm ut loquelam requirat.

Tertia elocata est Domino *Ludovico* König/juniori, Mercatori honestissimo. Lucius Æmilius & P. Africanus, Catone judice, comitatu nobilium juvenum fortunati videbantur. Rectiùs Dixerimus Beatum nostrum Buxtorfiũ, cujus senectus stipata tantis studiis juventutis, Zvvingeri puto, Grynæi, & Johannis filii, de quo quid referam? Ad te enim, clarissime & Doctissime *Buxtorffi*, me confero. Isocrates optabat Demonicum suum esse μιμητὴν καὶ ζηλωτὴν τῆς πατρῴας ἀρετῆς, ὅτι αἰσχρὸν τοὺς γραφεῖς ἀπεικάζειν τὰ καλὰ τῶν ζώων, τοὺς δὲ παῖδας μὴ μιμεῖσθαι τοὺς σπουδαίους, τῶν γονέων. Verè tu paternæ virtutis & eruditionis æmulus & hæres es. Quid in cognitione linguarum orientalium profeceris, testes sunt ingenii tui fœtus, Lexicon Chaldaicum & Syriacum, Doctorq; Perplexorum, quibus tantam nominis famam tibi conciliasti, ut vir magni nominis, Doctorem Perplexorum commendationem suam superare fateatur, nullusq; dubitet, quin omnibus in ejusmodi studiò versantibus viam prævêris. Scis quanta, quàm utilia, quàm necessaria Parens reliquerit opera posthuma. Illi enim idem accidit, quod magnis viris plerumq; usu venire consuevit, ut in magnorum operum confectione moriantur: prout nuper vidimus venerandum senem, *Danielem Chamierum*, in illo consummatissimo opere Theologico mortuum. Mortuus est, ut scis, Parens tuus, cùm sub prælo haberet CONCORDANTIARUM OPUS, *quo nihil hactenus* (aliorum verba refero) *à Christiano homine aut utilius præstitum, aut majus expectari potest*. Reliquit enim LEXICON CHALDAICUM, RABBINICUM ET TALMUDICUM, in omnes Hebræos & Chaldæos libros viam osten-

ostendens,& q. clavem continens,quod opus, non in nonum annum,ut monet Horatius,sed in vigesimum pressit. Habet & ipsius Bibliotheca COMMENTARIUM CHALDAICUM, Notas criticas accuratissimas in paraphrasin Chaldaicam Bibliorum Hebræorum continentem, itemq; Manuscriptum PUGIONEM MARTINI RAIMUNDI contra Judæos; & alia bono publico inservientia. Hæ igitur, Doctissime Johannes, sint exercitationes ingenii, hæc curricula mentis, in his desudes atq; labores,ut egregiè facis,quò tantorum laborum à parente exantlatorum utilitas posteris transmittatur. Hanc palmam Deus tibi reservavit,ut patris reliquias persequaris. Qui, quoniam non unius anni labor est, largiatur tibi Deus in hac communi patriæ conturbatione & calamitate, sanitatem & vires, quò extremam illis operibus manum imponere valeas, atq; ita jacturam, quam ex parentis discessu fecimus, minùs gravem sentiamus. Quemadmodum n. parum refert, an aqua decurrens intercipiatur atq; abeat, si fons, ex quo fluxerat, salvus sit: Ita minus erit incommodi, si in te paterna virtus, paterna pietas, paterna eruditio vireat, vigeat & floreat. Interim, ô beatissima Buxtorffij anima, quoniam qui verè amãt, animos amant, non corpora; animorum verò copulam nulla vis, nulla temporum, nulla locorum intercapedo potest dirimere, nobis in æternum eris conjunctissima, nulla locorum intercapedo nos dirimet. Tu quidem à servitute in libertatem, de ærumnis ad felicitatem, de caligine in lucem, de periculis in tutum, de morte ad vitam de morbis ad immortalitatem, de tot malis ad summum bonum, de caducis ad æterna, de terrenis ad cœlestia, denq; ab hominũ colluvione ad angelorũ contuberniũ traducta es, attamẽ memoriã tuã excipient omnes anni consequentes. Verum ut unde est orsa, in eodem terminetur oratio mea, *Domine Deus, irâ tuâ deficimus, & fervente indignatione tuâ terremur: iniquitates nostras in conspectũ tuum collocâsti, occulta nostra in lumen faciei tuæ, nam cuncti dies nostri, te irascente, dilabuntur, annos nostros finimus dicto citius. Sed ô Domine usq; quò obliviscēris nostri in finem? usq; quo avertis faciem tuam à nobis? Quàm diu ponemus consilium in anima nostra, dolorem in corde nostro per diem? Desine irarum, desine percussionum, desine flagellationum. Peccavimus quidem, iniquè egim⁹, ac pro summis tuis beneficiis ingrati fuimus, sed delicti veniam petimus, ut ignoscas oram⁹, si nemo impetravit, arroganter, si plurimi, ut revera plurimi & propemodũ infiniti, tu idẽ fer opem. Iube Angelũ gladiũ furoris tui in vaginã recondere, ne indignat. tuâ consumamur. Amici tui, tui electi,*

tui

tui turtures, tui filii sumus: Quia amici, contra inimicos tuos juxta atq; nostros nos protege: quia electi, immotos ceu mentem Sionis nos praesta: quia turtures, sub umbra alarum tuarum custodi: quia filii, regni haereditatem filiis praeparatam largire. Redde tot ecclesiis halcyonia, quae saevis nunc concutiuntur, & propemodum submerguntur tempestatibus. Earum nutritios vel in exilio degentes, vel domi languentes instrue robore potentia tuae, salutaria consilia illis subministra, pone ipsos in benedictionem. Inprimis autem hanc Remp. & in ea hanc florentissimam Academiam, hanc Tzoar, hanc Sareptam ceu pupillam oculi tui custodi, quò tranquillam & quietam vitam cum omni pietati transigamus, usq; dum in virum adultum evadamus, & sanctissimo tuo, angelorum tuorum, spirituum consummatorum colloquio perfruamur.

IN OBITUM SUMMI VIRI JOHANNIS BUXTORFII.

Si fas est, Vir magne, tuos accedere manes,
  Quem candor niveus, quem tibi junxit amor;
Perculso quacunq; patet cum gentibus orbe,
  Privatos gemitus ad tua busta fero.
Europa ingenti lachrymas effundit alumno,
  Tecum pars Asiae prima, sepulta jacet.
Nec tantum infelix Solyme sua damna recenset,
  Quae visa est iterum, te moriente, capi:
Cum victa victrix Babylon sua pectora tundit,
  Et jungit gemitus utraq; laesa suos.
Nec jam foemineum sibi vindicat illa laborem,
  Quae melius tali stat recidiva manu.
Nec tumuli post busta tui memorentur Jones,
  Nec se Pyramidum nobile jactet opus,
Nec Mausolei pendentia fornice tecta,
  Et testata suum cornibus ara Deum.
Omnia priscorum post se monumenta relinquit,
  Quae terris cineres monstrat, amice, tuos.

DANIEL HEINSIUS.

Siccine Musarum privasti luce parentem
  Tetra lues? nunquam lux ea morte perit.
Aethereâ quamvis non vescitur amplius aurâ,
  Aeternâ hunc famâ vivere fata volunt.

Tu

Tu mea mens moritur, tu sanctam desere Linguam:
Tu Targum, Talmud, abjice, perde, cave:
Si tibi quando viri moritur nomenq; decusq;
Qui tibi, dum vixit, vivere mente dedit.
Plangite Judæi, qui vestram discere linguam
Vos docuit, cecidit, nec rediturus abest.
Plangite Rabbini, qui vobis vestra reclusit
Abdita, jam irato abscondidit illa Deo.
Plangite, quos Christus carâ sibi morte redemit,
Dux vobis, doctor, luxq; decusq; jacet.
LUDOVICUS DE DIEU.

EPITAPHIUM.

C. S.
JOHANNI BUXTORFFIO
CAMENSI VVESTPHALO
LINGUÆ SANCTÆ IN BAS. ATHENÆO
PROFESSORI PER ANN. XXXIIX.
QUEM LINGUARUM ORIENTALIUM
HEBRÆÆ, CHALDÆÆ, SYRÆ,
EXACTA COGNITIO
CUM MONUMENTIS LITERAR.
INCOMPARABILIBUS
URBI ET ORBI
ADMIRABILEM REDDIDERUNT;
LUE PESTIFERA MAGNIS LABORIBUS
EHEU! PRÆMATURE EREPTO,
MARGARETA CURIONIA CONIUX
LIBERIQ. MOESTISS.
MARIT. PARENT. DESIDERATISS.
C. L. P. P.
B. ANN. LXV.
Θ. ANN. M. DC. XXIX.
IDIB. SEPT.

SCRIPTA.

Manuale Hebraicum & Chaldaicum: *Basil.* 1602. 1613. 1630 1658. in 12.
Synagoga Judaica: *ibid.* 1603. 1641. 1661. in 8. *Hanov.* 1614. 1622 in 12.
Germanicè: *Basil.* 1643. 1649. in 8.
Belgicè: *Amsterod.* 1650. in 8.

Institutio Epistolaris Hebraica: *ibid.* 1603. 1610. 1629. in 8.

Epitome Grammaticæ Hebrææ: *ibid.* 1605. 1613. 1620. 1640. 1656. 1669. *Amsterod.* 1645. *Franek.* 1665. *Vltrajecti* 1675. in 8.

Epitome radicum Hebraicarum & Chaldaicarum: *ibid.* 1607. in 8.

Lexicon Hebraicum & Chaldaicum. Accessit Lexicon breve Rabbinico-Philosophicum: *ibid.* 1607. 1621. 1645. 1665. 1663. *Amster.* 1654. in 8.

Thesaurus Grammaticus linguæ sanctæ Hebrææ: *ibid.* 1609. 1615. 1620. 1651. 1663. in 8.

De Abbreviaturis Hebraicis liber novus & copiosus; cui accesserunt operis Thalmudici brevis recensio, cum ejusdem librorum & capitum indice. Item Bibliotheca Rabbinica nova ordine Alphabetico disposita: *ibid.* 1615. 1650. in 8.

Grammatica Chaldaica & Syriaca: *ibid* 1615. 1650 in 8.

Biblia sacra Hebraica & Chaldaica, cum selectissimis Hebræorum Interpretum commentariis; Nasona magna & parva, nec non textu Chaldaico, qui Targum dicitur, purgato: *ibid.* 1620. in fol.

Tiberias sive Commentar. Masorethicus: *ibid.* 1620. 1665. in 4.

Concordantiæ Bibliorum Hebraicæ & novæ Concordantiæ Chaldaicæ: *ibid.* 1632. in fol. Epitome Concordantiarum indice Latino, edente Christ. Revis: *Francof. ad Oderam* 1676. in 8.

Lexicon Chaldaicum Talmudicum & Rabbinicum: *Basileæ* 1640. in 8.



ORA-



ORATIO
In funere
Præstantissimi Eruditissimiq; Viri,
FRANCONIS BURGERSDICII,
Philosophiæ in Academia Lugduno-Batav. Professoris clarissimi,
habita,
à
PETRO CUNÆO,
Juris & Politices Professore.



Andavimus hodie terræ virum præstantissimum eruditissimumq; Franconem Burgersdicium, cujus extant in Academiam hanc nostram tam ingentia merita, ut quicquid honoris impensum ante exequiis clarissimorum professorum antiquo more fuit, id neutiquam denegandum hujus memoriæ sit. Traditum per manus a J Ctis nostris est, nihil facilè mutandum ex solennibus esse, atq; in minimis quoq; rebus omnia priscæ consuetudinis servari momenta oportere. Id exemplum Senatus noster Academicus secutus huic, quem extulimus nunc, eximio viro justa peragi, atq; ejus rei causâ diē hunc honoratum esse voluit. Ego, quemadmodum id fieri debere ex æquo bonoq; animo intelligo, ita mirari vehementer vos credo, cur delecta ad eam rem potissimum mea sit opera. Certè enim nemo omnium erat, cui plures prodesse causæ ad excusationem poterant. Nam nec Jurisconsulti erat Philosopho parentare, cùm maximam habeant diversitatem sacra utriusq; : & prætereà, etsi reperiri fortasse aliquid affinitatis inter hæc possit, tamen est nunc is status meus, qui vix ferat curam excultæ dissertationis. Adeò enim fuit & paulò antè

& nunc iterum novissimè intra octo dies miserum in modum turbata funere & luctu domestico ex diversis longè causis familia mea, ut me non aliarum modò rerum sed etiam mei ipsius penè ceperit oblivio. Quare venia mihi concedenda erat, cui illud in hâc sorte tristissimum est, quòd ea, quæ amicis tribuenda sunt, officia non habeo in meâ potestate. Sed cum hæc, & alia hujusmodi plura obtenderem, relatum mihi à plerisque collegis meis est, obnixè id petiisse pene à singulis defunctum nostrum, uti apud me intercederent, ne extremum hoc pietatis munus precibus morituri denegarem. Et similia atq; eadem erant, quæ ipse me verbis desertis, cùm identidem ei adessem, rogavit. Equidem scio fidei commissa, quæ hujus generis sunt, nullam juris aut legum necessitatem habere, ac tantum pudore ac verecundiâ eorum, qui rogantur, contineri. Sed tamen ille ipse pudor, atq; hæc verecundia tantas apud me vires habuit, ut maluerim pauca quædam, quę ad defuncti vitam, studia, atque instituta pertinent, languidè ac sine ullo animi vigore dicere, quàm morem non gerere amico optimo intertimoq;, cujus manibus nihil nunc persolvere magis queo. Sed facessat tandem operosa prælocutio, & quod res atq; hic locus postular, exequamur. Natus est Burgersdicius noster an. Domini nost. Jesu Christi millesimo quingentesimo & nonagesimo, Lyræ, qui pagus est in agro Delfensi, duobus miliaribus ab urbe distans. Pater ei fuit Petrus Burgersdicius, studiis quidem literarum haud admodum excultus, sed tamen latinæ linguæ non ignarus. Matrem habuit Catharinam, cui Avunculus fuit clarissimus Hugo Blotius, gravis & egregii ingenii orator, qui præfuit celeberrimæ bibliothecæ Maximiliani & Rudolphi II. Imperatorum, quam inter opes suas & inter publica seculi argumenta tunc ostentavit Vienna. Utique, etsi collega noster rure editus est, non tamen defuit ei in familia materna illustre Blotiorum nomen, quod ei ad doctrinæ virtutisq; excellentiam fecit auspicium. Quòd si verò vel maximè nullum honorem conciliare natalibus suis ex propinquorum cognatorumque splendore posset, nihil tamen ea res imminueret summam virtutem ejus; atque inusitatas illas dotes, quas in ejus pectore collocaverat cœli benignitas. Potest ex casâ vir magnus prodire, quemadmodum ex deformi humiliq; corpore formosus animus atq; excelsus. Imò quosdam videtur in hoc natura obscuro locorum ortu edere, ut approbet virtutem ubiq; nasci. Bona mens omnibus patet, nec rejicit quenquam, i ec eligi. Patricius Socrates non fuit. Cleanthes aquam tra-

xit & rigando hortulo locavit manus. Anacharsis ex crasso Scytharum aëre atq; ex vervecum patriâ, Marcus Tullius Cicero ex Arpinati agro solâ vi ingenii industriæq; ad summum gloriæ pervenerunt. Nemo majorum prius in gloriam eorum vixerat, nec quod ante ipsos fuit, ipsorum erat. Philosophia fuit, nempe hæc recta, atq; hæc cordata, quæ illos non accepit nobiles, sed fecit, quæ plerumq; rerum dominos fugit, foresq; & limina civium potentiorum citat. Jam annum Decimum & quintum ætatis suæ ingressus collega noster erat, cùm à patre Amersfortiam mittitur, hortatu Arnoldi Cornelii, sacrorum in Delfensi Ecclesiâ ministri, cognati sui, qui pueri indolem judicabat literis aptissimam. Ibi ille Joanni Gesselio, spectatissimo tunc scholæ publicæ magistro, operam dedit, ac biennio tantum profecit, ut Linguæ Latinæ, Græcæq;, & insuper dialectices atq; rhetorices teneret præcepta. Mox ad Gymnasium Delfense traductus, linguam utramq;, & artes organicas exactius edocetur primum à Jacobo Lallonio, deinde à Daniele Plancio, doctissimis, atq; erudiendæ juventutis peritissimis viris, qui illius, admodum adolescentis, ingenium, ut Phidiæ signum, simul ut adspexerant, etiam probaverunt. Adeò illis facile erat observare tantam in puero vim animi esse, ut suis sibi moribus gradum ad majora structurus, &, quocunq; loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus videretur: Quare cùm quadriennium illic explevisset, in Academiam hanc nostram optimæ spei plenus venit, ac vix paucos menses publicas Professorum lectiones frequentavit, cùm statim ipse aliis Logicam cœpit interpretari, disputationesq; atque alia exercitia philosophica privatim instituit. Quanquam autem se suaq; omnia Theologiæ devoverat, magis tamen in Philosophiâ propenso semper animo fuit, eiq; præcipuè adhæsit, ac post quadriennium relictâ Leydâ, cùm Galliam peteret per Germaniam rediturus, Salmurii primũ subsistenti, post sextum mensem professio Philosophiæ, quæ tũ fortè vacabat, delata est ab Illustri viro Philippo Mornæo, Plessiaci Martiani domino, atque ab Academiæ Salmuriensis Senatu. Quinquennium illic Philosophiam publicis stipendiis docuerat, atq; in sextum etiam annum obstrictus Academiæ erat, sed hortatu amicorum petiit sexti anni gratiam sibi fieri ut in Bataviam suam reverteretur, atque ut Academiæ patriæ operam suam addiceret, quæ eâ tempestate Philosophiæ Profess. adsciscere parabat. Admissæ ejus preces, sed ægrè à D. Plessæo sunt, qui ampliss. ei virtutis eruditiõisq; testimoniũ dedit, legẽq; & conditionẽ adjuxit, ut intra annũ si

vellet, Salmurium redire ad idem munus liceret. Utique nihil opus habebat hujus sive legis, sive conditionis cautione Burgersdicius noster, quoniam statim Batavia vegetam ejus indolem, atque inusitatam amplexa doctrinam jure meritoque Professionem ei in hâc nostrâ Academiâ primum Logicæ, deinde etiam Ethicæ imposuit. In hâc utrâque Philosophiæ parte publicè interpretanda tantisper perstitit, donec viro incomparabili Gilberto Jacobo jam mortuo Ethices professionem cum Physices mutaret, Logices autem retineret. Id verò ita factum ab illo fuisse mirati quidam amici ejus sunt, qui Logicam solis Tyronibus aptam minus habere dignitatis judicabant, cùm Ethices longè major excellentia, quæ & vitæ hominum ac reip. consentanea magis est, atque ex Aristotelis etiam sententiâ auditores respuit adolescentulos, eos autem recipit demum, quibus ab ætate plus inest prudentiæ. Hæc est illa Philosophiæ pars, quam Socrates mortalium omnium in Græciâ olim sapientissimus devocavisse è cœlo in terram, & in urbibus collocâsse, atque in domos intro duxisse, dicit, ut ibi quisque intra privatos parietes quid rectè maleve gereretur, quidque ex virtutis & honestatis normâ, atque ex ratione æqui & boni esset, ad vitam benè instituendam disceret. Sed nimirum defunctus noster ingenia seculi sui spectavit, intellexitq; non adeò feliciter natos nos hodiè esse, ut ea, quæ optima sunt, pluribus placeant. vidit plerosq; circa scrupulos, apicesque, & circa disputationum acumina quædam malle versari. Quare hanc prætulit artem, quam multitudo sectatur, ne solus in vacuâ sede & diceret & destitueretur. Matrimonio cùm animum adjiceret, uxorem sibi duxit filiam Jacobi Verboomii, quem aliquoties habuit consulem hæc civitas. Ex eâ liberos duos, lectissima thori conjugalis pignora, suscepit, in quibus industriæ virtutisque elucet pulcherrima imago. Academiæ hujus Rector suffragiis Senatus nostri, ac comprobatione illustrissimi Principis Auraici ter renunciatus est. In quâ dignitate omnibus abundè significavit se & vigilantiâ & fide, & rerū gerendarum usu valuisse plurimùm. Et rursus, cùm Synedrii Ecclesiastici assessor per biennium nuper esset, omnium, qui in eo consessu interfuerunt, studium sibi atque amorem conciliavit. Scripsit duobus commentariis evulgavitque ideam Philosophiæ naturalis, atque alteram Philosophiæ moralis Ideam. Adhæc, Institutiones etiam Logicas edidit, quæ ad Aristotelis præcepta concinnatæ autoritate publicâ Ordinum Bataviæ in omnibus hujus Provinciæ ludis literariis magno cum

cum juvenum fructu explicantur. In Philosophiâ tractandâ tradendâque quàm feliciter & dextrè versatus sit, si rotundo ore hîc dixero, nihil facturus sum quod à moribus meis abhorreat. defunctorum enim laudes fidenter eloqui, sine assentationis specie, ac sine cujusquam invidiâ licet. Nam nec eorum verecundiæ vis ulla fit, & ex vero magis omnia celebrari intelliguntur, cùm nihil ab illis speretur ampliùs, ac nec præmio nec gratiæ locus sit. Quæ profectò in viventium laudationem secus sunt. Quid nam est ergo? Nimirum in hoc professionis suo munere ita se in omnem partem circumegit collega noster, ut, quoniam Philosophiam Aristotelicam omnibus in Academiis receptam sequebatur, cuncta ejus adita & penetralia reseraret, nihilq; omitteret, quod ad summam ejus perspicuitatem faceret. Quâ quidem rempublica mortalium cōmoda adeò promovit, ut seculo huic præstare aliquid utilius meliusq; nemo quisquam potuerit. Enimvero obscuritatem in Aristot. plerique cornatissimi viri reprehendendam esse arbitrati sūt, quod utilissim. & propè necessarias artes per invidiam (ut ipsi loquuntur) posteris impertiri noluerit; quasi perinde esset nihil tradere, & ita tradere, ut cognosci cū fructu nequeat. Magn⁹ utiq; vir Aristot. & quē jure mireturōnis ętas Sed dolēdū est sedisse id āimo ejus ut nō simpliciter ōnis ętas. neq; apertè proferret quęcunq; invenerat, sed ut præter laborem, quem ipsa esset rerum habitura obscuritas, alia etiam nobis ex ipso scriptore objiceretur difficultas, quo necesse haberemus mentem ipsius, velut oraculo, suspensam & ambiguam, indagine perquirere. Rectissimè Themistius ejus interpres ait, longè aliter omnia foras esse ab illo edita, quàm sint domi tradita, dementiæq; simile esse si quis legendis libris ipsius speret illius se sententiam consecuturum. Sed quid Themistium dico? ipse de se locupletissimus testis Aristoteles est. Scribit enim in epistolâ ad Alexandrum, edidisse quidem se quæ ad philosophiam pertinent, sed perinde tamen ea futura ac si edita essent, mihi ab his legerentur, qui illa ex dicentis ore audivissent. Hoc illud est, quod Alexandri gratiam fecit maximus indagator naturæ veriq;. Quod profectò nequaquam laudi, sed vitio verti ei oportuit. Cæterùm id vitium cùm emendare sequentibus mox seculis interpretes debuissent, contra tamen non imitati tantùm sunt, sed etiam adauxerunt: cùm sedulò dedisse operam Aquinas, Scotus, & alii idgen us scriptores videantur, ut difficilius longè esset ipso-

rum, quàm Aristotelis, verba capere ita sermone utuntur, qui nullius idonei auctoris sit, quem ipsi suopse ingenio commenti sunt, ut pro Magnifico foret quidquid occultum est. Longè aliter sibi noster defunctus & proposuit & assecutus est. Cùm enim id, quod Aristoteles quâdam adactus necessitate fecit, ne discipulum suum Alexandrum offenderet, causam nunc in hâc seculi nostri libertate nullam amplius haberet, planissimis verbis omnia Philosophiæ arcana esse edisserenda censuit, ut patenti via ad rerum latentem veritatem iretur, atq; ut deinceps ex tenebris clara lux enitesceret. Quare intra breve tempus plurimos patriæ suæ dedit sui similes, hoc est, solidissimos doctissimosq; philosophos, reginamq; scientiarum omnium, & vitæ nostræ dominam solio suo suisq; sedibus reddidit. Vetus sententia est, ubi Imperator est, ibi Romam esse. Non injustè ego quoq; dixero, ubi Burgersdicius noster vixit, eodem in loco simul & philosophia versata est. Atq; optandum utiq; fuisset hanc felicitatem Academiæ nostræ, ut maxima est, ita & propriam diuturnamq; fuisse. Sed aliter visum Principi illi Deo, qui Academiæ nostræ fata temperat. Quippe virum præstanti virtute, florentissimâ & integerrimâ ætate, ante sex menses in difficilimum pertinacissimumq; morbum conjecit, qui tandem nunc decimo nono die hujus mensis consumpsit eum abstulitq; nobis. Nihil hic est, quod, tanquam iniquum, accusare possimus. Usui enim nobis, non mancupio dedit Deus. Idem Ille, qui concessit, repetiit, & pretiosum illud depositum, quod diutius in terris apud nos esse noluit, cœlo, & sibi vindicavit. Beneficium summi numinis æstimari grato animo decet non eos tantum, qui utuntur, sed & qui usi sunt. Poterat enim etiam non tribuisse. Illa ipsa temporis usura ponenda in lucro est, cùm qui plus dare poterat, & nihil debebat, multum tamen fecit, quòd tantillum dedit. Nos, quod nostrum est, peregimus, auditores, extremos collegæ nostro grata & justâ memoratione laudum ejus hoc tam solenni actu in maximâ hominum celebritate rependimus, quia sacram esse magnarum virtutum memoriam oportet, ut plures esse bonos, & bene de Academiâ mereri jubet, dum gratia bonorum non cum ipsis cadit. Cætera, quæ ad Academiæ causam in posterum pertinent, & quæ insuper de beatitudine defuncti nostri, quâ ille in cœlis nunc fruitur, dici possunt, neutiquam occupare diu nec me, nec vos debet. Nam ad Academiæ quidem incolumitatem salutemq;, quid aliud precari majus à Deo immortali possumus, quam ut

cœle-

cœlesti suâ bonitate & munificentiâ hanc disciplinarum scientiarumq; illustrem sedem iterum nunc iterumq; prosequatur, nobisq; propitius semper & favens adsit, & defuncto nostro successorem aliquem det, doctrinâ, virtute, pietate, & probitate parem. Infinita est ejus, qui hæc munera nobis contulit, liberalitas, & potentia; quæ nec ullis limitibus circumclusa est, & tribuere sui cultoribus etiam majora valet. De defuncto autem nostro, qui jam transcriptus in æternas sedes, summo gaudio apud Deum dominumq; & Servatorem suum Jesum Christum perfunditur, nec aut dolore nostro aut rerum terrestrium caducâ conditione permovetur. Longa foret & notissima oratio. Ego verò & antea sæpius ex hoc ipso loco de vitæ nostræ miseriâ, deq; his, quæ ad solatium Christiani hominis post mortem spectant, disserui: Et nunc ne id faciam, illud in causâ est, quòd tristia hæc & lugubria referendo dolorem ipse meum domesticum, à quo minimum in modū recens & adhuc squalidus sum, resricare, ut vulnera nondum obducta magis aperire nolo. Id autem neq; vos desiderare debetis, Auditores, quibus nihil jucundum est, quod sit cum meo incommodo conjunctum, neq; defuncti nostri aut propinquorum ejus quidquam interest: quibus virtutes ejus à nobis justâ laudatione decoratas fuisse pro honesto eorum voto satis est.

EPIGRAMMA.

Hic est, en, Logicam facundo qui docet ore,
Quiq; boni legis præcipit, atq; mali.
Hunc Lyra parva dedit Musis; hoc cive superba
Se jactat Grajos vincere, & Ausonios. A. V.


SCRIPTA.

Philosophia Moralis: *Lugd. Bat.* 1629. 1642. 1644. in 12.
Idea Philosophiæ Moralis: *ibid.* 1623. 1644. *Amst.* 1656. in 12.
Institutionum Logicarum libri duo: *ibid.* 1626. 1648. 1634. 1660. in 8. *Cantabrig.* 1644. 1647. in 8. *Amsterd.* 1656. 1660. 1669. in 8. *Genev.* 1651. in 8. *Hardevici* 1648. in 8.
Synopsis Logica cū notis Adri. Heereboord: *Amst.* 1657. in 8.
Idea Philosophiæ naturalis: *ib. Lugd. Bat.* 1623. 1648. in 12. *Amst.* 1657. in 12.
Instit. Metaph. libri 2.: *ib.* 1640. 1654. *Hag. Com.* 1657. in 12.
Idea Oeconom. & Politicæ doctrinæ: *ib.* 1644. 1649. in 12. *Amst* 1663. in 12. cum notis G. Hornii *L. Bat* 1668. in 12.
Collegium Physicum: *ib.* 1642. *Amst.* 1650. in 12.
Ondervvys over de natuur-vveet. *ib* 1649. in 8.
Disp. de causis scintillationis stellarum fixarum. &c

VITA



VITA
JANI GEBHARDI,
Illustrium Gröningæ & Omlandiæ Ordinum Historiarum & Græcæ Linguę Professoris publici & ordinarii,
Conscripta,
à Defuncti Fratre,
ANDREA GEBHARDO.
Anno cIↃ cxxxII.



Upremo perfunctos fato honestè sepilire, & piè lugere decet: Hæcque illis meritò in reverentiam & gratitudinem præstantur. Qui ulterius solliciti sunt, vel in *cinere* superbiunt, vel *Rationi* & DEO minùs subjiciunt adfectus. At neutrum spe & modestiâ Christianâ dignum. Optimum est, & mortuis dignissimum, *virtutes* post mortes illorum in contemplationem & imitationem vocare. Quæ si homine dignæ sint, & mortalitatem excesserint; illas nefas est lugere: cœtera fragilitatis collapsæ acervum & imaginem referunt. Ut Frater, quem immaturâ morte (proh dolor!) peremtum, ultimo hoc honore ac officio j m adfecerant amici, à me etiam debito luctu componeretur, n n Pietas solùm; sed naturalis sanguinis necessitudo postulab. t. Et Dolor extemplò infirmum desiderium lamentaq; suggerebat; mœroris moderationem suadebat Ratio, ostensis animi decoribus. Quam etiam secutus, à planctu ad virtutes me converti. Et cum non indigna mihi Fratris memoria videretur, quæ ad posteritatem transferretur: Vitam illius literis commendandam mihi duxi: non quidem ullam in ostentationem; sed ne Frater, qui passim Doctis & claris viris ob Eruditionem innotuerat, *Ortu, vitâ, & morte*, ignoraretur. Quòd si paulùm & necessitate ad laudes deflexero: id eâ modestiâ à me post, cujus, dum Frater viveret, erat studiosissimus. Vellem autem, tam propitia fata fuissent, ut mihi si non longiori;

giori; ultimæ saltem fratris vitæ tempori ex remotissimâ Sarmatiâ licuisset adfuisse: excepissem profectò mandata & voces ejus, pluraq; ex ore, & secundum voluntatem morientis transcripsissem, quam aliunde accepetim. Sed brevitate hac tanquam Pietatis professione, si non laudatus; excusatus tamen ero, quod omnia pro viribus piisManibus exhibere adlaboraverim.

JANUS GEBHARDUS Germanus meus natus est in Palatinatu superiori Oppido Schvvartzhoven, mille passus distante Neoburgo ad sylvam Gabretam, Anno reparatæ salutis humanæ cIↃ IↃxcii. a. d. viii. Febr. Turba tertiam quartamq; antelucanam horam. Pater fuit JOHANNES GEBHARDUS in eo loco verbi divini Antistes, vir doctus & eloquens, moris & candoris antiqui retinentissimus, quondam D. Casparis Peuceri & D. Bugenhagii in Academia Wittebergensi discipulus. Hic *Patrem* habuit Martinum civem, *Avum* Andream Syndicum Neoburgensem. MATER fuit BARBARA ARGISEDERA filia civis Ratisbonensis è familiâ honestâ & ibi haut obscurâ. Parentes, ut filium natum, Deoq; per S. Baptismum consecratum quàm optimè educarent, teneroq; cum lacte materno Pietas instillaretur, omnem curam adhibuere. Sunt in herbis bonæ frugis: sunt in animalibus naturalis præstantiæ: in hominibus bonæ indolis & Genii indicia. Immanis natura primis annis difficulter tegitur: prodit hæc seipsam suâ protervitate: & qualis olim futurus erat frater statim infantia ostendebat. Elucebant in puero signa raræ indolis, & spem faciebant mox proventuræ bonitatis. Non illi inania, quibus ætas vita facilis est, placebant, non etiam aut quæ degenerem arguunt, sectabatur, sed annis & ipsâ ætate altiora versabat. Ante omnia & quasi connato amore ad libros ferebatur: hos illi expetere tunc cura, hisperfrui delicium fuit. Parens, ne incrementi sui tam egregios conatus retardaret, quò tenderet perspiciens, severiore disciplinâ custoditum filium bonis moribus & literis instructis commisit Pædagogis, sub quibus tantum profecit, ut nec genitorem pœniteret sumptuum, nec puderet filii profectum. Requirebat ulterius fratris ætas, ut majoribus artibus informaretur, & fundamentis pietatis literarumq; domi feliciter jactis, præstantius & sublimius quid inædificaretur. Quare an. cIↃ IↃcv. à patre Illustri Pædagogeo est insertus, Wigando Spanhemio SS. Theologiæ Doctore juventutem scholasticam regente. In hoc loco per vii. annos ceu in Palæstrâ

læstrâ exercitatus, varia & egregia ingenii sui edidit specimina. Præceptores enim ut bene docilitate illius erant contenti. Sic faventibus modestia & diligentia semper placere studebat. Commilitones & æquales, quos exercitatiore ingenio animadverterat, non æmulari modò sed & superare contendebat, torporem fugitans ceu venenum, & quo facilè animus inficeretur. Ingenium etiam adolescens bonorum auctorum lectione pascebat, spretis illis schedis, quas ad Fastidium omissis melioribus multâ ferè utilitate juniorum ætati & captui plerunq; Orbilii solent obtrudere. Firmatus solidiore artium scientiâ frater anno CIↃ IↃCXII mense Octobri in numerum Alumnorum Collegii sapientiæ Heidelbergensis Præside loci primùm D. Quirino Reutero Theologo Præstantissimo, mox hunc subsequente D. Cellario Senatore Ecclesiastico receptus est, sub quibus & aliorum Clarissimorum virorum institutione per triennium ferè multijugâ eruditione ingenium excoluit. Quum verò animus non ita inclinaret ad Theologiæ studium, magisq; arrideret Oratorum, Historicorum & Poëtarum lectio: fovente & promovente benignissimè hos naturæ ductus Serenissimo Electore Frederico V. totum se humanioribus studiis dedidit, præeunteq; Clarissimo Jano Grutero laudabiles in Philologiâ fecit progressus. Extant adhuc, & in manibus amicorum versantur CREPUNDIA, quæ tunc edebat: Credo sic appellata à Germano, ut artis suæ tyrocinia modesta inscriptione Reip. Literariæ, & hujus præsidibus commendaret, sed quæ nihil puerile saperent. Gravissimorum enim auctorum Criticæ emendationes sunt, & doctæ mendorum castigationes. Tentavit deinde alia, & typis promulgavit, quorum ut ipsa ad D. Rodolphum Goclenium in *Exitio* suo facit mētionē: ita illius verbis ista duximus referenda:

Nec Deus ingenium negat asper: forsitan illud
Pimplei leviter contigit aura jugi:
Et mea Nasonis *Manes benefacta fatentur,*
Hancq; manum Fabii *pugna magistra probat,*
Quæ dudum oceano ne vorum absterſit utrumque,
Flamma daret primum cùm Iuvenilis opus.
Fastidita legens sermonis fragmina casu.
Per me jam melius Nonius *ager agit.*
Saucius interdum Lenæo tempora; sed qui
Corda magis Veneris gestat iniusta face:
Mi sua suppoſuit lacerata Propertius *ora,*
Nuncq; iterum sano Cynthia vate tumet.
Euganei *censere* Titi *monumenta medullam,*
Quamq; tuli, chartâ virgine clausa latet

Et sua cui nomen dat mellea lingua, reportat
Mox analecta meis lucidiora notis.

Item in Livium notas paraverat; sed istarum cum libris & reliquâ suppellectile in violenta *Heidelbergæ* expugnatione jacturam fecit.

Extrema jam rebus nostris & Patriæ intentabantur ab Iberi Milite, & hostilis furor erat ferro cunctos delere, qui diræ sævientium crudelitati resisterent: *Heidelberga* Musarum & Pietatis domicilio undiquaq; inhiabant. Exibat inde Frater cũ Musis migrantibus, & ne avidis militibus præda fieret, de tuto sibi receptaculo circumspiciebat. Confugium tunc hostiles declinantibus catervas præbebant vicina *Hassiæ*. & quoniam plurimi eò tendebant, ubiq; videbantur Musæ fessos gressus sistere, idem frater iter pergebat. Delatus primum *Marpurgum* anno cIↃ IↃ cxxi. Mense Sept. confestim apud præcipua Literarum Lumina facem favoris & amicitiæ sibi accendit: cùm autem non ita facile & ex animi sententia Exilio adflictum sublevare possent amici, *Cassellas* & ad *illustr. Landgrav.* amisere spe promotionis, quæ nec inanis fuit: Exuli namque, ut laudatissimo Principi ingenio & doctorum favore erat commendatus, solenniter primaria in collegio Nobilitatis Adelphico Latinæ Linguæ Professio oblata est, quàm tamen clemẽtiàm frater haut ingratius & submissius agnovit, quàm amplexus est. Inde quod fortassis proximum & imminẽs belli incendium metueret, *Bockebergam* se contulit, non ingratus per annum convictu Præcipuo Consilio Holsato-Schaumburgico. Bockeborgo adulto Octob. an. cIↃ IↃ cxxii. in Academiam *Lueburgicam secessit*, operaturus ibi, si locus & tempus pateretur, ulterius Musis suis. Verum tempestas illa & iniquius in nos belli fatum ita duriter cum aliorum rebus adfixit fratris fortunam, ut nihil subsidii ex Patriâ vel aliunde suppeteret. Quapropter cùm illi honesta in aulâ Gustroviensi apud Nobiliss. Vir. Ottonem Preen Consiliarium & Aulicum Primarium conditio vivendi offerretur, instituendæ tanti viri spei noluit deesse; sed fideli & bienni in egregiam adolescentũ indolem collatâ informatione tantum est consecutus, ut digna gratitudine Præceptorem suum honoraverint. Diffuderat passim in oras Balthicas Eruditionis suæ famam frater, innotuerat Bonis modestia, condolebant magni Viri adversâ sorte conluctanti: omnes Exilium, & quæ hoc mala oneiã; adversũ vel levatum cupiebant: nec ipse Frater, aliud magis in votis habebat, quã ut gratâ aliqando statione dignaretur, cui Cymbã fractã subduceret. Et desideràti tal. opt. in Succ. appar.

Pha-

Pharus, maleq; adfecto bonam spei faculam accendebat Magnific. Dn. Skytte, literis vocando *Upsaliam* ad professionem publicam. Verùm cùm eo anno CIↃIↃCXXV. transfretâsset, omnia, quæ animo conceperat, frustra fuerunt, & repulsa in ambiendâ professione tulit tanquam externis & alienæ Religionis Professione hâc inaniter susceptâ iter in Belgium direxit, ut ibi, si fieri posset, res exilio prostratas in meliorem statum restauraret. At magnas etiam ibi difficultates emergendi offendit, à multitudine exulantium cuncta invenit præoccupata; adeoq; exantlato longæ viæ tædio *Rostochium* redire coactus, est. Quid tibi tunc, Frater, erat animi, cùm ita undique adversis premerere, nec tibi ullus eluctandi locus pateret? Credo tam duram rerum faciem exasperâsse animum tuum; sed te ipsum adversis obdurâsti, & ex illis sumsisti robur & fortitudinem. Fecisti quod generosæ & infractæ animæ est, in ipsis malis non desperâsti. Rostochium amicorum notitiâ & favore revocatus frater, dum alibi cuncta tumultibus bellicis involverentur, tolerabili ibi vitæ contentus sorte ad triennium substitit, donec belli flamma inferiorem Saxoniam depopulata etiam vicinos Megapolitanos parietes contingeret, & paulatim Regia Rosarum schola dissiparetur. Intereà temporis, dum Rostochii frater vixit perspecta jam antè illius & approbata Clarissimis Viris doctrina, à Senatu Academico indultum fuit, ut privatâ industriâ & lectionibus studiosam juventutem erudiret. Quod etiam felicibus successibus præstitit. Nam Romanam historiam singulari dexteritate præstantissimis ingeniis explicuit: Cæsarem, Salustium, & alios tersos auctores prælegit. Plurimis Exercitiis Oratoriis, Poëticis, Epistolaribus præfuit. In Cornel. Nepotem, notas Politicas, quantum jam editio paratur concinnavit ad ultimam. Locos communes ex Justino & Floro contexuit: ita ut sedulitate hâc fratris Primoris Academiæ ducti mox unanimi consensu & voto mense Quinct. an. CIↃIↃCXXVII. Professionem Eloquentiæ Publicam illi detulerint. Quam Professionem licèt paulò pòst *Illustrisf. Princeps Ioan. Albertus* ratam habuerit: potentior tamen quorundam rigor contra diffidentem in Religione fuit, quo minùs Exul & Christianus admitteretur. Jam plurima Megapolitanæ Religionis loco à Cæsareanis o-rant occupata, Illustrissimi Duces suis terris erant exuti: avidas manus milites etiam Ostio Varni injecerant. Quorsum hæc tenderent, satis intelligebant prudentes. Nos inde Academiæ μετοικεσίαν, omniumque ordinum mutationem & confusionem prævidentes, aliò cogitabamus migrare. Et

Et quidem frater Belgium repetiit; ubi de novo sibi bonam ſpem futuræ promotionis faciebat, cùm audiret in confœderatarum Provinciarum Academiis quasdam Cathedras doctoribus ſuis orbatas. Cōvaſatis igitur reculis ſuis XII. Maj. an. CIↃ IↃCXIX. Groningam devenit, publicò instructus teſtimonio Academiæ Roſtochienſis vitæ ibi cum laude peractæ. Ut igitur frater errorum ſaturerat: ſic à propitio Numine tandem quietem exoptabat. Ac commiſereſcebat Deum fratris etiam exilii; : eodem propitio excitabantur magni viri & fautores qui ſpe meliorum languentem reficerent, adversâque ſorte erigerent dejectum. Et cùm ab hoc unicè omnium noſtra ſalus & incolumitas dependeant, animos Illuſtri & Prępotent. Ordinum Groning. & Omland. eò inclinavit, ut Groningæ ſucceſſor in locum clariſſimi D. Abbonis Emmii ad Hiſtoriam & Græcam Linguam docendam ſubrogaretur. Quam etiam functionem grato pectore acceptavit, inq; mutati Exilii teſtimonium Templo Mnemoſynes *Exilium* ſuum, ſive libros carminum duos in Exilio ſcriptorum publicâ editione ſuſpendit. Diuturno exilio exemtus Frater, de benignitate Fati, Patronorum favore, deq; tam honorificâ conditione ſibì gratificans, nihil potius poſt Poleanem muneris ſui inaugurationem egit, quàm ut demandatæ Provinciæ cum laude præeſſet, conceptamq; de ſe ſpem re ipsâ expleret. Eſt hujus ſeculi quædam labes, invidere virtuti: & innocentia vix tuta eſt, quin Calumniæ morſibus impetatur. Nec hæc etiam protervâ malignitas fratri pepercit, emergenti quamvis plus profuerit, quàm nocuerit: Bonis enim hoc commendatius modò frater officii & vitæ ſuæ accuratiorem habebat rationem. Ac veluti arbor, quò vehementioribus ventorum furiis exagitatur, eò altius terram radicibus comprehendit: ſic frater etiam adverſus intemperiem iſtam virtute ac innocentiâ ſe magis ac magis confirmabat. Cùm verò binâ profeſſione per annum occupato, & cœlibis ſolitudinis tædium obreperet, in vitæ & rei familiaris curam, cui cum libris ſimul non ſuffi ciebat, adjumentum ſibi adſcribere cogitabat, quod non meliori ratione, quàm per conjugium fieri poſſe exiſtimabat. De hujus igitur & perenni amore compellavit matronalibus virtutibus decoratam fœminam Margaretam Schvvingiam, viduam Nicolai Barlinhofii honorati civis Groningenſis, natam ſpectabili Dn. Bartholdo Schvvingio, & pudiciſſimâ probiſſimâq; Matrona Rodolphâ Altingiâ civibus Groningenſibus, cum quâ a. d. XXVII. Martij ſponſalia,

&

& d. x. Maij nuptias celebravit, anno cIↃ IↃc xxIx. Post contractum & initum felici Numine Matrimonium, curam rerum domesticarum uxori suæ, hujus jam antè administrationis edoctæ commisit: ille ad libros suos & Musas abiit, sed ut nunquam mutuo & concordi amore disjungerentur. Quod etiam, ne foret intestatum, Deus grato ventris fructu declarare voluit, quo sequenti anno amborum conjunctionem auxit. Lætus frater conjugis fœcunditate, & jam parens, felicitatem hanc Matrimonii propriam sibi à Numine favente precabatur. Sed ut omnium rerum in mundo rapida est conversio, Germanus non diu hoc gaudio gavisus est, sed protinus illud in magnam tristitiam mutatum sensit. Decimo enim à partu die conjux illi charissima in morbum delapsa, 17. Novem. an. cIↃ IↃcxxx. exspiravit, magno mœrore adficiens brevem maritum, filiamq; tenellam relinquens alienis uberibus admovendam. Avulsâ vitæ sociâ grave quidem vulnus acceperat frater; sed non omninò succubuit. Erigebat se adversus hoc infortunium Christianâ fortitudine, & cùm ad hoc Sacramentum se videret adactum, ut ferret mortalia, id eâdem patientiâ tolerabat. Præcipuè se Deo subjiciebat, vitam quàm frugalissimè & viduo dignam instituens. Illo sicut & toto Professionis tempore quantâ sedulitate & indefesso studio munus suum sustinuerit nihil dicam, nequid & nimium adfectui laudibus; fraternis videar indulgere. Compellô hîc universam Academiam, Clarissimosq; & Excellentissimos Dn. Professores, collegas Fratri semper amicissimos, qui optimè id habent cognitum, & quibus frater diligentiâ in docendo noluit esse inferior. Pallor certè perpetuò inhærens index erat enervatarum assiduo & improbo labore virium, faciesq; macilenta ostentabat, paulatim fratrem ceu candelam aliis lucendo consumi.

Postquam & quasi per biennium eluxisset uxorem, subsidium sibi & filiæ suæ quærebat, adeoq; adjiciebat animum ad lectissimam Virginem filiam Amplissimi & consultissimi viri D. Egberti Halbes Senatoris Grœningensis, qui natam egregiæ spei & probitatis fratri desponsatam jam jam in matrimonium erat daturus. Et hæc nova sponsa quale mor[...] fuisset fratri solatium & levamentum, cujus in complexu tædia ex viduitate & reliquæ vitæ leniisset, affatim demonstrabat in morbo, in quo omnia & exhibuit ex sincero & conjugali amore. Ægrum medicamentis, alloquio, curâ fovere, decumbenti assidere, aliaq; humanitatis & pietatis offi[...]

pea-

peragere non destitit. Verùm verò aliud conjugium, aliæ nuptiæ paratæ erant fratri à supremo Patre, Agni nimirum sacrosancti, & quas in cœlo perageret. Præmissus solemnis mortis nuntius Morbus, ut inopinus, sic fratri & amicis propter mortẽ ab initio non venisse putabatur. Sed ille infestiùs adhærens sensimq; valetudinem depascens Cholera enim fuerat viscidi humoris sursum deorsumq; excretione & intestinorum passionibus violenta) instantis mortalitatis, quam deberet explere, admonebat. Hoc articulo deprehensus frater, cum diligenti Medicorum curâ nihil profici, vimq; morbi strenuis remediis exorari & depelli non posse cerneret, relictis omnibus aliis mundanis, ad curam animæ & filiolæ suæ se convertit, hanc ut Avo & amicis: illam verò Deo & servatori suo quàm optimè commendaret. Ac licèt valde æger & debilitato corpore foret, sanus tamen & salvus mentem præstantioresque sensus constantissimè in Fide & invocatione DEI & servatoris JESU CHRISTI perseveravit, usq; dum iteratis aliquoties ex Apocalypsi verbis: *Veni, Iesu, veni*, &c. coram Amicis & verbi divini Antistibus placidissimè ceu molli somno circa ipsam meridiem 3. Octobr. an. CIↃ IↃCXXXII. anima exsolveretur nondum completo ætatis XLI. anno Corpus & quod terræ debebatur, quinto post migrationem animæ die, honorifico funere amplissimoque amicorum lugentium, Academiæ & civitatis ordine elatum, & in Templo Academico tumulatum est; ubi à Deo in novissimo die expectat, resuscitationem. Hîc animus mihi horrore perstringitur, quoties recordatur præteriti anni: Illo enim quas clades non accepimus! quæ funera non spectavimus! ut publica & nostra attingam, cui pio & oppressorum causæ faventi non adhuc in mœrore & memoriâ est lugubre illud fatum, quo Gustapus Adolphus beatæ & gloriosissimæ memoriæ Rex præterito auctumno in acie defunctus est, cùm se veluti victimam pro libertate Germanicâ devoveret? Ac omninò dignus est incomparabilis heros, cujus sincerus & invictus moriendi pro Deo & Evangelio animus debito luctus honore in perpetuam meritorum præstitorum, memoriam afficiatur, qui vulneribus, sanguine & morte, insigne erigere trophæum non subterfugit, quod hostibus terrori, suis verò & aliis foret exemplo & imitationi. Hoc malum aliud mox subsecutum est, & excepit insperatus occasus Serenissimi Friderici V. altoris quondam nostri Benignissimi, qui augustæ Areti-Palatinæ domo, & Exilium patientibus eò acerbior & lu-

ctuosior exstitit, quod melioribus fatis & Patriæ nostræ propior piissimus Rex susceptæ hostium expulsioni & suorum restitutioni felicem protinus manum & finem imponere nequit. Ipsa hæc Urbs Groningæ & Omlandiæ ocellus luctu non caruit; sed præteritâ æstate lacrymis immaduit ob amissionem Illustrissimi & fortissimi Principis, Ernesti Casimiri Comitis Nassoviæ &c. Provinciarum Frisiæ Groningæ & Omlandiæ Drentiæq; Gubernatoris & defensoris strenuissimi. Quæ tamen jam nonnihil mœrorem suum leniit, cùm filium Henricum paternis & heroicis dotatum virtutibus in parentis sui laudatissimi vicem recepit, cujus generoso & excelso animo prosperos rerum successus, florentiq; juventæ seros annos comprecor. Alia sed ejusdem calamitatis narrare supersedeo. nullum enim Regnum, nulla ferè Provincia est, quæ non grandine ista funebri fuerint tacta. In privatis etiam sat luctus & mœroris fuisse, quid opus exemplis ut comprobem? Ipse satis triste exemplum habeo, funus fraternum, quod mihi eò acerbius, quò immaturius; & cum quo denuò fratres & parentes elati. Sequi hoc cum planctu & lamentis etiamnum Amor desiderat, adfectusq; tantùm dolorem refricando ubertim mœrorem & tristitiam ministrant. Sed cùm non tam oculi & adfectus ad clades & funera ista, quàm mens ad Deum dirigenda sit, penes quem, cur cuncta immiserit, plurimæ causæ sunt, nulla verò injusta: cohibere meritò adfectus decet, ne nimiū exorbitent. Acquiescendum est voluntate & ordinatione istâ divinâ, contra quam qui imprudente murmure strident, sapientiam ejus indignus probris adficere videatur. De *Gulielmo* Hollandiæ Comite referunt, * illum mortuo Rege Romanorum Henrico Landgravio Thuringiæ & Hassiæ, regem designatum, debellatâ atq; subactâ Frisiâ iuxta quandam Urbem miro opere exornatam reperisse sepulcrum. Quærenti, cujus id esset, responderunt cives, neminem hactenus ibi sepultum esse; sed fato quodam reservari Romanorum cuidam Regi. Cùm verò Rex Frisiâ egrederetur, à quibusdam fugitivis secus viam in arundineto latitantibus, cuspidibus transfigitur. Equitabat enim Rex Guilielmus cum pauculis, diverticulum quærens, ut exercitum reduceret: Delatus verò in glatiem cecidit. Frisones, qui sese obsconderant, erumpunt, & priusquam subveniretur, regem galeâ & aquâ suffocatum protinus interimunt. Rex ab indigenis præfato juxta vaticinium tumulo mox impositus

* ***Cuspinian. lib. 8. cap. 19. Histor. Saxon.***

tus est anno regni sui nono. Quam hujus loci historiam, quia memoria suggerebat, recensere volui haut sacris literis repugnantem, quæ asserunt, non minùs certa sepulchra, quàm domicilia hominibus à Deo destinari, & cujusque hominis certum vitę terminum esse positum. Quod si ita & certâ fati lege res humanæ ordinatæ sunt, nil etiam casu Fratri accidisse credendum est. Voluerat Deus eximiam hanc Urbem fratri sedem Exilii concedere: voluit eandem fratris esse sepulchrum. Quòd verò maturiùs & præterito anno cum Illustribus & Magnis istis animabus rex regnum ex carcere hoc mundano ad cœleste Palatium avocaverit, à bonitate etiam singulari fuit, ne superstites ex tantorum Heroum funeribus, quorum in vitâ fortitudinem & Pietatem semper venerabunda mente coluerat, publicisq; illis cladibus quas privatis graviores ducebat, perpetuum mœrorem concepisset, vitamq; residuam quò longiorem, eò acerbiorem habuisset, qui jam variè multis miseriis & ærumnis erat versatus. Interrogatus olim à Rege Ægypti Patriarcha Jacobus, quot annos ætate jam vergens gestaret? Obsaturatus miseriarum hujus vitæ respondit Pharaoni: Dies peregrinationis meæ sunt CXXX: *Genes.* 47. sed hæc vita longè inferior majorum nostrorum longævitate, plenissima fuit malorum. Pompte & ex rei veritate S. Senecio. Quid Similis Adriani militum Præfectus? Ille cùm diu militasset, saturq; ærumnarum militarium vix dimissionem à Cæsare impetrâsset; & reliquum vitæ in agro peregisset, hæc sepulchro suo curavit inscribi, *Similis hic jacet cujus ætas multorum annorum fuit; septem tamen duntaxat annis vixit.* Si ex Fratre nostro eodem modo & morti jam propinquo quæsitum fuisset, meritò idem de brevitate suâ cum S. Jacobo effari: non verò tot annos cum Simile nominare potuisset, quibus vixisset. Nam etsi Deus hanc ipsi gratiam exhibuerit, & exilium meliori vitæ conditione commutaverit, tempus tamen illud actuosis laboribus, curis & molestiis domesticis, viduitate, & aliis incommodis abundè fuit refertum. Cætera etiam vita quid aliud fuit quàm ærumna, molestia, ægritudo? Gustavit frater haut primoribus labris miseriæ humanæ amaritudinem; sed pleno palato. Brevem suam vitam satis acerbam est expertus. O miseram sane & calamitosam vitæ nostræ conditionem,

Quot mala nos impetunt & perpetuò adfligunt! Cum lacrymis nascimur? natos varii casus exagitant. Optima ætatis pars vel ignorantibus, vel meliora sperantibus elabitur. Quæ restat vivenda, duris & ferreis difficultatibus est implicita. Accedunt pericula innumera. Extus hostes cædes intentant, fortunis inhiãt, patriâ ejiciunt, intus perpetuam pugnam adfectuũ sustinemus & fovemus, qui miseris modis nos lancinant & conficiunt. Sic nulla quies defatigatis aut à malorum æstu refrigerium, donec tandem finiat, quam tamen metuimus, continuam mors miseriam. Cur igitur mortalis nimio desiderio & amore hujus calamitatis teneatur, non invenio: pius & melioris vitæ certus, lubenti obsequentiq; animo vocantem Imperatorem ab hâc periculosâ & ærumnosâ statione sequetur. Quâ mente ac causâ etiam beatum te, Frater, judico, quòd melioris vitæ statu per mortem donatus, non ut ampliùs miseriis conflicteris. Et digna quidem Eruditio virtusq; tua longiori vitæ curriculo fuisset; sed cùm tua brevitas verâ Pietate & Religione in Deum, sincero adfectu in proximum aliisque virtutibus sit peracta, satis diu vixisti, qui ita bene. Non virtus tantùm annorum numero computanda est; sed factis & rebus & gloriosè confectis: Nec quæ longæva est senectus, honorata est, neq; spacio annorum multorum mensurata: sed *prudentia hominis est canities, & vita immaculata est senilis ætas, Sapient.* 4, 8. Hanc, quia, tu frater, etiam senectam eras nactus, Deo dignus visus fuisti, meliores annos qui exordieris, & cujus luctuosa vita in gaudium labores in felicitatem verterentur. Intrâsti nunc placidæ securitatis portum, adeptus es tutum confugium, gratos undique quietis fructus percipis. Nullo nunc ampliùs metu angeris, & procul à te Tyranni, qui indicant Exilium. Subductus es violentis istis turbinibus, quibus in hoc malorum mari jactamur, Nos, nos multa dura, incerta, metus & conversionis plena, quæ ferreum hoc seculum, & tristes rerum facies minantur, manent. Intereà corpus tuum, & quod mox in cineres corruptio resolvet, molliter & placidè quiescat, donec eosdem cineres in augustiorem corporis formam resuscitatos animæ è cœlis reduci Deus futurus mortuorum & viventium judex consociabit. Gratulamur collatæ in te felicitati, &, si olim supremo vitæ nostræ Domino placitum erit, nobis Mortem immittere, ut eâdem tecum beatitate donemur, ex animo vovemus. Vale, frater, & æternùm cum Deo ætare. Sit hoc, quod de vitâ tuâ dixi, perpetuum pietatis in

te

te judicium. Sit hoc honori Eruditionis & virtutum tuarum monumentum à sincero amore positum, quem erga te geram,& memori mente percolam.

Lucida dum current annosi sidera mundi
Oceanus clausum dum fluctibus ambiet Orbem,
Lunaque demissos dum plena recolliget ignes,
Dum matutinos prædicet Lucifer ortus
Altaque coeruleum dum Nerea N*esciet Arctos.*
Sen. Oed. Chor.

EPICEDIA.

in obitum

Clarissimi Viri

JANI GEBHARDI
PALATINI &c.

Cùm Groningæ finiret vitam III. Octobr. an. cIↃ IↃc xxxII.

Ut Taciti nostrum sapientiæ temperet orbem,
Castraq; Juliades,Cæsar & arma regat,
Cottidieq; novos Scipiones Livius edat,
Fundat & Hannibales Asdrubalesq; truces,
Inclyta grandistrepo resonent Cicerone Lycea,
Ejus & ingenti fulmine rostra tonent,
Musæ Plautino passim sermone loquantur,
Et Maro non unus arma virosq; canat,
Pelignus calidos juvenum moduletur amores,
Flaccus,& argutæ temperet ora chelys.
Auctor erat nostris non infelice Minervâ,
Historiâ & numeris,eloquioq; potens.
Gloria Athenæi JANUS non ultima nostri,
Cui fluxit largus ex Pelicone latex,
Totius & sacri nemoris patuere recessus,
Musarum Charitumq; erudiêre manus:
Natus ab ingenio claros proferre labores,
Quodq; olim celebret Fama,volumen,anus;

Seraq; posteritas miretur & ultima Thule,
Et gelido in septem vasta Trione plaga:
Et Tagus & Ganges legat, & glacialis Jerne,
Ninguidaq; ad Boream Baltis & Ursa colat.
Verum hos fata illi rupere adamantina cursus,
Virtutumq; jacet omnium acerba cinis.

JOHANNES FREITAGIUS
M. Doct. & Profess. Public. p. t. Academiæ Rect.

JANUS *ut occubuit* GEBHARDUS *morte peremptus,*
Aonidum hoic fontes exaruêre novi,
Hunc sui obstupuit, quia mœstus flevit Apollo,
Deflevit vatem turba novena suum;
Luxit gnata patrem, venturum sponsa maritum,
Luxit & affinem turba propinqua suum;
Planxerunt fidi, misero solamen, amici,
Ereptumq; sibi gens studiosa ducem.
At Deus hunc vatem meliore in sede locavit,
Iussit & in superûm pangere metra choro:
Vivis ubi lætus Domino sua carmina fundens,
Perpetuòq; canit; sancte Deus Tzebaoth!
Interea in terris, dum Musæ ac cantor Apollo,
Æterna celebris laude feretur, erunt.

J. BORGESIUS.

SCRIPTA.

Crepundia in Catullum, Tibullum, Propertium: *Francof.* 1615. in 4.

Antiquarum Lectionum libri duo: *ibid.* & *Herborni* 1618. in 8.

Exilium, sive libri duo carminum in exilio scriptorum: *Groningæ* 1618.

Oratio panegyrica, quâ Victoriæ de Tillio & exercitu Pontificio ad Schusium, VII. Septemb. CIↃ IↃCXXXI. auspiciô & ductu Gustavi Adolphi, Regis Suecorum, partæ memoriam celebrabat; *ibid.* 1631. & *Lugd. Bat.* 1637. in 12.

Spicilegium in vitas Excellentium Imperatorum Corn. Nepotis: *Amsterod.* 1644. in 12. *Lips.* 1653. in 8.

PRO-

PROGRAMMA

In funere

CL. VIRI

AMBROS. RHODII,

Medicinæ Doctoris & Mathem. Super. in Academia VVittebergensi

Profess. Publici, Propositum à

RECTORE ACADEMIÆ VVITTEBERG.



Ost externa aliquot ac aliena quodañodo funera, domesticum nunc ac proprium nobis; Sed invitissimis quasi partes defugiente calamo indicendum est. Quippe quod singulari ornamento Academiam præsidio verò juxtà ac lumine Mathematicas artes, privavit. Neque enim illæ AMBROSIO RHODIO hactenus meliorem doctorem ac vindicem in nostrâ istâ Germaniâ temerè habuerunt. Quem cùm superioribus diebus repentini fati genus oppresserit, nunc indicandæ nobis pro more ejus exequiæ sunt. Atque in aliis quidem humanitatis est, superstitumq; solatio datur, de vitâ ejusq; fine, qui mortuus, aliquid hoc loco exponere; at cùm præclara virtus atque ingenium excessit in terris, ad exemplum pertinet, & publicè interest, dare operam, ne quid de eo ignoretur. Cæterum sicut RHODIUS noster, quamdiu vixit, id ante omnia contendere unicè studuit, ut novâ & inusitatâ ratione Mathematicis, quas profitebatur, disciplinis consuleret, & quâdam insolitâ vulgoque ignotâ viâ ad æternitatem grassaretur; ita commendationem tanti exempli aliis reliquit. Quam in præsenti non tam amicitiæ ratio, quàm officii, quod sustinemus, ac muneris, nobis imponit. Est in viciniæ municipium, non aliâ re deinceps magis æstimandum, quàm quòd hoc nobile ingenium ipsum tulit. Appellatur Kemberga vulgò; sed magnus ille literarum instaurator per Germaniam MELANCHTON Cameracum frequenter animi gratiâ nominabat. Ibi igitur in lucem prodiit noster d. XIIX. Augusti an. cIɔ Iɔ LXXVII patrẽ nactus Consulem ejus loci, AMBROSIUM, singulari morũ integritate: matrẽ MARIÃ, M. MATTHÆI VVANCKELII

Præpositi ac Superintendentis Ecclesiæ ejus Vigilantissimi, filiam, M. BARTHOL. BERNHARDI aliàs FELDKIRCH, qui primus sacerdotum post repurgatam à Luthero Ecclesiam uxorem duxit; neptem. Doctus primas literas in scholâ patriâ, quas pro docilitate ingenii celeriter hauserat, in illustrem ad Moldam Ludum traditus est, cùm quatuor iam & decem annorum adolescentulus esset. Ubi eo successu invigilavit studiis, ut quarto anno pòst plenus & Græcæ & Latinæ eruditionis, tum cæteris artibus, quibus gravioribus disciplinis præparari ingenia solent, præclarè instructus, rectâ in Academiam nostram deinde conferret. Cui paulò pòst, ne quid subsidii deesset eximiæ indoli, de stipendio per Electorem clementissimè prospectum est. Quo velut stimulo quodam incitatus animum ab se alacrem & amplum cuilibet studiorum generi, per omnes scientias ac disciplinas Philosophicas liberrimè egit: Sed Mathematicis cumprimis immoratus est: vel quia naturæ ductu eò trahebatur, vel quòd nobilitas earum ac dignitas invitabat. Quę tanta certè, ut non frustra Deorum filios ac cognatos istis præcipuè insudasse studiis creditum sit. Nam cùm emetiretur orbem terrarum Jovis filius Hercules, non peregrinando, sed describendo finem ejus invenit. Cœlum autem, non humeris, ut fabulantur Poëtæ, sed ingenio ac doctrinâ post Atlantem, quem Magistrum & Præceptorem habuerat, fulciit; cujus rationes ac motus eâ tempestate nemo accuratiùs tenebat. Enimverò attollere ad cœlestia animum, & evolare in domos superas, non nisi felicioris cujusdam, ut Poëta existimabat, animæ est. Quâ de causâ & Plinius auctores astrorum scientiæ *ingentes viros, & supra mortalium naturam*, hoc est, divinos, eò appellat veriùs, quò remotiores hæ artes à lucro quæstuque sunt, atque ab omni vilitate terræ longiùs recedunt. Cui hærere vulgares mentes plerumque solent. Quamquam & eam non planè negligebat noster; quatenus scilicet tot herbas, frutices, fructus: tot gemmas metallaque fœcundo suo sinu profert: eaque omnia pellendis morbis ac ægritudinibus, quæ humanum genus sæpe infestant, quàm saluberrimas medicinas præbent. Hæc enim cognoscere atque complecti animo æquè allaborabat. His spatiis, his itineribus cùm progrederetur in studiis, accidit, ut magnus ille cœli Vates, TYCHO BRAHEUS, ad se mittendum hominem literis postularet, quo ejus operâ in observatiōibus, quib⁹ incūbebat novus Hercules, uteretur. Quâ provinciâ ut neminem alium functu-

functurum rectius, quam RHODIUM existimabat nobilis ille Mathematicus Acad. nostræ MELCHIOR JOSTELIUS, sic ei auctor erat ac suasor, ne tam præclaram occasionem cõsulendi studiis suis prætermitteret. Nec defuit ille fortunæ suæ, vel auctoritatem optimè de se meriti Præceptoris defugit; sed obsecutus ejus consilio Pragam ire, & magno illi Astronomiæ Instauratori addicere sese strenuè potrexit, cùm Philosophiç laureá antè esset ornatus: quâ publici testimonii loco Kalendis Martiis donatus fuit. Cùm Pragam venisset, non modò BRAHEO probavit se facilè, sed & decus harum artium ingens ac seculi nostri JOHANNEM COPLERUM, erudito suo ingenio mirum in modum sibi adjunxit divinxitque. Altero anno, cùm Bohemiam, Moraviam, Styriam, maximam partem peragrâsset, Mense Septembri huc rediit, privatasque scholas habere instituit. Quâ ratione cùm egregiè de literata Juventute mereri esset visus, altero anno pòst ab ordine Philosophico inter Adjunctos ejus Collegii quos vocant, ascriptus & cooptatus est, & mox ab ipso Electore collato stipendio loco extraordinario docere Mathemata publicè jussus est. Quæ ordinariè demum profiteri cepit, cùm Vir Clariss. MATTHIAS ANOMÆUS Medicinæ D. Linzium, ad capessendum Rectoratum ejus Gymnasii discessisset: quod anno CIↃ IↃC IX. M. Decembri accidit: Sequenti anno pro assumendo summo in Medicina gradu de Cardialgiâ disputavit publicè: quem postea VII. Kal. Octob. cum Competitoribus duobus solenniter legitimèque impetravit. MELCHIORE JOSTELIO Med. D. & Superiorum Mathematum Prof. P. mortuo suffectus est anno CIↃ IↃ CXII. quo anno & ad matrimonium applicuit animum, ductâ uxore Lectissimâ Virgine, CATHARINA ZANGERIA, magni illius JCti & Antecessoris in Academiâ nostrâ Nobilissimi, JOHANNIS ZANGERI filiâ. Ac liberos quidem reliquit nullos. Ac ne suscepit quidem. Aboriente quippe fœtu quem optima conjux aliquando conceperat. Quo nescio feliciorne an infelicior fuerit. Neque enim omnes Metelli illius consequuntur fortunam: quem functum amplissimis dignitatibus & tandem vitâ, quatuor filii, omnes, aut Consules, aut Canditati Consulatus, qui summus & maximus apud Romanos in Republ. liberâ honor fuit, quidam & triumphalibus ornati, elatum suis humeris in rogum imposuerint. Nam Priamus rex eò infortunatior habitus est, quòd post quinquaginta fi-



VITÆ PERIODUS VIRI

Clarissimi & Excellentissimi

DN. M. DANIELIS SCHWENTERI,

Linguarum Orientalium & Mathemathum in alma Altdorphina Prof. Pub. longè celeberrimi,

Maximo omnium bonorum luctu & desiderio mense Ianuario Anni partus Virginalis CIↃ IↃ CXXXVI.

absoluta,

ET

ORATIONE

ultimi honoris, ac Observantiæ gratiâ in dicta Universitate descripta

A

JOHANNE JACOBO POEMERO NORIBERGENSI.



Quod *Plinius Iunior*, Magnifice Dn. Rector, Generosi & illustres Barones, Viri Reverendi, Amplissimi Professores, Fautores & Præceptores honorandi, Tuq; Florentissima Nobilissimorum, Præstantissimorumque Studiosorum Corona, quod, inquam, *Plinius Iunior* de *Virginio Rufo*; qui laudis suæ assertorem consecutus erat ævi sui disertissimum ***Cornelium Tacitum***, dicit: ***Hunc supremum ejus felicitati accessisse cumulum, laudatorem Eloquentissimum***, illud adeò me in ruborem dat, ut nunquam in hunc conscendisse locum, aut, si integrum adhuc foret, augustissimo vestro rursus me conspèctui subductum velim, atque subtractum. Nimirum vereor, ne duplicis reus peragar criminis, injuriarum uno in defunctum

functum, altero temeritatis. Quorum illud tantò est gravius, quantò etiam turpius, in demorruos quippiam committere. Hoc in cunctis quidem ab omnibus probæ mentis notatur, in Juvenibus autem, quibus propria virtus est Verecundia, nullâ prorsus dignatur veniâ. Dicere siquidem non neminem audio, tune SCHWENTERUM laudare, quem virtus juxta se ipsam collocavit? tune, cujus nomen per omnes orbis terrarum angulos Fama circumtulit, ac deprædicavit, præconia decantare ausis? Quid, temerarius adeò, ut, quod Præstantissimis olim & facundiâ Præclarissimis quibusque Viris SCto est demandatum muneris, tu vix balbutire gnarus absque ullo mandato, proprio tibi sumas ausu, atq; attribuas? Verumenimverò, quisquis es, hoc à me bonâ fide dictum abs te accipi volo, me non ignarum fuisse illius veteris: *Malum pictorem bonam formam imperitiâ suâ deteriorem reddere.* Sed nec laudationem me instituere voluisse scias, tum, quòd copiâ pariter ac elegantiâ verborum, quæ ista requirit, me destitutum nôrim, tum, quod Virtus & admiranda illa rerum omnium, artiumq; scientia, quibus ad invidiam usque & ultra fidem humanam Vir ille magnus ornatus & præditus erat, omnem excedere laudem, seq; ipsâ contenta esse mihi visa sit. Neque etiam cum *Pato*, *Prisco*, aliisve Romanæ Eloquentiæ Patribus me conferre, illudq; quod hodiernâ adhuc ætate, non ita suorum incuriosâ, aut dicendi arte exercitatissimi, aut publico instructi mandato exequi amant, proprio, ut dicitur, affectare motu, & suscipere; sed pietate, quovis SCto validiore, impulsus, divinum tanti Viri ingenium rudi saltem adumbrare penicillo, vitæq; præclarè actæ curriculum, absq; verborum phaleris breviter recensere, atque perstringere constitui, Heinsium aliquem, vel, si adhuc viveret, ipsum exoptans Tacitum, qui copiosiùs illo atq; ornatiùs prosequendo *supremus felicitati illius accederet cumulus, laudator Eloquentissimus.* Agite igitur A. omnium ordinum splendidissimi, molâ salsâ litantem, qui thura non habet, benigno vultu admittite, & quem defuncti fortean in dicendo admiratio sufflaminaverit, dolorve suppresserit, insignis & nunquam non spirantis benivolentiæ Vestræ aurâ sublevare non dedignemini. Tædium ego, quod ex incomtis meis, & auribus vestris parum dignis conceperitis verbis, brevitate sedulò remotum ibo atque sublatum.

In



VITÆ PERIODUS
VIRI
Clarissimi & Excellentissimi
DN. M. DANIELIS SCHWENTERI,
Linguarum Orientalium & Mathemathum in alma Altdorphina Prof. Pub. longè celeberrimi,
Maximo omnium bonorum luctu & desiderio mense Ianuario Anni partus Virginalis CIↃ IↃ CXXXVI.
absoluta,
ET
ORATIONE
ultimi honoris, ac Observantiæ gratiâ in dicta Universitate descripta
A
JOHANNE JACOBO POEMERO
NORIBERGENSI.



Uod *Plinius Iunior*, Magnifice Dn. Rector, Generosi & illustres Barones, Viri Reverendi, Amplissimi Professores, Fautores & Præceptores honorandi, Tuq; Florentissima Nobilissimorum, Præstantissimorumque Studiosorum Corona, quod, inquam, *Plinius Iunior* de *Virginio Rufo*; qui laudis suæ assertorem consecutus erat ævi sui disertissimum *Cornelium Tacitum*, dicit: *Hunc supremum ejus felicitati accessisse cumulum, laudatorem Eloquentissimum*, illud adeò me in ruborem dat, ut nunquam in hunc conscendisse locum, aut, si integrum adhuc foret, augustissimo vestro rursus me conspectui subductum velim, atque subtractum. Nimirum vereor, ne duplicis reus peragar criminis, injuriarum uno in de-

functum

functum, altero temeritatis. Quorum illud tantò est gravius, quantò etiam turpius, in demortuos quippiam committere. Hoc in cunctis quidem ab omnibus probæ mentis notatur, in Juvenibus autem, quibus propria virtus est Verecundia, nullâ prorsus dignatur veniâ. Dicere siquidem non neminem audio, tune SCHWENTERUM laudare, quem virtus juxta se ipsam collocavit? tune, cujus nomen per omnes orbis terrarum angulos Fama circumtulit, ac deprædicavit, præconia decantare ausis? Quid, temerarius adeò, ut, quod Præstantissimis olim & facundiâ Præclarissimis quibusque Viris SCto est demandatum muneris, tu vix balbutire gnarus absque ullo mandato, proprio tibi sumas ausu, atq; attribuas? Verumenimverò, quisquis es, hoc à me bonâ fide dictum abs te accipi volo, me non ignarum fuisse illius veteris: *Malum pictorem bonam formam imperitiâ suâ deteriorem reddere.* Sed nec laudationem me instituere voluisse scias, tum, quòd copiâ pariter ac elegantiâ verborum, quæ ista requirit, me destitutum nôrim, tum, quod Virtus & admiranda illa rerum omnium, artiumq; scientia, quibus ad invidiam usque & ultra fidem humanam Vir ille magnus ornatus & præditus erat, omnem excedere laudem, seq; ipsâ contenta esse mihi visa sit. Neque etiam cum *Peto*, *Prisco*, aliisve Romanæ Eloquentiæ Patribus me conferre, illudq; quod hodiernâ adhuc ætate, non ita suorum incuriosâ, aut dicendi arte exercitatissimi, aut publico instructi mandato exequi amant, proprio, ut dicitur, affectare motu, & suscipere; sed pietate, quovis SCto validiore, impulsus, divinum tanti Viri ingenium rudi saltem adumbrare penicillo, vitæq; præclarè actæ curriculum, absq; verborum phaleris breviter recensere, atque perstringere constitui, Heinsium aliquem, vel, si adhuc viveret, ipsum exoptans Tacitum, qui copiosius illo atq; ornatius prosequendo *supremus felicitati illius accederet cumulus, laudator Eloquentissimus.* Agite igitur A. omnium ordinum splendidissimi, molâ salsâ litantem, qui thura non habet, benigno vultu admittite, & quem defuncti fortean in dicendo admiratio sufflaminaverit, dolorve suppresserit, insignis & nunquam non spirantis benivolentiæ Vestræ aurâ sublevare non dedignemini. Tædium ego, quod ex incomtis meis, & auribus vestris parum dignis conceptis verbis, brevitate sedulò remotum ibo atque sublatum.

In



VITÆ PERIODUS
VIRI
Clarissimi & Excellentissimi
DN. M. DANIELIS SCHWENTERI,
Linguarum Orientalium & Mathemathum in alma Altdorphina Prof. Pub. longè celeberrimi,
Maximo omnium bonorum luctu & desiderio mense Ianuario Anni partus Virginalis CIƆ IƆ CXXXVI.
absoluta,
ET
ORATIONE
ultimi honoris, ac Observantiæ gratiâ in dicta Universitate descripta
A
JOHANNE JACOBO POEMERO
NORIBERGENSI.



Uod *Plinius Iunior*, Magnifice Dn. Rector, Generosi & illustres Barones, Viri Reverendi, Amplissimi Professores, Fautores & Præceptores honorandi, Tuq; Florentissima Nobilissimorum, Præstantissimorumque Studiosorum Corona, quod, inquam, *Plinius Iunior* de *Virginio Rufo*; qui laudis suæ assertorem consecutus erat ævi sui disertissimum *Cornelium Tacitum*, dicit: ***Hunc supremum ejus felicitati accessisse cumulum, laudatorem Eloquentissimum***, illud adeò mein ruborem dat, ut nunquam in hunc conscendisse locum, aut, si integrum adhuc foret, augustissimo vestro rursus me conspectui subductum velim, atque subtractum. Nimirum vereor, ne duplicis reus peragar criminis, injuriarum uno in defunctum

functum, altero temeritatis. Quorum illud tantò est gravius, quantò etiam turpius, in demortuos quippiam committere. Hoc in cunctis quidem ab omnibus probæ mentis notatur, in Juvenibus autem, quibus propria virtus est Verecundia, nullâ prorsus dignatur veniâ. Dicere siquidem non neminem audio, tune SCHWENTERUM laudare, quem virtus juxta se ipsam collocavit? tune, cujus nomen per omnes orbis terrarum angulos Fama circumtulit, ac deprædicavit, præconia decantare ausis? Quid, temerarius adeò, ut, quod Præstantissimis olim & facundiâ Præclarissimis quibusque Viris SCto est demandatum muneris, tu vix balbutire gnarus absque ullo mandato, proprio tibi sumas ausu, atq; attribuas? Verumenimverò, quisquis es, hoc à me bonâ fide dictum abs te accipi volo, me non ignarum fuisse illius veteris: *Malum pictorem bonam formam imperitiâ suâ deteriorem reddere.* Sed nec laudationem me instituere voluisse scias, tum, quòd copiâ pariter ac elegantiâ verborum, quæ ista requirit, me destitutum nôrim, tùm, quod Virtus & admiranda illa rerum omnium, artiumq; scientia, quibus ad invidiam usque & ultra fidem humanam Vir ille magnus ornatus & præditus erat, omnem excedere laudem, seq; ipsâ contenta esse mihi visa sit. Neque etiam cum *Paeto*, *Prisco*, aliisve Romanæ Eloquentiæ Patribus me conferre, illudq; quod hodiernâ adhuc ætate, non ita suorum incuriosâ, aut dicendi arte exercitatissimi, aut publico instructi mandato exequi amant, proprio, ut dicitur, affectare motu, & suscipere; sed pietate, quovis SCto validiore, impulsus, divinum tanti Viri ingenium rudi saltem adumbrare penicillo, vitæq; præclarè actæ curriculum, absq; verborum phaleris breviter recensere, atque perstringere constitui, Heinsium aliquem, vel, si adhuc viveret, ipsum exoptans Tacitum, qui copiosius illo atq; ornatius prosequendo *supremus felicitati Illius accederet cumulus, laudator Eloquentissimus.* Agite igitur A. omnium ordinum splendidissimi, molâ salsâ litantem, qui thura non habet, benigno vultu admittite, & quem defuncti fortean in dicendo admiratio sufflaminaverit, dolorve suppresserit, insignis & nunquam non spirantis benivolentiæ Vestræ aurâ sublevare non dedignemini. Tædium ego, quod ex incomtis meis, & auribus vestris parum dignis concepetitis verbis, brevitate sedulò remotum ibo atque sublatum.



VITÆ PERIODUS
VIRI
Clarissimi & Excellentissimi
DN. M. DANIELIS SCHWENTERI,
Linguarum Orientalium & Mathemathum in alma Altdorphina Prof. Pub. longè celeberrimi,
Maximo omnium bonorum luctu & desiderio mense Ianuario Anni partus Virginalis CIↃ IↃ CXXXVI.
absoluta,
ET
ORATIONE
ultimi honoris, ac Observantiæ gratiâ in dicta Universitate descripta
A
JOHANNE JACOBO POEMERO
NORIBERGENSI.



Uod *Plinius Iunior*, Magnifice Dn. Rector, Generosi & illustres Barones, Viri Reverendi, Amplissimi Professores, Fautores & Præceptores honorandi, Tuq; Florentissima Nobilissimorum, Præstantissimorumque Studiosorum Corona, quod, inquam, *Plinius Iunior* de *Virginio Rufo*; qui laudis suæ assertorem consecutus erat ævi sui disertissimum ***Cornelium Tacitum***, dicit: ***Hunc supremum ejus felicitati accessisse cumulum, laudatorem Eloquentissimum***, illud adeò me in ruborem dat, ut nunquam in hunc conscendisse locum, aut, si integrum adhuc foret, augustissimo vestro rursùs me conspectui subductum velim, atque subtractum. Nimirum vereor, ne duplicis reus peragar criminis, injuriarum uno in de-

functum

functum, altero temeritatis. Quorum illud tantò est gravius, quantò etiam turpius, in demortuos quippiam committere. Hoc in cunctis quidem ab omnibus probæ mentis notatur, in Juvenibus autem, quibus propria virtus est Verecundia, nullâ prorsus dignatur veniâ. Dicere siquidem non neminem audio, tune SCHWENTERUM laudare, quem virtus juxta se ipsam collocavit? tune, cujus nomen per omnes orbis terrarum angulos Fama circumtulit, ac deprædicavit, præconia decantare ausis? Quid, temerarius adeò, ut, quod Præstantissimis olim & facundiâ Præclarissimis quibusque Viris SCto est demandatum muneris, tu vix balbutire gnarus absque ullo mandato, proprio tibi sumas ausu, atq; attribuas? Verumenimverò, quisquis es, hoc à me bonâ fide dictum abs te accipi volo, me non ignarum fuisse illius veteris: *Malum pictorem bonam formam imperitiâ suâ deteriorem reddere.* Sed nec laudationem me instituere voluisse scias, tum, quòd copiâ pariter ac elegantiâ verborum, quæ ista requirit, me destitutum nôrim, tùm, quod Virtus & admiranda illa rerum omnium, artiumq; scientia, quibus ad invidiam usque & ultra fidem humanam Vir ille magnus ornatus & præditus erat, omnem excedere laudem, seq; ipsâ contenta esse mihi visa sit. Neque etiam cum *Pato*, *Prisco*, aliisve Romanæ Eloquentiæ Patribus me conferre, illudq; quod hodiernâ adhuc ætate, non ita suorum incuriosâ, aut dicendi arte exercitatissimi, aut publico instructi mandato exequi amant, proprio, ut dicitur, affectare motu, & suscipere; sed pietate, quovis SCto validiore, impulsus, divinum tanti Viri ingenium rudi saltem adumbrare penicillo, vitæq; præclarè actæ curriculum, absq; verborum phaleris breviter recensere, atque perstringere constitui, Heinsium aliquem, vel, si adhuc viveret, ipsum exoptans Tacitum, qui copiosiùs illo atq; ornatiùs prosequendo *supremus felicitati illius accederet cumulus, laudator Eloquentissimus.* Agite igitur A. omnium ordinum splendidissimi, molâ salsâ litantem, qui thura non habet, benigno vultu admittite, & quem defuncti fortean in dicendo admiratio sufflaminaverit, dolorve suppresserit, insignis & nunquam non spirantis benivolentiæ Vestræ aurâ sublevare non dedignemini. Tædium ego, quod ex incomtis meis, & auribus vestris parum dignis conceperitis verbis, brevitate sedulò remotum ibo atque sublatum.

In

Præpositi ac Superintendentis Ecclesiæ ejus Vigilantissimi, filiam, M. BARTHOL. BERNHARDI aliàs FELDKIRCH, qui primus sacerdotum post repurgatam à Luthero Ecclesiam uxorem duxit; neptem. Doctus primas literas in scholâ patriâ, quas pro docilitate ingenii celeriter hauserat, in illustrem ad Moldam Ludum traditus est, cùm quatuordecim & decem annorum adolescentulus esset. Ubi eo successu invigilavit studiis, ut quarto anno pôst plenus & Græcæ & Latinæ eruditionis, tum cæteris artibus, quibus gravioribus disciplinis præparari ingenia solent, præclarè instructus, rectâ in Academiam nostram deinde conferret. Cui paulò pôst, ne quid subsidii deesset eximiæ indoli, de stipendio per Electorem clementissimè prospectum est. Quo velut stimulo quodam incitatus animum ab se alacrem & amplum cuilibet studiorum generi, per omnes scientias ac disciplinas Philosophicas liberrimè egit: Sed Mathematicis cumprimis immoratus est: vel quia naturæ ductu eò trahebatur, vel quòd nobilitas earum ac dignitas invitabat. Quę tanta certè, ut non frustra Deorum filios ac cognatos istis præcipuè insudasse studiis creditum sit. Nam cùm emetiretur orbem terrarum Jovis filius Hercules, non peregrinando, sed describendo finem ejus invenit. Cœlum autem, non humeris, ut fabulantur Poëtæ, sed ingenio ac doctrinâ post Atlantem, quem Magistrum & Præceptorem habuerat, fulciit; cujus rationes ac motus eâ tempestate nemo accuratiùs tenebat. Enimverò attollere ad cœlestia animum, & evolare in domos superas, non nisi felicioris cujusdam, ut Poëta existimabat, animæ est. Quâ de causâ & Plinius auctores astrorum scientiæ *ingentes viros, & supra mortalium naturam*, hoc est, divinos, eò appellat veriùs, quò remotiores hæ artes à lucro quæstuque sunt, atque ab omni vilitate terræ longiùs recedunt. Cui hærere vulgares mentes plerumque solent. Quamquam & eam non planè negligebat noster; quatenus scilicet tot herbas, frutices, fructus: tot gemmas metallaque fœcundo suo sinu profert: eaque omnia pellendis morbis ac ægritudinibus, quæ humanum genus sæpe infestant, quàm saluberrimas medicinas præbent. Hæc enim cognoscere atque complecti animo æquè allaborabat. His spatiis, his itineribus cùm progrederetur in studiis, accidit, ut magnus ille cœli Vates, TYCHO BRAHEUS, ad se mittendum hominem literis postularet, quo ejus operâ in observatiōibus, quib⁹ incūbebat novus Hercules, uteretur. Quâ provinciâ ut neminem alium functu-

functurum rectiùs, quam RHODIUM existimabat nobilis ille Mathematicus Acad. nostræ MELCHIOR JOSTELIUS, sic ei auctor erat ac suasor, ne tam præclaram occasionem cõsulendi studiis suis prætermitteret. Nec defuit ille fortunæ suæ, vel auctoritatem optimè de se meriti Præceptoris defugit; sed obsecutus ejus consilio Pragam ire, & magno illi Astronomiæ Instauratori addicere sese strenuè porrexit, cùm Philosophię laureâ antè esset ornatus: quâ publici testimonii loco Kalendis Martiis donatus fuit. Cum Pragam venisset, non modò BRAHEO probavit se facilè, sed & decus harum artium ingens ac seculi nostri JOHANNEM COPLERUM, erudito suo ingenio mirum in modum sibi adjunxit divinxitque. Altero anno, cùm Bohemiam, Moraviam, Styriam, maximam partem peragrâsset, Mense Septembri huc rediit, privatasque scholas habere instituit. Quâ ratione cùm egregiè de literata Juventute mereri esset visus, altero anno pòst ab ordine Philosophico inter Adjunctos ejus Collegii quos vocant, asscriptus & cooptatus est, & mox ab ipso Electore collato stipendio loco extraordinario docere Mathemata publicè jussus est. Quæ ordinariè demum profiteri cepit, cùm Vir Clariss. MATTHIAS ANOMÆUS Medicinæ D. Linzium, ad capessendum Rectoratum ejus Gymnasii discessisset: quod anno cIↃ IↃc IX. M. Decembri accidit: Sequenti anno pro assumendo summo in Medicina gradu de Cardialgiâ disputavit publicè: quem postea VII. Kal. Octob. cum Competitoribus duobus solenniter legitimèque impetravit. MELCHIORE JOSTELIO Med. D. & Superiorum Mathematum Prof. P. mortuo suffectus est anno cIↃ IↃ CXII. quo anno & ad matrimonium applicuit animum, ductâ uxore Lectissimâ Virgine, CATHARINA ZANGERIA, magni illius JCti & Antecessoris in Academiâ nostrâ Nobilissimi, JOHANNIS ZANGERI filiâ. Ac liberos quidem reliquit nullos. Ac ne suscepit quidem. Aboriente quippe fœtu quem optima conjux aliquando conceperat. Quo nescio feliciorne an infelicior fuerit. Neque enim omnes Metalli illius consequuntur fortunam: quem functum amplissimis dignitatibus & tandem vitâ, quatuor filii, omnes, aut Consules, aut Canditati Consulatus, qui summus & maximus apud Romanos in Republ. liberâ honor fuit, quidam & triumphalibus ornati, clarum suis humeris in rogum imposuerint. Nam Priamus rex eò infortunatior habitus est, quòd post quinquaginta filios,

lios, hostili manu, atque in conspectu Patris, interemtos, ipse novissimus, inter Deorum ceremonias trucidatus est, restinguens suo sanguine, quos ipse ignes sacraverat. Et ea nunc eunt tempora, cùm facilius sit, in Priami alicujus fata incidere, quàm raram ac magnam felicitatem invenire: qualem Metelli admirati veteres sunt, & monumentis suis auctores nobiles celebrarunt. Hoc maximum liberi conferunt, quòd genus & nomen eorum, unde orti, conservant. Atqui id libri, hoc est ingenii fœtus, multò fideliùs plerumque præstant: per quos jam olim noster memoriæ suæ consuluit atque prospexit. Quæ stabit certè durabitque quamdiu Euclides ab eo illustratus preclarè ac explicatus in doctorum hominum complexu versabitur. Ut Opticem ejus, nec non de Crepusculis, quæ scripsit, item Cometam per Bootem, quem anno cIↃ IↃcXIIX. in libro multo certiùs & accuratiùs spectandum præbuit, quàm cœlo ipso propemodũ pleriq; notarunt, nuncium auguremq; tot maximarum calamitatum, quas sumus experti, taceamus. Quæ ejus opuscula de ingenio viri & absolutâ eruditione in Mathematicis disciplinis ubertimè ac luculenter possunt testari. Quamquam longè ampliora & diviniora exspectanda erant, nisi preceps fatum, & nimium properatus obitus intercepisset. Huc accedit & Aqua RHODIA, quam legit primus duxitque in urbem magnis laboribus, nec minore sumtu. Quæ non sinet oblivione atteri ejus nomen, quamdiu usibus civitatis inserviet, quos hâc industriâ suâ insigniter juvit, Rectoratum administravit bis: primùm anno cIↃ IↃcXVI. à Kal. Maji in Octobrem usq;: & iterum ante hos tres annos. Sed quia qui ei suffectus post primum erat, Summus Theologus LEONHARTUS HUTTERUS, paulò pòst vitâ cederet, redierunt ad RHODIUM nostrum fasces Academiæ iterum, quibus praeesset deinceps Prorectoris nomine, donec dignitas ac in suum quasi acta orbem ad alium posset devolvi. Decanatu collegii Philosophici sexies functus est: semel Adjunctus, Assessorque ejus ordinis; quinquies justus legitimusque Professor. Quos magistratus ita administravit ac gessit, ut decus & utilitatem Academiæ semper haberet ante oculos, & eò omnes consiliorum suorum dirigeret rationes. Nec aliud spectare eum debere, qui esset aliqua Resp. pars, omninò existimabat. Improbitatis ac levitatis hostis acerrimus fuit: adulationis, blanditiarum expers fidei ac veritatis studium sedulò amplectebatur. Gravis molestusq; nemini, ac ne inimicis quidem, si quos, ut fieri solet, aliquando

quādo nactus esset. Cum conjuge conjunctissimè & summâ concordiâ, cum Collegis amicè & citra omnem æmulationē semper vixit. Quos juvare quâ ratione posset, quàm ullâ relędere, assiduè studebat. Proximâ die Saturni, cùm à prandio sese in Museum suum recepisset, eo animo, ut paulò pòst in ecclesiam pergeret, & factâ exomologesi peccatorum veniam impetraret, apoplexiâ ipsâ primâ correptus est, tam vehementi quidem, ut, præstantissimis medicamentis frustra adhibitis, sub horam VII. vespertinam exhalaret animam, cœlumq; invaderet, quod tantâ diligentiâ hactenus scrutatus & animo penitus emensus erat. Qui obitus ejus etsi abruptus admodum ac præceps; infelix & malus tamen esse non potest, qui inter sanctissimas cogitationes venit. Neq; enim unquam malè morietur, qui quando detestatur suas maculas, execratur noxas, & nihil aliud, quàm Christum, quàm crucem ejus, sacramentum redemptionis nostræ, cogitat, quàm emendandam vitam in melius, seq; jam ipsum quasi fugere, Deo hærere studet, exspirat. Itaq; tantum abest ut malè ominari aliquis debeat, ut hunc clarissimum Virum, hunc Professorem eruditissimum, Mathematicum summum, quandoquidem aliis officiis colere amplius non possumus, supremo honore cumulatè atq; prolixè afficiamus. Quapropter agite CIVES ACADEMICI, & H. I. ad ædes ejus convenite frequentes, prosecuturi funus ac deducturi non in templum modò, ubi habenda erit concio, sed inde etiam in sepulturæ destinatum locum, ubi deponetur ejus corpus, in quo habitavit egregia anima, quæ cùm adhuc teneretur corporeis vinculis cum cœlo atq; sideribus conversata assiduè commerciumq; exercuit quoddam. Id præceptori debetis tam præclarè tot annos de studiis vestris merito, & nobis quoq;, qui jubemus. PP. ad d. XXIIX. Augusti anno recuperatæ gratiæ cIↃ IↃC XXXIII.

SCRIPTA.

Optica: *VVitteb.* 1611. in 8.
Tractatus de Crepusculis: *ib.* 1611. in 8.
Cometa per Bootem: *ib.* 1619. in 4.
In Euclidis Elementa: *ib.* 1620. 1634. in 8.
Disputationes super Ideam Medicinæ Philosophicæ Petri Severini, Dani, quibus loca illius libri obscura & difficilia illustrantur, adversarii refutantur & multi Discursus ex intimis naturæ adytis depromti moventur: *Hafn.* 1643. in 4.

VI-



VITÆ PERIODUS
VIRI
Clarissimi & Excellentissimi
DN. M. DANIELIS SCHWENTERI,
Linguarum Orientalium & Mathemathum in alma Altdorphina Prof. Pub. longè celeberrimi,
Maximo omnium bonorum luctu & desiderio mense Ianuario Anni partus Virginalis CIↃ IↃ CXXXVI.
absoluta,
ET
ORATIONE
ultimi honoris, ac Observantiæ gratiâ in dictâ Universitate descripta
A
JOHANNE JACOBO POEMERO
NORIBERGENSI.



Uod *Plinius Iunior*, Magnifice Dn. Rector, Generosi & illustres Barones, Viri Reverendi, Amplissimi Professores, Fautores & Præceptores honorandi, Tuq; Florentissima Nobilissimorum, Præstantissimorumque Studiosorum Corona, quod, inquam, *Plinius Iunior* de *Virginio Rufo*; qui laudis suæ assertorem consecutus erat ævi sui disertissimum *Cornelium Tacitum*, dicit: *Hunc supremum ejus felicitati accessisse cumulum, laudatorem Eloquentissimum*, illud adeò me in ruborem dat, ut nunquam in hunc conscendisse locum, aut, si integrum adhuc foret, augustissimo vestro rursus me conspectui subductum velim, atque subtractum. Nimirum vereor, ne duplicis reus peragar criminis, injuriarum uno in defunctum

functum, altero temeritatis. Quorum illud tantò est gravius, quantò etiam turpius, in demortuos quippiam committere. Hoc in cunctis quidem ab omnibus probæ mentis notatur, in Juvenibus autem, quibus propria virtus est Verecundia, nullâ prorsus dignatur veniâ. Dicere siquidem non neminem audio, tune SCHWENTERUM laudare, quem virtus juxta se ipsam collocavit? tune, cujus nomen per omnes orbis terrarum angulos Fama circumtulit, ac deprædicavit, præconia decantare ausis? Quid, temerarius adeò, ut, quod Præstantissimis olim & facundiâ Præclarissimis quibusque Viris SCto est demandatum muneris, tu vix balbutire gnarus absque ullo mandato, proprio tibi sumas ausu, atq; attribuas? Verumenimverò, quisquis es, hoc à me bonâ fide dictum abs te accipi volo, me non ignarum fuisse illius veteris: *Malum pictorem bonam formam imperitiâ suâ deteriorem reddere.* Sed nec laudationem me instituere voluisse scias, tum, quòd copiâ pariter ac elegantiâ verborum, quæ ista requirit, me destitutum nôrim, tùm, quod Virtus & admiranda illa rerum omnium, artiumq; scientia, quibus ad invidiam usque & ultra fidem humanam Vir ille magnus ornatus & præditus erat, omnem excedere laudem, seq; ipsâ contenta esse mihi visa sit. Neque etiam cum *Pato*, *Prisco*, aliisve Romanæ Eloquentiæ Patribus me conferre, illudq; quod hodiernâ adhuc ætate, non ita suorum incuriosâ, aut dicendi arte exercitatissimi, aut publico instructi mandato exequi amant, proprio, ut dicitur, affectare motu, & suscipere; sed pietate, quovis SCto validiore, impulsus, divinum tanti Viri ingenium rudi saltem adumbrare penicillo, vitæq; præclarè actæ curriculum, absq; verborum phaleris breviter recensere, atque perstringere constitui, Heinsium aliquem, vel, si adhuc viveret, ipsum exoptans Tacitum, qui copiosius illo atq; ornatius prosequendo *supremus felicitati illius accederet cumulus, laudator Eloquentissimus.* Agite igitur A. omnium ordinum splendidissimi, molâ salsâ litantem, qui thura non habet, benigno vultu admittite, & quem defuncti fortean in dicendo admiratio sufflaminaverit, dolorve suppresserit, insignis & nunquam non spirantis benivolentiæ Vestræ aurâ sublevare non dedignemini. Tædium ego, quod ex incomtis meis, & auribus vestris parum dignis conceperitis verbis, brevitate sedulò remotum ibo atque sublatum.

In

In commemoratione autem & explicatione bonorum, quæ ingentia SCHWENTERO nostro sorte quadam divina contigerunt, primus meritò honor debetur Patriæ. Est enim illa primum & præcipuum felicitatis humanæ fundamentum, venerationis merito etiam parentibus, à quibus hoc ipsum, quod sumus & vivimus, accepimus, præferenda. A laudibus igitur illius dicendi faciens initium, prima nostrum excepit *NORIBERGA*, Urbs Imperialis, Libera, splendida, magnifica, & omnino talis, qualem ipse eam prædicavit *Imperator Carolus V.* omnium Imperii civitatum præcipua, & districtûs illius opportunissima. Cujus splendorem si accuratiùs cognoscere gestias, *Æneas Sylvius Cardinalis* abundè tuo satisfecerit desiderio, qui nullo ductus affectu (neque enim ei patria erat) ad quendam de ista scribens, *Dic rogamus*, inquit, *quænam facies hujus Urbis? qui splendor? quæ amœnitas? quæ delitiæ? quis cultus? quid illic ad civitatem omni ex parte perfectam desiderare quispiam potuerit? Quis venientibus Franconiâ inferiore, & procul spectantibus ejus Urbis aspectus? quæ majestas? quod decus ab extra visentibus, quis intus nitor platearum, quæ domorum munditia? Quid S. Sebaldi templo magnificentius, quid D. Laurentii delubro splendidius? Quid arce regiâ vel superbius, vel munitius? quid fossâ, quid mœnibus illustrius? Quot ibi civium ædes invenias regibus dignas? Cuperent tam egregiè Scotorum reges, quàm mediocres Nurimbergæ cives habitare. Hæc ille.* Sed & leges, quibus Εὐδαίμων illa (uti ducentis amplius abhinc annis a Græco quodam cognominata est scriptore) feliciter hucusq; est administrata Respublica, & ad diem illum decretorium (quod à Te DEUS OPT. MAX. supplex contendo) administrabitur, non possunt non esse optimæ, utpote pleræque ab optima, & mille amplius annorum firmitate sua superbiente Rep. Veneta (Romanarum legum exemplo) per Legatos petitæ & impetratæ. Harum custodiam *Optimi* tantum obtinent. Neque enim solo natalium jure, aut nudâ Imaginum prærogativâ Senatoriam ambire licet dignitatem, sed virtute, Prudentiâ, Gravitate decoratus sit oportet, qui in Amplissimum illum cooptari expetit ordinem. Hi in tredecim *Consules*, totidemque *Scabinos*, & octo, ut vocant, *antiquos Nominatos* divisi, magis ardua expediunt Reip. negotia. Ex his venerandum & tantum-non adorandum constituitur *Septemvirorum Collegium*, qui arcanioribus & gravissimis tractandis vacant causis atq; negotiis.

gotiis. Ex his *Quæstores* sive *Duumviri*; & accedente tertio, *Triumviri* sive *summi Civitatis capitanei*, cæteris longè eminentiores; ex his *Prætores Tutelares* ac *Scholarchæ* eliguntur, qui egregia sanè conjunctione Ecclesiarum & Scholarum *Curatores*, perpetuos simul etiam viduarum pupillorumq; omnium agunt *Tutores*. Quos excipiunt pari prudentiâ pariqúe authoritate pollentes Viri, *Tribuni militares*, *Præfecti Provinciales*, *sylvarum ædificiorumq; publicorum præpositi*, aliique plures, à quibus Respub. in partibus ipsis creditis dexterrime administratur ac gubernatur. Summa, terrestres illi Dii & verè Patres patriæ, *ne Resp. detrimentum capiat*, summâ curâ invigilant, omnique privati commodi sollicitudine remotâ, supremam illam & omnium primam, *Salutem publicam*, non tam Curiæ parietibus aureis inscriptam literis, quàm uniuscujusque insculptam animo sanctissimè observant, non secus ac boni patresfamiliâs magnam illam domũ regentes, ac subditorum salutem unicè procurantes. Qua quidem miranda sua prudentia & fidelitate ipsis Impp. cæterisque Imperii ordinibus adeò se probârunt, ut digni tanto honore tantâque reperti fuerint gratiâ, quibus *ipsa Sacri Imperii Sacrosancta insignia* servanda committerentur atque custodienda, non sine insigni Urbis suæ gloria, & splendore. In patria hac igitur clarissima nobilissimaque sic genere minimè obscuro aut sordido natus est Noster Anno redemti Mundi MDLXXXV. prid. Kal. Febr. *Patre* quidem *Ioanne*, Viro spectatissimo, numerosiorisque, ut vocant, ibi Senatus adjuncto, *Matre*, verò *Barbarâ*, *domus Koleria*, fœminâ Ornatissimâ. Hi, cum in prima statim pueritia egregia de se præclaræ indolis præberet indicia, pædagogis eum domi primis instituendum elementis tradiderunt, incerti tamen adhuc, cuinam potissimum rei illum essent destinaturi. Quæ cùm mirâ quadam apprehenderet celeritate, æthereus ac tenellus adhuc animus ipse parentum & diligentissimorum Præceptorũ disciplinam transgressus, cùm vix pueritiam evasisset, confestim non mercaturis aut negotiis obeundis neque agro colendo intendit mentem, sed cuncta hæc inferiora ducens, nequaquam sibi vivendum existimavit, nisi famam & gloriam majoribus in rebus, hoc est, in literis, quæ immortalitatem pariunt, consequeretur. Publicæ igitur commissus institutioni, sese sẽper intra claustra quædã diligentiæ cõtinuit, quid officii sui esset maturè cogitavit, lectiões dõi fideliter mẽoriæ mãdatas

in

in Scholis repetiit, & ,prorsus ut equus calcaria non expectans, ipsa naturæ alacritate instigatus demandatum sibi stadium decucurrit. Quotus autem quisq; est, qui hæc, etiam provectioris jam ætatis, ita sedulò agat? Quotus est, qui adeò officii sui munus ex amussim adimpleat? qui ab omni ignavia atque torpore alienus nasturtio non interdum egeat? Sed detrahere cuiquam mihi non propositum, potius hunc nostrum, cui hæc omnia affuerunt, mirari, & magnifacere. Quibus etiam hoc obtinuerat, ut non in admirationem modò sui omnes rapuerit, & palmam sibi tribuere adegerit condiscipulos, sed & Præceptorum aliorumque dictæ Urbis literaturæ Censorum præclara diligentiæ reportaverit testimonia. Proinde ne hîc quidem diutius sibi immorandum ratus, cùm jactis ita feliciter fundamentis solidius quid atq; perfectius eâdem superstrui posse felicitate, rectissimè ratiocinaretur, parentes adit, iis summâ, uti par est, reverentiâ profectus suos exponit, studiorum, nî promoveatur, jacturam rationibus sat concludentibus demonstrat, ut aliò mitterent, enixè rogat. Hîc Parentes nonnihil hæsitare, & (ut fieri amat) metuere, ne præmatura ista (nondum enim decimum annum attigerat) ingenii vis citò defervesceret, nec ad maturitatem aliquando perveniret. Tandem verò annuunt, eumq; dictis Præceptorum testimoniis persuasi, ac vano seposito metu, SULZBACHUM, nobile tum temporis bonarum artium emporium, ablegant. Ubi Noster temporis, cujus perniciissima est fuga, habens rationẽ, postquam totos dies Musis esset operatus, *noctu quoque partem iudem vindicabat, & oculos vigiliâ fatigatos atq; cadentes sæpe in opere detinebat.* Scilicet animo semper volvebat secum, quòd discipulus quidam Magistro suo, nondum aptũ eum esse propter ætatem ad discendam legem, de quâ illum rogârat, dicenti respondebat: *An nescu diem esse brevem, opus verò multum? Nonne multi jam momorderunt humum, qui me ætate sunt minores?* Primum ergò illud in ætate nostra, quod est optimum, (*ut perpulchrè ait Sapiens Romanus*) vanitatibus exhauriri minimè sustinens, sibiq; fęcem reservare nolens, assiduè studiis invigilabat, & *Latinâ* sibi jam conciliatâ, *Græcam* ambire gestiebat linguam, omnium scientiarum fontem atq; matrem. Mox, istâ nonnihil sibi familiarius redditâ, *ipsius Sancti Spiritus Idiomatis* immenso teneri cœpit amore. Neq; verò isto omnibus propè juvenibus communi laborabat vitio, qui nimiâ sciendi flagrantes cupiditate, primo statim momento cuncta perdidicisse exoptant, & onus sibi

sibi sæpe imponunt, cui non sunt ferendo, parum nimirum providi, *quid humeri valeant, quid ferre recusent.* Sed *viribus ille onus aptabat, nec plus occupabat, quàm cui sufficere posset.* Qua quidem in re Virum consecutus est longè Celeberrimum & immensa multivariarum Linguarum scientiâ Præclarissimum ELIAM HUTTERUM, qui eum, si forte labasceret, & oneri vellet succumbere, (id quod robustissimis quibusq; interdum solet contingere) sustentaret atque erigeret. Erectus etiam & ad pleniorem Linguæ sanctissimæ cognitionem ab eo est perductus. Sed quid accidit? Fortuna, quæ in bonarum mentium perniciem juravit juramento plusquàm Catilinario, in nostrum quoque desævit, eoq; acriùs suum exercuit imperium quò magis sibi metuit, ne ipsa brevi Ejus pati imperium, manusque dare cogeretur. Mortem, fidissimam suam sive sociam, sive ministram, parentibus immisit, tantùm ut, quem citissimo nunc ad virtutem atq; scientias cursu contendere videret, injectâ sumptuum difficultate sufflaminaret & retardaret. Verùm, Fortuna, parentes naturales abstulisti? Publicos ille sortitus est. Sumtus denegâsti? Ab his largiter sunt suppeditati. Neque enim Noster primo tuo statim perterritus impetu despondit animum, sed firmissimè illum adversus insultus tuos Constantiâ indurans, de mediis acriùs te oppugnandi anxiè circumspexit: quæ etiam apud *Magnificos & Amplissimos Dnn. Scholarchas* facillimè invenerat. His enim statum rerum suarum exponens, & eruditionem atque profectus legitimè approbans, benignissimis semper usus & ALTDORPHIUM ab Iis missus in *Alumnorum* est receptus numerum. Ubi *Linguæ Sacræ Mathematicam*, aliasque artes adjungens liberaliores tantos brevi temporis spatio in illis fecit progressus, ut supremis Philosophiæ honoribus (quos tamen ante contractas nuptias prensare noluit) dignus ab omnibus censeretur, judicareturque. Sed in *juvenilibus* hisce longus fortassis sum, & vereor, ne vadimonium Vobis, quo me ad brevitatem obstrinxi, deserere videar, si in minutioribus diutius morarer. Majora utique postulare, & quid Noster, cùm in Viros jam transcriptus esset, egerit, desiderare mihi videmini. Ignoscite quæso, & de matrimoniis pauca dicenti attendite, mox ad publica & desiderata progressuro. Noster ergò, postquam studiorum suorum feliciter jam telam pertexuisset; & præter disciplinas *Mathematicas* supradictæ *Linguæ Sacræ*, alias insuper addidisset, *Arabicam, Chaldaicam, Syriacam,*

de laborum hactenus exantlatorum cogitare cœpit levamine, cum libris liberos conjungere, ut honestum, ita jucundum ratus, animi solatium quærere, & individuam vitæ sociam sibi adglutinare voluit. Matrimonium ergò bonis iniit auspiciis cum lectissima honestissimaque Virgine MAGDALENA, Viro integerrimo *Caspare FISCHERO*, cive Noribergensi prognatâ. Cum qua haud paulò jucundius, quàm *Socrates cum sua Xantippe* vivens, adversa & secunda (uti decet) invicem communicabat, consilia conferebat, domesticum imperium participabat, & annos XVII. sine jurgio, sine offensa, sine ulla animi læsione ita concorditer agebat, ut nullâ opus fuerit *Deâ Viriplacâ*, quæ lites (utpote nullas) componeret, atque dirimeret. Sed dolor! cum parentem Eum fecisset undecim liberorum, vi mortis abrepta, divortium illa facere coacta fuit. Quod quidem vulnus Nostro *non summam rupit cutem, sed pectus* (cujus illa pars erat) *& viscera ipsa divisit*. Verùm mortalem se accepisse cogitans, & anni spacium (fœministantùm à Romanis lugendi maritos constitutum) animitus eam lugens, cùm res familiaris matrefamil. ampliùs carere non posset, nuptias An. 1624. iterare censuit, & Virginem sibi junxit itidem lectissimam ac pudicissimam MARIAM, *Georgii* GRUBERI, Viri honestissimi, & majoris Senatus Norib. Assessoris legitimo matrimonio susceptam filiam. Cum qua pari candore, pari & majori etiam officiorum animorumque vixit conjunctione. Neque enim in ipsa morte eam deserere; sed quam vitæ sociam habuerat, mortis quoque fidum ei se præbere comitem omnibus votis exoptavit. *Felices ter & amplius, Quos irrupta tenet copula: nec malis Divulsus querimoniis Supremâ citius solvet amor die* non minus verè quam eleganter prædicat *Poëta Lyricus*. Quantò autem felicior erit Noster cum unicè dilecta conjuge, quos ne hæc quoq; solvit, sed arctiori potius loco ac perpetuâ conjunxit cohabitatione? Postquam enim illa quartâ jam prole maritum beâsset (è quibus quidem una saltem adhuc superest) & jamjam aliâ superaddituгa gemellos, sed alterum, heu! mortuum, esset enixa, partus confecta doloribus interiit, & filiolo quidem XIV. Kal. Feb. Anni labentis. Parentem ditavit, Maritum verò fidissimâ conjuge ad tempus privavit. Sed ad tempus dixi, idque modicum. Neque enim in perpetuum privare potuit. Cùm enim illam ita enecatam acerbissimè uxisset, & nihil amplius, quàm *dissolvi & cum Christo & dulcis-*

dulcissima sua conjuge esse cuperet, voti damnatus, unius saltem horulæ interjectâ intercapedine cam secutus & ad tumulum comitatus est, mox sempiterna illa nec ullis ærumnarum procellis agitanda gaudia ; ad quæ charitates nunc aliquot cum infantulo eâdem die extincto præmiserant, cum illa ingressurus, cœlestesq; nuptias celebraturus. O *verum divini & humani Iuris consortium* ! O *verè individuam & nec morte dissolvendam vitæ utriusque consuetudinem* ! Nunc ad *publica* devenio, quò me & promissum meum, & vestra vocat expectatio. Quando igitur SCVVENTERUS noster ita studio suo atque diligentiâ sibi virtutem, hæc illi famam jam aliquam comparavit, ad *publicam* ab *Incluto Senatu Noribergensi An.* 1608. *Sanctæ Linguæ* solenniter evocatus est *professionem*. Quam summa non tantum reverentiâ suscepit Spartam, sed & tantâ curâ & industriâ elaboratam dedit & ornatam, ut elapsis aliquot annis, qui linguas quoque alias, easque Orientales præcipuas profiteretur, & *curam atque tutelam Bibliothecæ cum Collegii inspectione* obtineret, dignum Eum *Idem Amplissimus* habuerit *Senatus* atque æstimaverit. Neque verò hoc satis erat. Majores tanta virtus requirebat honores. Quanquam enim illa sibi ipsi sufficiens hos minimè exigat, jure tamen expectat & oblatos admittit. Collegii Philosophici (ut vocant) *Decanatus* quartum ei delatus, & supremo Universitatis honore *Rectoratu*, eo ipso anno An. 1623. quo Serenissimi ac Potentissimi Imperatoris Ferdinandi II. clementiâ *Academia* hæc nostra *Universitatis* titulo ac privilegiis donata & insignita fuit, decoratus est. Hos omnes tanta cum animi moderatione gessit, ut haudquaquam factus insolentior omnibus se æquum præberet, omnibus facilem. Romanis laudabiliter receptum fuisse legimus, triumphantibus à tergo servum collocare, qui, ne tanto incensi honore ultra sortem sese humanam efferrent, adstans subinde iis occineret: *Homo es, hominem te esse cogita* ! Talis profectò SCHVVENTERO nostro occentor importunus fuisset, qui ipse fidus sui admonitor, idem planè erat ac manebat in honoribus, & extra illos collocatus. Verùm, ne sic quidem Virtuti & multijugæ Ejus artium omnium scientiæ satisfactum erat, & qui *Hebraicam*, *Chaldaicam*, *Syriacam*, publicè docebat, publico etiam donandus erat præmio. A sæpius igitur nominato incluto Senatu Norib. *Laurea* ipsi decreta, & Amplissimo tum Universitatis Procancellario Dn. *IOAN. CHRISTOPHORO OEL-*

Z 2 *HAFIO*

HAFIO (cujus memoriam nulla unquam temporis obliterabit diuturnitas) demandatum, ut Nostrum in *dictarum trium Linguarum Poëtam* ritè proclamaret & renunciaret. Summam hîc admirari subit atque suspicere Viri modestiam. Satis enim se cumulatum honoribus putans, hunc de novo sibi delatum tamdiu modestè admodum removebat, donec à jam memorato Magnifico Dn. Procancellario admonitus; videret, ne Senatus inclyti, quem jam benignissimum haberet, nimium detrectando excideret gratiâ, illum coactus quasi admiserit; *Matheseos* insuper anno priore An. 1628. auctus *Professione*, illius non unâ saltem, sed variis constantis artibus disciplinæ, &, nõ secus ac justitia virtutes reliquas, *Arithmeticam*, *Astronomiam*, *Astrologiam*, *Geometriam*, *Opticam* & alias ambitu suo complectentis pænè innumeras. Sed quibus in hoc docẽdi gẽere Viris successit? Certè talibus tãtisque qui admirandâ & invidendâ suâ doctrinâ atque eruditione immortalitate donati, in omnium adhuc ore vivunt, perpetuâque vigent memoriâ. Quis enim Virorum Præclarissimorum & Rei literariæ Patrum conscriptorum ita prorsus est ignarus, qui non *Pratorium*, *Saxonium*, & *Odontium*, insignes illos Mathematicos, vel ex auditu solùm noverit? Quis in ignorantiæ adeò latet hæretque latebris, ad quem Lumina hæc non penetrârunt splendidissima, totoque scriptis suis Orbe micantia? Quibus tamen Viris magnis oppidum hoc, quod suis meritis clarius fecerunt, quid refert? quo honore, quo præmio tantam virtutis præstantiam prosequitur? Pudet dicere: *Ex oculis, ex animo.* Et licèt omnia faceret, non est, non est externi præmii locus. Ipsa virtus ipsa in se benefacta præmia habent; est autem virtutis & rectè factorum fructus maximè, illa fecisse. Quorum Ille & expeditâ in omnibus ratione, & tenaci memoriâ, quam tarda senectus anno octuagesimo non ut corpus curvavit, stupendus, præmium hoc, quod secundo quasi loco virtuti propositum, non jam in seipso sed in aliis consistens, consecutus est, honorem scilicet, & gloriam etiam apud exteros, qui admirati cum profunda eruditione & probitate insigni experientiam incredibilem, eximio illum favore & honore prosecuti sunt. Θαυμασιώτατος ille augustæ historiæ scriptor *Thuanus* tanti illum fecit, ut librum quendam historiarum suarum edere ante noluerit, quàm censuræ illius subjiceret. *Sethus Calvisius* in opere suo Chronologico multa habet, quæ à *Pratorio* didicisse se fatetur liberè. *Isaacus Casaubonus*, *Andreas Dudithius*, *Marcus VVelserus*, *Henningus Arnisæus* (qui viri!) pluri-

plurimi hunc eundem æstimârunt, & consilium illius in rebus arduis non semel petierunt. Sub cujus Viri disciplina brevi temporis intervallo SCVVENTERUS noster ad id eruditionis in *Mathesi* fastigium, quo Eum conspeximus, se conscendisse fassus est non semel, imò & scriptum reliquit. O felicem, cui tanta bonorum tantorum contigit cumulatio, ut post amplissimam patriam etiam claros parentes, post tales parentes fideles & claros habuerit Doctores ac Præceptores! Quod si quis hæc ad eos, qui diu vitâ exierunt, nil pertinere existimat, is non meo, sed omnium profectò judicio valde erraverit. Non enim cum morte gloria interit, nec virtutis præmia vitæ, hoc est, brevi valde finiuntur spatio. Manent illa, manebuntq; æternùm, quamdiu literis suus constabit honor, & fœda barbaries dudum Germaniâ expulsa postliminio nō revertetur. Quæ omnia, A. huic potissimùm fini à me sunt dicta, ut intelligeretis, horum Virorum laudes ad idem honoris gloriæq; studium incentivū Nostro fuisse, nec minus ei, quā *Themistocli Miltiadis trophæa* somnum excussisse. Noctes enim atque dies incumbens libris, illos ut æquaret, unicè satagebat, nec voluptatibus quantumvis honestis, nec publicis etiam inde se dimoveri passus periculis. De *Iosepho Scaligero*, illâ divinâ divini partis sobole, æquè divinus prodit *Heinsius*, illum, cùm in Urbe Parisiorum eo versaretur tempore, quo notissima illa & nefanda sub Carolo IX. sæviret Laniena, adeò Hebræis intentum sedisse literis, ut nec armorum fremitum, nec puerorum gemitus, nec mulierum lamentationes, nec hominum aliquandiu clamorem audiverit. Idem de Nostro absq; falsi affirmare licet crimine, qui, hostibus adhuc circumquaq; nobis impositis, igne & ferro sine morâ agros depopulantibus, nullo bombardarum fragore, nullo civium militumq; tumultu, nullo uxorum maritos trucidatos deplorantium ejulatu à studiis se avocari sustinuit, sed vel Linguis intentus, vel, tanquam alter *Archimedes*, circino figuram Mathematicam describens, de officio inter ipsos armorum strepitus ritè & rectè administrando, aut existimatione, qua jam pollebat, augendâ assiduè cogitabat ac meditabatur. Qui quidem conatus minimè erat irritus, & effectum sortiebatur sanè quàm exoptatissimum. Famam enim de se non per patriam aut circumjacentes solùm provincias, sed longè latèque per varias patriæ universalis terras excitans, quà mirandâ & ad omnia promptissimâ ingenii sui solertiâ, quà monumentis eruditione eximiâ ac sapientiâ propè divinâ refertissi-

tissimis non in inferioris solùm ordinis sortisque privatæ hominum perveniebat notitiam, sed & superioris classis Viris Principibus, Comitibus, Baronibus, ita se probabat, ut à quibusdam in familiaritatem etiam admissus fuerit, & amicitiã. Catalogum hic Auditorum magis Nobilium atque Illustrium texerem, nisi vererer, ne tempore magis & sermone, quam illorum numero nominibusque destituerer. Illustrissimus ac Generosus WOLF. GEORGIUS *Comes Castellensis* tribus ab hinc annis, & quod excedit, Geometriam cum arte muniendi oppugnandique loca Noribergæ ab Illo didicit, & tantâ eum gratia ac favore est prosecutus, ut *patris* salutare cognomine, nec rarò mensæ adhibere consueverit. Nobilem juxta ac strenuum Virum CHRISTIANUM *à Bellyn*, Serenissimi tum Electoris Brandeburgici à Legationibus, curru illum Altdorphio Noribergam itidem transvehi curasse, ut majorem ab ipso disciplinarum Mathematicarum hauriret scientiam, è diariis Nostri compertum habeo. Quo eodem tempore vicinæ arcis, quæ est in territorio Marchico, *Burkthanicæ* tum Præfectum, CASPAREM GOTHOFREDUM SERENDORFIUM lecto affixum in rationibus computandis, agris dimetiendis, & aliis ejusdem doctrinæ tantâ instituit fidelitate, ut is non nudam solùm istorum cognitionem perceperit, sed & posteaquam revaluisset, felicissimè ista exercuerit, ac *hoc ipsum*, quod hodieque in dictæ arcis turri conspicitur, *solarium* propriâ manu confectum dederit, & elaboratum. Jam verò qui belli Duces Nostrum non admirati modò, sed & seipsos acutissimo ejus submittere ingenio, minimè dubitarunt? FUCHSIUS, *Potentissimi regis Daniæ Legatus supremus*, cum librum juris publici facturus esset, censuræ priùs istum Nostri subiicere, ac judicium illius exquirere voluit, optimè sanè, si hujus tulerit punctum, fore, ut ab aliis quoque probetur opus & laudetur; sin hoc, satis sibi ab isto uno probari, credens atque judicans. CLAUDIUS etiã HASTFER, ille *regni Suecici* ingenio, manuq; *legatus* fortissimus, cum *Neagoram*, quæ est in vicinia, defenderet, eamque vallis & propugnaculis munitum iret validioribus, nunquam non Nostri utebatur operâ, nec quicquam facilè, nisi requisito priùs sive literis, sive viva voce coram Illius consilio, moliebatur. Quæ quidem, A. commonstrandæ SCHWENTERI Nostri famæ atque gloriæ sufficerent, nisi superesset Illustrissimus & Eruditissimus Princeps AUGUSTUS *Dux Brunschvvicensis & Luneburgicus*, quem silentio præterire propensissima Ejus in Nostrum voluntas; pro-

prolixiſſimusq; minimè concedit affectus. Quo ita eum eſt amplexus, ut non ſecundis tantùm Ejus per Legatum intereſſe voluerit nuptiis, ſed & haud exigui ponderis poculo aureo & torque cum appenſa, ejusdemque materiæ numo inſculpta ſua effigie, certiſſimo benivolentiæ indice, donaverit. Sed & literis Eum favore & humanitate plenis continuè viſebat, tantaq; frequentiâ, ut, ex quo familiariùs cum Illo vivere cœperat, ad annum modò uſq; MDCXXX. *quadraginta* (ut ipſe notavit) Noſter acceperit, aut de re aliqua Mathematicâ, cujus Princeps iſte ardente, laudabiliq; flagrat amore, conſultus, aut amicè alioquin, ſolumq; gratiæ teſtandæ ab Eo compellatus. Ita neminem non invitavit, imò rapuit in amorem ſui rectâ, ſimplici, & ingenuâ vivendi ratione. Erat nimirum in ejus vita veracitas quædam ingenua, procul à fuco, procul ab oſtentatione: nihil in eo fictum, nihil ſimulatum vacillans nihil; ſed factorum dictorumq; firma conſtantia: non aliud verbis, corde aliud gerebat impreſſum; veracitas in verbis, in promiſſis fides erat, & nihil turpius exiſtimabat, aut in aliis reprehendebat, quàm inconſtantiā & ſimulationem. Cæterum, ut ut aliquem Virtus ac honor ad ſummam evehant felicitatem, ad perpetuam tamen non poſſunt, nec quenquam æternæ illi, & omnibus mundanis, imò ipſi mundo dictæ legi: *Moriendum cunctis*, eximere valent. *Neque* enim *quicquā ſtabile aut firmum arbiter ille rerum eſſe voluit, præter ipſum.* Imò tantum certè abeſt, ut immortales nos cogitemus, ut à ſummo illo rerum Domino vitam precariò poſſidentes, & quotidiè ad lucrum ſurgentes, ne craſtinum quidem nobis, imò ne inſtantem horam polliceri queamus. Neq; in hoc nati ſumus, ut hoc vitæ iter ingrediamur modò, ſed emetiri illud oportet, & ad metam cunctis poſitam pertingere: ad quam ſimul ac iter ingreſſi fuerimus, rectà deproperamus atque decurrimus. Duram hanc legem Noſter quoque ſubire debuit, fruſtrà eruditionem, fruſtra virtutes, fruſtra honores atque famam opponens. Cum *arthritide* enim aliquandiu luctatus, ſed jamjam eam depugnaturus, majori dolore (amiſſa, ut audivimus, conjuge ſuaviſſima) oppreſſus, XIV. Kal. Feb. labentis anni animam exhalavit, quæ annos L. cum XVIII. diebus in auguſto corporis domicilio atque lare erat commorata, & totos fere annos XXVII. quibus Noſter publico docendi munerī ſummo functus erat candore, nil niſi ſapientiā atque prudentiā redolens inde ſpiraverat. Heu! quē Virum amiſim⁹! Talē, cuj⁹ interitu Academia noſtra elinguis quaſi reddita nō *Hebr*, non *Chal*, nō *Syriacam*, non *Arabic*. nō *Rabbinicā*, non

Cabalisticam, non *Æthiopicam*, non alias plures amplius sonat & exaudit. Talem, qui *Astronomiam, Astrologiam, Geometriam, Geodesiam, Opticam, Arithmeticam, Artem fortificatoriam, Pyrobolicam*. & tantùm-non omnes in universum artes liberales discessu suo abstulit ac deportavit, Talem, qui Academiæ splendor, Reipub. Norib. decus, exterorum solidæ virtutis atq; doctrinæ exemplar, Virorum Principum Doctor & Amicus erat, & meritissimo suo audiebat. Talem, cujus in docendo fidelitas, conversando suavitas, explicando miranda facilitas stupida quæq; flectere ingenia, & ad rei alicujus cognitionem perducere poterat etiam perfectissimam. Talem A. tantumq; amisimus, talem habuimus, talem perdidimus, talem dolemus ac desideramus. Præficam hic agerem, ac neniam instituerem, nisi Viros vos esse scirem, ac ipsum subinde defunctum è sepulchro clamare audirem:

Nemo me lachrumis decoret, neq; Funera fletum
Faxit, Cur? Volito vivu' per ora Virûm.

Fata etiam incusarem, si Christiani illa agnoscerent, &, ut ut agnoscerent, illa ipsa noster non sponte & precibus (ut percepimus) provocâsset, & insigni vultus mentisq; constantiâ sine gemitu, sine mœrore expectâsset; communem illam Legem non coactus sitiens, sed liberrimè isti se submittens. Præterquam enim, quòd uxori, dimidio sui, superstes esse noluit, Patriæ communis vices deplorandas acerrimè dolebat, & ne amplius doleret, morte impediri exoptabat. O patria! Non possum sine ingenti cordolio pristinæ tuæ conditionis recolere memoriam, & statum modernum absque fletu ad antiqua referre secula. Lachrymis diffluo, quoties unâ saltem clade, & quidem in solo tuo factâ, tribusque duntaxat concisis legionibus, *Principem terrarum populum* te adeò in consternationem dedisse intelligo, ut confestim, *ne quis tumultus existeret; excubiæ per urbem indictæ, magniq; Iovi Opt. Max. ab Augusto, felicissimo aliàs principe, ludi voti fuerint, si Rempub. in meliorem statum convertisset.* Tristor animo, quoties *Gallorum* panicos mecum perpendo terrores, quibus adventu saltem tuorum ita eos perculisti, ut trepidas istas metusq; plenas emiserint voces: *Germani adventant!* Ubi nunc *Arminius*? Ubi *Ariovistus*? Nimirum non Alpes ampliùs transcendens, non Pyrenæos (nam & hi tuorum non inhibere poterant transitum) attingens, sed ipso inclusa Rheno, tui in te ipsam convertens formidinem, propriis profligaris viribus, &, quæ externis olim terrori eras atq; formidini, cunctis nunc ex

istis

istis prædæ atque ludibrio. Verè exclamare licet: *En quò discordia cives Perduxit miseros!* His turbis atque ludis SCHVVENTERUS secundùm vota exemptus, in æterna nunc vivit tranquillitate. Hac ærumnosâ ereptus patriâ, cœlesti civitate donatus est. Ex Academia hac terrestri non Witebergam, aut Herbipolim (quò nuper Illustrissimus & Generosissimus Princeps ERNESTUS *Dux Vinariæ* Eum vocaverat) sed ad præaltam illam atq; divinam, non à Principe, sive Duce, sed ipso DEO, Domino Dominantium, est vocatus & transcriptus. Ubi perpetuum illum *Linguâ Sanctâ* perpetuò adorat & celebrat Rectorem, & cum universo Angelorum cætu suavissimum illud: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Zebaoth, continuè intonat & sonat τερσάγιον. Ubi *astra*, quæ oculis in his terris per longissimum supra se lustravit intervallum, penitiùs & infra se conspicit ac contemplatur. Ubi *terram*, in qua totam ferè vitam consumsit dimetiendâ, punctum esse, totiusque Universi centrum, agnoscit & miratur. Age igitur, *Beatissima anima*, æternis feliciter nunc perfruere gaudiis, ac, si voces adhuc exaudis humanas, ultimum à me & nobis omnibus, quod adhuc possumus, suscipe Vale. *Vale beata Vale læta, Vale quieta, nos eo ordine, quo DEUS permiserit, te sequemur læti, & jam jam sequi cupidissimi.* Nunc A. gratias Vobis immortales, quod vacivas hucusq; aures mihi commodaveritis, submissè peragens, novissimum illud proclamo atque pronuncio: ILICET! DIXI.

Lubuit etiam Eidem Viro etiamnum Clarissimo Epitaphium, mœroris & pietatis monumentum, erigere.

D. M. S.

DANIEL SCHVVENTERUS HEIC IACET. MIRARIS? NOLI HUMANITUS ALIQUID EI CONTIGIT. TU EXPECTA IDEM. SUA IAM PERACTA; TUA MOX PERAGETUR FABULA. QUOD ES, FUIT. ERIS, QUOD EST. SED IMMORTALEM EUM CREDIDI? ANIMO ET DOCTRINA. ILLE COELO RECEPTUS HÆC ORBI SERVATA. QUOD TERRENUM FUIT, TERRA RECEPIT. VIXIT. VIVIT. QUOD HEIC SEPULTUM, REDDITUM. GENTIUM IUS EST, QUOD ACCEPERIS REDDERE. ALIA OMNIA DE MORTE TRIUMPHANT. COELUM EXCOLUIT, NUNC INCOLIT. TERRAM DESCRIPSIT, AB EA NUNC CIRCUMSCRIBITUR. DIVERSA LINGUARUM IDIOMATA PROTULIT, DIVERSIS IN LINGUIS NUNC VIVIT ET PRÆDICATUR. ITA PLANE IN OMNIBUS IUSTUS, ITA BEATUS. QUOD DEDIT, RE-

CIPIT. QUOD ACCEPIT, RESTITUIT. QUOD CONTEMPLATUS EST, CONSEQUITUR. TUUM NUNC EST, VIATOR, MIRARI NON SORTEM SCHVVENTERI, SED MITAM IN HIS OMNIBUS TALIONEM. ABI, ET VIVE DUM LICET.

M H. P.

JOAN. JACOBUS POEMERUS.

Ad Nobilissimum, Præstantissimumq;
DN. IOANN. IACOBVM POEMERVM, IV. Studiosum solertissimum, piis VIRI magni DN. DANIELIS SCHWENTERI &c. *manibus egregiè parentantem, Fautorem & Amicum suum edecumatum.*

DUm suavi sermone tuo, POEMERE, laboras,
SCHWENTERI ut semper vivat in orbe decus';
Ipse licet famâ sit jam super æthera notus;
Attamen officiis his magè crescit honor.
Te quoq; perpetuò laus è pietate manebit,
Dum manes volitant docta per ora Virûm.

F. Lmq;

Paulus Hayer/ *Iurium Stud.*

AD EUNDEM.

POEMERE, egregio demissum à sanguine nomen,
Nobilitas quanquam Tu satu ampla tibi es;
Sæpe petita meis Musarum gratia votis,
Vsq; petita adeò nec tamen illa fuit,
Quàm modò, quum spissum metus est ne purpura pannũ
Respuat, & numeros charta diserta meos.
Purpura nempe tua est. Sed quid? si vera fatendum,
Intrepidum auspicio me juvat esse tuo.
Quod petis, hoc ipsum jubet exspectare favorem;
Vt mea sint cassâ verba minora nuce.
Ergò age, quum magnos cineres loquereris & umbram,
Accipe, quàm cunctis caussa probata tua est!
Tunc ego ter dextram vidi concurrere læva,
Et caveam assensûs reddere signa sui.
Non erat hîc, plausum qua venderet, infima plebes,
Adstrepitumq; lucri spargere prompta rosas.
Adstiterant testes cantata nomina fama;
Adstitit & Clavio lecta juventa patri,
Cuncta quidem vasto resonabant atria luctu,
Multorum inq; uno funere funus erat.

Ecquis

Ecquis enim, tot adempta videns insignia fato,
Non gemitûs partem vindicet ipse sibi?
Cumq; alibi domus una; suas hic commodet orbis
Lacrymulas; orbi nam bona multa dedit.
Tu tamen ô nobis solatia quanta tulisti!
Quantum acidi pietas abstulit ista Viris!
Sic bona, sic exempla movent; sic æmula virtus
Cimmeriâ nescit condere nube caput.
N*am memini, ut quondam, toto applaudente Senatu,*
HECTORIS exierit vis generosa tui,
HECTORIS, ingenio venturi in tempora sæcli
N*otior è tenebris qui revocabit avos.*
Dummodò sint faciles, quiscunq; is deget in oris,
Et sua vi veniat suavior hora meo!
At T*u, fraterna qui tam vestigia calcas*
Virtutis, nôstin', quis modò rumor eat?
Porrò, ait, ingentis Volesi Spartana propago,
Quem coluit, populi vivat in ore sui.
Illa quidem sævam pro libertate securim,
Iuniaq; in medio dixerat arma foro.
Quin ventosa nimis commendet Græcia A*thenas,*
Harmodii injustam quæ cecinere necem.
Præbeat & fusam propriâ virtute poëtis
Materiam Anchisâ de genitore satus:
Hic ubi ritè mero tumulumq; & frigida saxa
Irrigat, & violis ossa sepulta fovet.
Non tamen hisce domus POEMERIA porrige' herbam;
Sed dabit inq; Scholas inpatriamq; pios.
Nam viden' ut doctis gentiles imputet umbris?
Quàm mox ALTER adest, dû pius ALTER abest?
Ergo Palæcome meritò testatur amorem,
Ipsa etiam è terris exerit VMBRA caput:
Is, qui me voluit petere irremeabile regnum,
Pro pietate Tibi præmia reddat, *ait,*
Sat modò laudis habes, cui tantùm funera debent;
Quiq; pius tecum est sat modè laudis habet.
Ad metas sed sudat equus: tu currere perge,
N*obileq; his factis nobilitare genus!*

faciebat.

Christophorus Adamus
Rupertus.

SCRI-

In Effigiem

DANIEL· SCHWENTERI

Sex·Duplici linguâ vel pluribus ecce locutus
Qui fuerat SCHVVENTER, *Magnus hic ille Vir est.*

SCRIPTA.

Manipulus linguæ sanctæ: *Norib.* 1618. in 8.
De Talmud Judæorum Oratio: *ib.* 1623. in 4.
De pronuntiatione Consonantium Hebraicorum: *Norib.* 1625. in 8.
Geometria Practica: *ib.* 1624. in 4. Nova & aucta: *ibid.* 1667. in 4.
Steganologia: *ib.* in 8.
Oratio de Pronunciatione literæ Tau raphatæ: *ibid.* 1626. in 4.
Ventilatio Grammatica gemina, altera de Pronunciatione Vocalis Syriacæ [illegible] altera an Syri Diphtongos agnoscant: *ib.* 1627. in 4.
Deliciæ Physico-Mathematicæ, Mathematische und Philosophische Erquickstunden: *ib.* 1636. 1651. in 4.



WIL-



VVILHELMI SCHICKARDI,

Linguarum orientalium & Matheſeos In Academia Tubingenſi Profeſſoris CELEBERRIMI, Superiori Menſe Novembri DENATI, MEMORIA, & EVLOGIUM.



AGNIFICE DN. RECTOR D. Dn. Cancellarie, Viri Reverendi, Nobiliſſimi, Præſtantiſſimi, tuq; concio omnibus modis ornatiſſima: cùm in auguſto hoc Academiæ velut templo conſiliiq; publici loco ſacratiſſimo, illam ex adverſo imaginem intueor, non poſſum temperare mihi, quin exclamem.

Sic igitur & tu, WILHELME SCHICKARDE non Academiæ hujus modò, ſed orbis literati Univerſi decus, deliciumq; ferali lue abſumptus, inter tot præſtantium virorum funera alia, funus ipſe nunc miſerum jaces & dolendum?

Sic tu qui in ævi vigore conſtitutus, ingenti animos noſtros ſpe impleveras, fore, ut ſummorum Mathematicorum, *Kepleri, Mæſtlini* (quorum illo Auguſtiſſima Cæſarum aula; hoc altero Academia noſtra tanquam ſplendidiſſimis ſideribus non ita pridem ſuaviter colluſtratę radiebant) exceſſum per te ferremus mitiùs, leniusq; ſubitò nobis nunc eriperis quoq;?

O Spes noſtras caducas! ô vota mortalium irrita, & inania! Quid ſumus miſeri homulli? quid molimur? quid ſtruimus? En tibi, qui erectus modò & firmus ſtabat SCHICKAR-

DUS,

DUS, is cœlesti rotatus turbine repentè concidit, velutque flos emarcuit, evanuit?

Verùm quid frustra lamentor? quid planctu inani, aëra cælumq; incassum verbero? Lex hæc inde à principio rerum mundo dicta est, ut nata omnia intereant rursum, nec quidquam in terris sit perenne, & immortale, præter vim mentis, & ingenii præclara monumenta, quibus tu, SCHICKARDE noster, dum in angusto hoc & brevi vitæ curriculo sudabas, nomen tibi cum ipsa rerum immensitate para faciens, comparasti.

Id verò quomodo sis consecutus quaque Viâ ac ratione ad istud doctrinæ, famæq; fastigium conscenderis; Facultas Philosophica, hodierno die, in quem solenne alias, & anniversarium Catharinæ festum, publica oratione inde ab antiquo celebrari à nobis solitum, incidit, ore vicario meo exponi jussit; rata panegyri huic non posse aliud dignius argumentum reperiri, quàm laudes SCHICKARDI. Et sanè debetur, stud. Collegæ nostro hic honos, debetur exquisitæ ejus doctrinæ hoc qualecunq; à nobis monumentum posthumum.

Nolite enim putare, nobis silentibus, alios quos toto orbe sparsos amicos habet, tacituros, memoriamq; & laudes viri cum ipso sepulturos. Surgeret profectò, cæteris omnibus quiescentibus vel solus LANSIUS noster amicorum Schickardi facile princeps, qui præsens concioni huic interest, quemq; ut diu rebus intersit mortalibus ex animo precamur. amplius dico; surgeret magnus ille HAFENREFFERUS & porrectò è tumulo, sacratissimo illo & venerando ore suo, sic segnitiem nostram inclamaret, castigaretq; Ecquid vos facitis, Philosophi Tubingenses, quid stertitis? Nescitis vestrum illum occubuisse SCHICKARDUM? quem ego filii instar, dum vixi, unicè semper amavi, quem opera & commendatione mea vestrum feci; cui author, & dux ad penitiora Hebræorum evolvenda scripta extiti; qui vestræ per me Academiæ ornamentum singulare hactenus fuit, & Tubingam ex nota jam antea, longe adhuc notiorem, planeq; immortalem fecit; huic vos justa facere cunctamini?

Quare agite & adeste ad hanc vocem mei auditores, officium hoc nō pium modò sed omni jure debitum mecum exsolvite, & ea quæ de vita SCHICKARDI breviter his diebus consignavi & in scriptum retuli, æquis auribus, animisque percipite.

Verum

Verùm unde initium, SCHICKARDE, laudum tuarum mihi ſumam? unde Ordiar?

Unde potius? quàm ab iis quæ tibi propria, non aliena aut aſcititia obtigerunt, bonis? Quare nil jam dicam de majoribus tuis, quos Herbornâ Naſſoviorum ortos in has terras olim commigraſſe, & hunc nobis ſurculum, utinam ſatu diuturno magis! reliquiſſe conſtat. Nil dicam de Parentibus quorum probitas non Herenbergæ modò ſuæ ſed toti viciniæ eſt cognitiſſima. Nil dicam quoque de Patruo, HENRICO SCHICKARDO, illo inſigni Architecto, qui velut alter Vitruvius, Duci olim FRIDERICO non charus modò, ſed in precio ſummo fuit.

Nil denique de Patria Herenberga, quæ te ante hos quadraginta tres annos feliciter in lucem hanc propugnatum prima excepit, aluit, eduxit; niſi hoc unum, quod utrum inter ſingularia referri debeat, vobis dijudicandum linquimur.

Ab hoc oppido, ſi rectam mihi lineam verſus Aquilonem quis duxerit, veniet poſt emenſum ſeſquimilliare, aut amplius, Wilam oppidum Imperii, ſed in agro Wirtembergico ſitum: ab utroque horum locorum, ſi porrò facie, pedibusq; in ortum verſis, idem duas ſimiliter lineas duxerit, rectam alteram, alteram obliquam, ambarumq; extrema Gœppingæ (qui locus acidis fontibus celebris eſt) junxerit, jam nullo negotio angulum æquicrurum effecerit. Hæc quidem obſervatio utcunq; fors aliis videatur frivola, aut abſurda, mihi tamen eam negligendam putavi minimè.

Noſtis enim tres illos Mathematicorum Principes, & velut triumviros, ex ſingulis iſtis angulis, è Gœppinga Mœſtlinum, è Wila Kepplerum, ex Herenberga, ut diximus, noſtrum SCHICKARDUM prodiiſſe, & in divinæ artis tum inſtaurationem, tum propagationem mutua operarum & ſedula conjunctione ita conſpiraſſe amicè ut non modò nihil quidquam inde reipublicæ, damni eſſet metuendum, quemadmodum funeſtus ille Romæ fecerat triumviratus, ſed commoda ab his tribus in orbem univerſum longè maxima emanarent.

O quàm felix eras! quàm beata quondam terra Wirtembergica! cum trina hæc cœli fulcra totidemque Atlantes tibi procreares, nec tibi uni modò procreares, ſed partum hunc tuum, trinumque adeò perfectum cum univerſo orbe tanta communicare liberalitate velles.

Nunc

Nunc subductis iis, quàm miserè nutant omnia, quàm prope absumus à præcipitio & ruina?

Sed ad te SCHICKARDE, redeo, tua non aliorum, propria non aliena, aut communia bona vestigaturus & in concionem allaturus.

Dederat natura eam tibi ingenii vim, celeritatemq; ut quidquid animo collibuisset, id non discere, sed didicisse & cum Platone reminisci tantùm viderere.

Dederat parem ingenio constantiam, ut quæ exequi statuisses, ea nullo vitiorum, quibus juveniles animi nimium quàm sæpe succumbunt, protervo insultu, minùs ocio & languore eripi tibi paterere.

Hinc trium illa principum, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ Linguarum, nata tibi primùm cognitio; hinc omniũ Philosophię partium præcipuè Mathematicarum disciplinarum solida, & exquisita pòst in te orta notitia.

Hebræa primùm docere jussus eras, postquàm fatis concesserat BERINGERUS: hic tu, quo pollebas judicii acumine, cum intelligeres, sine multarum, quas Oriens excolit, & loquitur, linguarum cognitione, impossibile esse, ut sacram illam & linguarum omnium principem rectè traderes, Spartãq; tuam dignè exornares: hic tu, inquam, iterum ad laborem, illum familiarem tuum confugisti, eoq; ad ingenii felicitatem advocato, brevi perfecisti, ut nõ modò Chaldaicè & Syriacè, intelligeres, sed quicquid uspiam Commentationum Rabinicarum, quicquid Paraphraseon utraque in lingua extabat, id ausu planè Herculeo aggressus, incredibili cura volvendo totum velut conficeres, & in rem tuam aliorumq; verteres felicissimè. Non hic stetit ardor ille animi insolens, sitisq; cognoscendi inexplebilis, sed longiùs te, & ad vicinos Arabes perduxit quoq;, cujus linguam gentis tanta aviditate in te ingurgitasti, ut tota vita aliud nil egisse, nil didicisse videri posses. Et, ut de illis interim linguis taceam, quas noster orbis loquitur, & miratur, Gallica, Italica, Hispanica, quas tu sine interprete legebas, intelligebas planissimè: jam totus in eam animum curam intenderas, ut omni nisu dictis tot linguis Persicam quoque, & Turcicam & alias Orienti usurpatas adjungeres, sicque supra famosum illum Ponti regem; &, quem nostrum ævum habuit, omnium prope linguarum absolutissimum exemplar, Josepsephum Scaligerum, nomen extolleres tuum. Qua in re id præcipuè dignum admiratione fuit, quòd cùm aliunde pauca, aut propemodum nulla tibi suppeterent

terent præsidia, tu quà pollebas ingenii sagicitate, & industria pleraq; omnia abs te uno peteres, & in pulcherrimam hanc tot linguarum societatem conferres. Itaque his tu animum linguis excultis, præcipuè Orientalibus Rabinorumq; prætereà instructus placitis, ita demum Sacræ Professionis munus sustineri, & cum laude obiri abs te rectissimè posse statuebas.

Quem tuum animum! age, ipse nobis edissere, tuisq; verbis explica: Sic igitur alibi tu: Noli Lector Vitio vertere, quòd tot judaica passim, apta & inepta, glossas, nugas; religiosa nō religiosa affero: Factū id est occasiōe Sacri cōtextus, quē in sua lingua sic partim explicāt, partim depravant Judæi; jureq; professionis meæ & docendi linguam privilegio, cui tu id humanitate tua condonabis.

Neque enim ipsemet omnia statim approbo, quin crassiora subinde refuto, multò minus Judaismum seminare, aut claræ luci Evangelicæ Rabbinicas nubes obducere cogito, absit hoc à me Christiano. Sed hæc mens mea est, authoritatem authentici textus, quantum possum manu tenere; ad majora Biblia, obstetricante Buxtorfio, Basileæ nuper renata, fructuosius legenda studiosos manu ducere; simulque ab aliquorum veritatis hostium μισεβεαίων indocto, & cyclopico contemptu vindicare; emphases originalium vocum enucleare, Idiotismos sacræ linguæ, à genio cæterarum remotissimos, proinde nullo uno adæquato earum vocabulo explicandos, amplioribus verbis, & circuitione utcunq; repræsentare; Judæastros suomet gladio jugulare; aliorum interpretatione modesta est omnibus seculis concessa libertate examinare; Masoræ, minus quàm decet, in vulgus notæ, usum monstrare, Cabalæ arcana studiosis prodere; strenuos paulatim ad Chaldaismum provehere; tepidos, vel solum ad Hebraismi amorem inflammare.

Hæc tu SCHICKARDE. *Euge vir optime! vir beate! quid potest his tuis promissis uberius, amplius, majus? imò quid te ipso candidius, probius? quòd hæc omnia tam bona fide Academia exoluisti? nam per te pomaria Sacratissimæ linguæ, quâ voce, quâ scriptis in immensum sunt prolata, per te Iudæorum Commenta multis locis protrita; Christi regnum, Christi gloria contrà aucta & amplificata. quâ re tu non antecessorum tuorum luminibus obstruxisti modò,* Capnionis; Forsteri; Schnepfii; Weigenmajeri *(at qualium virorum?) sed te ipsū industria, & linguarum gloria superasti, palmamq; omnibus post futuris ambiguam fecisti.*

Nunc igitur silente te SCHICKARDE, silentibus tot in te linguis, omnia quoque circa nos silent, & muta sunt. Silet Musæum tuum tot doctissimis lucubrationibus nuper felix, & fœtum.

Silet illius tui Tarich, quo omnibus Historiarum, antiquitatumq; consultis, una Persicæ Genealogiæ editione, tantam moveras expectationem, subitò nunc, & in ipso quasi limine destituta continuatio:

Silent Canones Geographici, doctissimi regum Ismaelis Abulfedæ, quos ex Arabico vertia te cæptos, cum commentatiunculis edere parabas.

Silet Arabica tua Grammatica, quæ ut omnibus editis hactenus melior, absolutior sperabatur, ita parente nunc suo defecta velut abortivum jacet, nec scitur, ubi jaceat.

Sed quid dico? silet ipsa Academia, tanti membri sui subito, & inopinato casu perculsa & adflicta: silet illa tibi tantâ gloriâ insessa nuper cathedra: silent plena antea auditoribus subsellia; silent, lugentq; mœsti amici, remoti, propinqui, vocemq; SCHICKARDI, heu frustra! desiderant.

Silerem ipse quoque, nisi me sors ad argumenti genus aliud traheret.

Nam non omnem vobis, aud. SCHICKARDUM dedimus, una ex parte monstravimus modò, dum quam cultam variis linguis linguam habuerit, docebamus.

Adeste nunc, & alteram contemplamini quoq; hoc est; cum radio suo, & circino incedentem spectare, & modò cœli, modò terræ spacia dimetientem, sidera notantem, orbium circuitus describentem, aliaque facientem quæ Mathematica, in quam defuncto *Mæstlino* successerat, professio poscebat. Nolo confessa adeò & omnibus nota prolixè hic efferre: nam quis vestrûm nescit, quæ illius in Mathematicis disciplinis quoque, & quàm excellens, quàm rara, quàm admiranda fuerit eruditio, profectio? Quis nescit, qua hic iterum fide, atque diligentia munus suum privatim, publiceq; obierit? quis nescit, quam nihil sibi indulserit ille ut prodesset omnibus? quis nescit, quoties non tàm cognoscendi, quàm docendi desiderio indefatigabili, nostros ille studiosos in hunc montem vicinum Anatolicum, etiam frigidissimis noctibus secum eduxerit; eisque tum Lunæ deficientis cum umbra luctam eminus monstravit, causas patefecerit; tum siderum reliquorum nomina, ortusq; & obitus, adeoq; cœli totius conversiones, faciemque dilexerit, explicarit diligentissimè, corporis curæ auditorum doctrinam longè præferens.

Ia-

tor

In quo venatori similis ille nobis est visus. Nam quod ille in terris vestigat, captatque hic faciebat in Cœlo: illum nulla aëris injuria aut tempestas ab insidiando feris absterret; hic modò liberum & apertum haberet cœlum, in omnes illius plagas curiosos oculos immittebat, an fors novum aliquod, & retro insolens phænomenon posset vestigari, prehendi.

In quo ipsum Labor & industria adeò non fefellit, ut non rarò desiderata potitus præda, lætus domum rediret, eamque cum aliis Europæ doctis, taliumq; admiratoribus amicè postea partiretur. Quis nescit denique, quod, cum omnibus aliis liber curis, expeditusq; & sibi redditus videretur, animo tamen suo quietem, somnumq; adeò imperare non potuerit, ut domi etiam latens, igneo illo, & cœlesti ingenii vigore vel solo comitatus, per immensa cœli spatia decurreret, animumque in omnes partes intenderet, an scitum aliquid & quod augendis illustrandisque disciplinis Mathematicis esset mente, cogitationeq; erueret.

Quæ ipsum cura minimè frustra habuit quoq;, hinc namq; fiebat, ut multa quotidie nova inveniret, multa veterum errata deprehenderet, corrigeret, multa aptiùs, & commodiùs monstraret, aliisq; pòst tradenda traderet.

Hic ego, aud. tacitas quorundam voces & in occulto querelas videor mihi percipere:

Ecquæ sunt ista tandem singularia, ista nova & rara, quæ tu prædicas? cur omissis verborum manibus, SCHICKARDUM nobis in iis non monstras, propiusque contuendum exhibes? Verùm, quiqui estis vos, nolite turbare, aut turbari. Etenim ipse huc jam sponte ibam, promptus docere, qualis non solùm in omnibus Matheseos partibus, sed in aliis naturæ arcanis, rimandis quoque Vir noster SCHICKARDUS fuerit. Quare ut ea nunc taceam, quæ ab ipso vulgata in luce hominum, atq; manibus versantur, quæque de exquisito ejus judicio, ingeniique elegantia summa publicum ferunt, & luculentum adeò testimonium: Ut, inquam, taceam responsum illud non doctum minus, quàm amicum, ad duas Petri Gassendi, plenas suavitate, plenas eruditissimo sale epistolas, quas hic de Mercurio in Sole ab se primùm viso detectoq; ad nostrū miserat:

Ut taceam, prodigiosi illius descriptionem chasmatis, quod annis abhinc sex, mense Januario ipso conversionis Pauli die, sub vesperam fuit conspectum, è quo geminę velut acies prodeuntes, haud leve ad ludicrum pugnæ genus, sed multò mixtum terrore spectantium oculis exhibuerunt.

Ut taceam, quæ de pareliorum, qui annis nondum exactis tribus, mense junio, circa solem gemini apparuerunt, forma, situ, motuque & eorum è cœlo abitu rursum, & fuga erudite scripsit:

Taceam VVittenbergiæ Topographiam quam ipse maximis laboribus, nec minori diligentia, cum posthabitis itinerum difficultatibus loca omnia præsens nosceret, distantias computaret, tredecim tabulis adornatam jam pridem Amstelodamum, ut ex literis ejus patet, ad Chalcographum misit, quò novæ Atlantis editioni insereretur. Unde eam talium cupidi mercium magna cum spe desiderioque aspectamus.

Ut taceam doctissimum de globo illo, sive pila ignea tractatum, quæ annis abhinc duodecim tanquam è fulminali aliqua machina missa totum superioris Germaniæ ad Danubium tractum, oras que finitimas celeritate incredibili pervolitavit; quæ velut signum è cœli arce datum Martialibus fuit, ad infelicia arma funestius dehinc repetendum:

Taceam modum, rationemque tabulas Geographicas longè certius, peritius, quàm fit vulgo, conficiendi.

Hæc aliaq; id genus plura, & in vulgus nota ut jam taceam; ad ea animum linguamque converto, quæ is nova planè & singularia in Mathesi ingeniosissimè repperit, quæque cum doctissimis Europæ Mathematicis frequenti literarum commercio communicans, quo sic robur ex collatione mutua acciperent, bono publico destinata assiduè & quantum per alias licuit occupationes, limabat, castigabat. Etenim vastus animus & excelsus non iis se pati poterat spaciis includi, in quibus jam ante sudassent alii, & unde ad se gloriæ nihil, studiosos utilitatis parum proveniret, sed excusso vulgaris Matheseos jugo liberè inter sidera sua vagari, & ad ea animi curam convertere, quæ ut rara essent, minimeque protrita, ita studium Mathematicum longè discentibus redderent facilius, jucundius, addo etiam certius.

Fugerat Geometras Hactenus, quomodo Ellipsis aliqua esset metienda. Videbatur res deplorata, at noster Conicis inventis suis fretus rem omnem, datis modò tribus lineis contingentibus, expediri sine difficultate posse suis monstrabat felicissimè.

KEPLERUS quàm fuerit in omni doctrinarum genere, præcipue in Mathesi vir acer & industrius, id nemo est vestrum, qui ignoret. Is crucem hanc fixerat Mathematicis ut dato anomaliæ motu medio, verum inde sibi elicerent, compu-

putarentque. nam cum nulla id ratione fieri existimaret posse, ipseque rem desperasset, in ejus curam passim per Europam Doctos incitabat; magnum eum sibi Apollinem fore dictitans, qui id præstitisset. Apollo iste, Aud. non è Delo aut Delphis erat arcessendus; sed hic Tubingæ est repertus, qui fundamentis illis suis, de quibus paulo ante, innixus, nodum hunc ingenii sui acie & securi longè solvit felicius; quàm olim suum Gordium Alexander; dum in eas rationes inquisivit diligentissime, quibus omnium Planetarum anomaliæ coæquatæ ex datis mediis directè & à priori, hoc est, causis suis computarentur.

Idem noster bono juventutis publico & ad Planetarum Theorias facilius, feliciusque animo complectendas viam primus invenit familiaribusque commonstravit, quâ tota Copernici Astronomia solo usu circini & Regulæ, vel Mechanicè resolvi, & in tabella exhiberi, vel numeris arithmeticè computari posset; quod ipse artificium pictam Mathesin solitus est appellare. Specimen rei in orbe lunæ dederat, cujus Schema in tabula expansum, descriptumque illustrissimo Hassiæ Principi PHILIPPO donum miserat.

De Luna quid dicam? illa ut Apuleius vocat, multivaga; de qua communis est Astronomorum querela, esse sidus omnium contumacissimum, cujus motus nullo orbium apparatu, nullis numerorum legibus constringi, coercerique se patiatur. Hic quid noster? non consilio alicujus Cyrenes usus sed cum aliorum advocatis in subsidium observationibus, tum maxime inventis propriis fultus Proteum hunc iis induit vinculis, quæ ipsum veram faciem, vultumque ostendere cogerent, ex cogitata in id nova lunæ theoria, quam ut usitata simpliciorem dederat & planiorem, ita cœlo suo hactenus longè respondisse exactius compererat.

Quid de in proximo dicam Mercurio? qui non minus Astronomorum ingenia hactenus exercuit, & propemodum elusit, quàm Luna, hunc pari animo aggressus noster, parique (si fata telam non abrupissent) successu in ordinem cogere sibique restituere parabat. Hic quantos ille mihi sustinuerit labores, quantas devorarit molestias, ut collatis cum suis, tum aliorum præstantissimorum Mathematicorum inter se tot observationibus, Erronis hujus motum corrigeret, testis esse potest ejus ad Gassendum responsio, sed longè gratior futurus testis sit, si quà modò in lucem prodeat hac de re suscepta ab eo diligentissima commentatio.

Ptolomæi errorem inveteratum, quem is circa Æquinoctiorum, Solstitiorumque computationem erraverat, qui artifices hactenus mirificè torserat, turbaratque, noster hic primus animadvertit, & suis detexit.

Quid Opticen, illam non Matheseos modò sed totius Physiologiæ velut animā dicam? hæc quo nobilioris objecti sive argumenti tractationem sibi sumpsit (quid enim lumine, cujus illa naturam atque rationes pandit & explicat, in hac rerum universitate pulchrius, quid divinius?) eo diligentiam & alacritatem in nostro majorem accendit quoque, ut in illius intima pervadere, penetrareque omni ope niteretur. In quo ipsum nec fefellit rursus ingenium, nec deseruit industria, quin ad fastigium scientiam hanc perduceret.

Daremus aud. hanc in rem, siquidem dubitare vos viderem testem non unum, sed plures, eosque locupletissimos.

Daremus Optica illius Theoremata, quæ ut singulari cura ab ipso conscripta, & cum propriis suis legibus tum diligenti observatione, veluti fulcro quodam munita, stabilitaque in lucem dare decreverat; ita eorum, qui isthæc legerunt judicio consummatissimam, perfectissimamq; nobis dare opticen potuissent. Sed unde hunc testem nunc advocem mihi? quo telescopio latentem vestigem, & in propinquo vobis, ac luce sistam?

Daremus quæ de refractionibus doctissimè cæperat commentari, de quibus haud joco ille, sed seriò confirmare amicis solitus: *Natura, inquiebat harum, & quantitas ne Opticis quidem hactenus cognita satis fuit: mihi autem illa lippientis oculi dextri damno* (hunc nimium ipsi, cælaturæ quo excellebat quoque studium hebetarat, corruperatq;) *innotuere vel nolenti.* Sed neque hic testis, omni alias exceptione major, uspiam comparet.

Daremus alia in hanc rem plura pulcrè affectā ingeniosè meditata. Mihi parum, aut nihil prorsus spei relinquitur, fore, ut in lucem aliquando & adspectum hominum hæc talia emergant rursum! nisi aut ab ingenio, & memoria Discipulorum quibus-cū SCHICKARDUS noster, ut erat homo minimè occultator, atq; invidus, hæc sua liberalissimè solebat communicare; aut aliunde opis aliquid nobis affulserit, quod sit cupidis adeo hominum votis, desideriisq; tranquillandis, sistendis.

Hac varia & eleganti doctrina, quæ tot alibi linguas, alibi tantum Mathematicarum artium, etiam abstrusissimarum scientiam atque copiam complexa ambitu latissimo fuerat, effe-

effectum merito est, ut in amorem sui non vulgus modo doctorum, sed ipsa eruditionis, in hoc fœcundo ingeniis seculo lumina, adeoque Dynastas rerum & viros Principes converteret, accenderetque.

Quorum si catalogum hic mihi instituere, & contexere libeat, næ citius dies me deserat, quam exitum narrationi inveniam. Sed quoniam ad defuncti laudes plurimùm pertinet, scire quæ summorum sapientissimorumque de eo virorum fuerint, & sint etiamnum judicia, sanè ex ubere adeo copia aliquos duntaxat, & in his amicorum maximè illustres commemorabimus.

Nolite verò à me expectare, minus petere, ut eos vobis quos ille hic Tubingæ, locisq; hujus Ducatus aliis amicos habuit plurimos, prolixè recenseam.

Nam cui vestrum ignota esse possunt tot præstantia & tam præclara Nomina; *Lansii*; *Hoffenresseri*; *Keppleri*; *Mæstlini*, quorum jam supra à nobis facta mentio quoque fuit: item, H. *Helleri*, *Besoldi*, *Bittembachii*, *Andreæ*, *Ochsenbachii*, cujus Persicum & ex lingua Gallica, in Germanicam conversum Rosarium eleganti, atque erudita præfatione paulo ante vitæ finem noster exornaverat; ut taceamus interim ejus tam in Senatorio, quàm Philosophico ordine Collegas reliquos, in quibus facile primas obtinet *Cunradus Cellarius* Philosophus, & Poëta, cui cum SCICKARDO nostro, præter studiorum communionem alii quoque necessitudinis gradus intercedebant; quorum certè nemo fuit; qui ob raras illas, & eximias animi dotes, non præcipuo quodam amore SCHIKARDUM nostrum complecteretur.

Quo circa ad exteros me confero, quorum splendore, atque luce ut SCHICKARDI nomen egregiè fuit collustratum, ubiq; & Academiæ huic singulare conciliatum decus Ita non minus luminis ab hoc nostro transsumptum, inque illos derivatum fuisse est putandum.

In his principem locum merito tribuimus Illustrissimo PHILIPPO Hassiæ Landgravio, Germanorum Alphonso qui inde ab avito sagüine Matheseos cultor eximius SCHICKARDI Musas adeò coluit impensè, ut eas annuo sibi ornandas, remunerandasq; stipendio, dum vixit, statueret.

Principi COMITEM jungimus Cæsareæ militiæ Generalem, illustrem *Gransfeldium* qui inter alia Cæsareanæ ad Nordlingam Victoriæ prospera, vel hoc potissimum sibi

nomine gratulabatur, quòd fato singulari quodam, ea in urbe hospitium fuisset nactus, in qua & SCHICKARDUM noscere, & ab eo in Mathematicis erudiri pleniùs posset.

Jam V. ubi per reliquam Germaniam oculos meos circumfero, ecce Viennæ, Austriæ metropoli, inter alia aulæ illius ornamenta se vel inprimis offert nobis SEBASTIANUS *Tengnage'*, Cæsariæ Majestatis Consiliarius, urbique & Augustæ Bibliothecæ præfectus, qui quantùm amaret SCHICKARDUM, quantumq; illius ingenio & industriæ tribueret, vel hoc uno facto demonstravit clarissimè; quod insigne opus Geographicum Ismaëlis Abulfedæ Syriæ regis quondã, quo omnes Musulmanicæ gentis Provinciæ (qua-quà patet scil. Alcorani impietas) accuratissimè describuntur Viennâ per tot millia huc Tubingam transmisit, eo fine, & consilio, ut Arabem hunc latinè loqui noster SCHICKARDUS doceret.

Sic Argentinæ inter alios se offert nobis quoque par illud amicorum SCHICKARDI nobile & eximium *Matthias Bernegger*; *Iohann. Schmidius*, hic Theologiæ; ille Politices & historiarum Professor, uterque Celeberrimus.

Sic Basilea par alterum amicorum nobis ostentat, patrem, filiumque *Buxtorfios* de quibus haut immeritò dubites, uter excellenti linguarum Orientalium notitia alteri sit præferendus, Pater filio, an hic patri? Verum orationis copiam compendi facere ipsa me reliquorum amicorum jubet copia.

Quare ut Germanos meos absolvam: Ecce Rostochium dabit tibi *Tarnovium*, Theologum consummatissimum: Francofurdum ad Oderam *Ebertum* Hebrææ Linguæ Doctorem clarissimum: Altorfium *Svvventerum*; Hafnia Daniæ *Christianum Severini*; ambos Matheseos Professores celeberrimos; Putzbachium, *Danielē Mœglingum* supradicti Landgravii Mathematicum & Medicum Politissimum.

Belgium verò inter alios dabit *Iacobum Golium*, ornamentum Patriæ suæ. Arabicè Doctissimum; dabit D. de Dieu, Theologum Leydensem præstantissimum: dabit *Philippum Landsbergium*; dabit *Martinum Hortensium*, Mathematicos insignes; & quem ante omnes ponere debueram, dabit magnum illum *Hugonem Grotium*, virum nostra laudatione longè superiorem.

Jam in Gallias si flectas, DEUM immortalem! quàm hæc amicorum SCHICKARDI fæcun-

cunda est, & ferax natio? ex innumeris aliquos à me habe & authoritatis præcipuæ viros modò; *Franciscum I. Huilleritium*, regi Christianissimo à Consiliis & supremæ rationariorum Cameræ præfectum, virum ad bene de literis merendum unicè factum, natumq;: Habe *Nicolaum Fabricium* Peresii Toparcham, & ipsum Regis consiliarium inq; Aquensi suprema curia senatorem gravissimum, qui Mathematicarum artium apprimè sciens, amore, admiratione q; SCHICKARDI nostri ductus non solùm splendidè & prolixè ad se illum invitavit: sed mortem hominis quoque tam tulit acerbè, ut nihil potuerit acerbius. audi ipsam viri generosi, & anxiam vocem, qua is non tam SCHICKARDUM quàm in hujus morte rerum pulcherrimarum publica eaq; gravissima luget damna: *Sanctè affirmo* inquit in epistola quadam, *me mortem Patris mei quæ mihi in hac vita casuum longè fuit acerbissima, non potuisse ferre gravius.* O virtutis doctrinæq; æstimatorem egregium!

Habe *Petrum Gassendum* Ecclesiæ Diniensis Cathedralis Præpositum, illum Philosophorum hodie per Gallias Phœnicem, & in Astronomicis novum Tychonem:

Habe *Gabrielem Sionitam*, regium Arabicæ linguæ Parisiis Doctorem:

Habe *Iohann. Baptistam Morinum*, Med. Doctorem, & eâdem in Academia, eodemq;, hoc est, Regio nomine & authoritate Mathemata publicè docentem.

Sed quid taceo *Iacobum Gothofredum*. J. C. & antecessorem Genevensem, omni laude dignissimum? quid te, *Aeli Deodate*, eidem rei publicæ à Consiliis, literarum, literatorumq; fautor maxime? qui in conglutinandis SCHICKARDI aliorumq; per Europam virorum doctorum amicitiis, velut datus à Deo paranus quidam, nulli operæ, nulli labori solebas parcere: O niveum pectus!

Quòd si in Angliam hinc penetro, ecce inibi præter Illustrem Equitem *Herbertum*, qui tanti SCHICKARDUM fecit, ut ejus judicio & censura conscriptum à se de veritate libellum non dubitaret subjicere; viros video excellentes duos alios SCHICKARDI amantissimos, *Ioh. Bainbrigdium*. Med. D. & Joh. Greves, quorum ille in Oxoniensi Academia, Astronomiam; hic Londini in Collegio Greshamiensi Geometriam docent publicè.

Extant ad illum literæ, sub ipsam ducatus hujus occupationem scriptæ, an missæ propter tumultus bellicos vereor: quibus hæc paucula, & ad SCHICKARDUM nostrum plane pertinentia libuit excerpere: Ita vero *Bainbrigdium* suum ille affatur: Gratissimæ tuæ mihi fuerunt, quod & de benevolentia in me immeritum abunde testarentur, & donum ferrent quovis auro pretiosius, observationes nimirum Eclipticas, proposito meo Geographico insigniter profuturas, quod olim Deo dante, grata mentio publicè comprobabit. Nunc & ista, & Abulfeda meus & Mercurialia belli furoribus exterrita latent, in munitione, quorsum anxius abditi, nescio an lucem unquam revisura: & post pauca si mori non jubear, & schedas meas tot vigilatarum noctium opus recuperavero, Deusque pacem nobis donaverit, editionem ultra non differam &c. sed aliter visum superis, mi SCHICKARDE!

Tandem ad se Italia nos vocat, ubi inter amicos SCHICKARDI vel in primis occurrit illud sideralis scientiæ miraculum, *Galilæus de Galilæis* occurrit Romanæ nobilitatis ornamentum eximium *Petrus de Valle* author apologiæ pro Abba Mirisi Persarum rege: occurrit *Lucas Holstenius*, domo Hāburgensis quidem, sed Romæ hodie apud Cardinalem Barberinum summa in gratia vivens, & honore, vir Matheseos, & Geographiæ Græcæ callentissimus.

En vobis, aud. ex innumero amicorum numero, hos paucos & selectos modo; nam quis tempore adeo brevi, & circumscripto, omnes commemoret? Ex his verò intelligere facile potestis, qualium, quantorumque amicitiis virorum noster SCHICKARDUS floruerit; quos quidem ut ipse religione & pietate sua semper coluit: Ita ab iisdem vicissim affectu pari, pari constantia cultus quoque fuit, ut prætermissa ex longinquis adeò ad nos locis epicedia indices flagrantis in SCHICKARDUM amoris; tot liberæ quoque plenæ suavissimæ humanitatis testantur, quas cum his diebus evolverim dicere nequeo, plus ne voluptatis ex argumenti dulcedine, an tristitiæ ex casu inopinato heri sui perceperim. O dulce amoris, amicitiæque coagulum eruditio!

Sed fuit, fuit heu! SCHICKARDUS noster & jam propter jucundam sui memoriam, inscriptam consignatamque tot editis opusculis, præterque desiderium ingens affectarum tot lucubrationum aliud nobis reliquit nihil. Quare in hoc fine ipse finio quoque & ad te SCHICKARDE, po-

ſtremum me verto. Tu cœlo, in quo omnes curæ tuæ defixæ erant, liberè nunc & ex voto frueris; tu cum notis illis tuis, Kepplero, Mœſtlino, aliis, ea, quæ è terris longiſſimè oculis quondam proſpectabatis, in propinquo & præſentes nunc contuemini: tu cœli magnitudinem ſtellarum orbes, Solis ſive ſtatum, ſive circumvolutionem, Lunæ variationes & motum, Venerisque & Mercurii in Solem incurſiones, aliaque miranda ſecure contemplaris, exactè cognoſcis: Nunc tu non humanis ſed angelicis linguis Deum, conditorem tuum celebras, laudesque ſoſpitatori gratus perpetuò accinis. Interim orbati nos ſplendore illo tuo, quo Academiam hanc, adeoque orbem ipſum univerſum illuſtrabas, replebas, in tenebris, & mœrore jacemus miſeri, SCHICKARDUMque aut SCHICKARDI ſimilem fruſtra non ſine gemitu quærimus.

In obitum

MAGNI SCHICKARDI.

Qui ſtudium Solis, penitusq; latentia cœlo,
Sidera, qui voces norat Hebraeas, tuas;
Optimus Interpres, quam Boſphorus alluit, aulæ;
Cui meliùs multò quam ſibi notus Arabs;
Peſtifero rapitur, SCHICKARDUS *ſidere: docti*
Flent ſimul, atq; artes quisquis amat.
Vix poterunt ſeri talem ſperare nepotes,
Vt nunc à morbis ſecula longa vacent.

HUGO GROTIUS.

SCRIPTA.

Bechinath Happeruſchim; h. e. Examen Interpretationum Hebraicarum in Geneſin, quas vel Paraphraſtæ Chaldæi vel Cabbaliſtæ, vel Thalmudiſtæ, vel Rabbini, vel noſtrates quoq; Judæi ſuper ſacrum contextum attulerunt: *Tubing.* 1621. in 4.

Deus Orbis Saracenorum: *ibid.* 1622. in 4.

Tarich, h. e. Series Regum Perſiæ per annos ferè 400. ex fide MS. Voluminis authentici apud Muſulmanos cum prooemio longiori edita; *ib.* 1628. in 4.

Jus

Jus regium Hebræorum: *Argent.* 1625. in 4. cum notis & Animadversionibus Joh. Bened. Carpzovii: *Lips.* 1675 in 4.

Spicilegium Hebræum ex nonnullis Exodi capitibus: *Tu.* in 4.

De Mercurio in sole viso, seu responsum ad duas Petri Gassendi epistolas, quas de eodem ad Schickardum miserat: *ib.* 1632. in 4.

De pareliorum, qui anno 1633. mense Junio circa solem gemini apparuerunt, forma, situ, motu & è cœlo abitu: *ibid.* 1633.

Purim, sive Bacchanalia Judæorum: *ib.* 1634 in 12. & 4.

Horologium Hebræum, sive consilium, quomodo S. lingua Hebræa spatio XXIV. horarum ab aliquot collegis sufficienter apprehendi queat: *Lipsiæ* 1633. in 8. *Franek.* 1651. *Tubing.* 1663. in 8. Prodiit quoq; sub nomine Institutionum linguæ Ebrææ. *Ienæ* 1637. *Erfurti* 1647. in 4. Auctius aliquoties edidit Joh. Ern. Gerhardus.

Alphabetum Davidicum, seu commentar. in Psalmum XXV.

Astroscopium pro facillima stellarum cognitione noviter excogitatum? *Francof.* 1623. in 12. *Nordlingæ* 1655. 1659. *Norib.* 1665 in 8.

Paradisus Saraceno-Judaica: *Tubing.* in 4.

Ephemeris lunaris: *ib.* in fol. patenti.

Tractatus de globo sive pila ignea, quæ anno 1674. totum Germaniæ superioris tractum pervolitavit: *ib.* in 4.

Topographia Würtembergiæ XIII. tabulis adornata: *Amst.* in folio patenti.

Modus ratioq; tabulas Geographicas longè certius & peritius quàm fit vulgò, conficiendi: *Tubingæ* in 4.

Rota Conjugationum Hebraicarum: *ibid.* 1663. in 8. *Ien.* 1646. in 4.

Eclogæ sacræ Ebræo-Latinæ Veteris Testamenti: *ib.* 1633. & denuò sub titulo: Epitomes Bibliorum, continens præcipua V. Test. testimonia, accurante Balthasare Raithio: *ib.* 1663. in 8.

Hebreischer Trichter: Leipzig 1663. in 12.

Opera omnia W. Schickardi Philologica cum notis & Animadversionibus se editurum promisit non ita pridem CL. Vir, Joh. Ben. Carpzov. quæ adhuc exspectamus.

PRO-

PROGRAMMA

In funere
Viri Clarissimi

MARTINI TROSTII,

Orientalium Linguarum in Academia VVittenbergensi Professoris publici, Propositum

à

RECTORE ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS.



NOn satis erat bellorum grandine ac tempestates tam contumaci sævitiâ pugnare in literas, & undiquaque turbare ac impedire sapientiæ studia hactenus; restabat & illud scilicet, ut populariter ruentes morbi incumberent, & eos non tantùm aut perterrefacerent aut tollerent, qui in iis discendis ponerent operã; verùm & his quasi manum injicerent, qui tradere ac docere præ multis aliis possent. Nam quem Magistrum, quem Præceptorem Juventus nostra in Viro Clarissimo, MARTINO TROSTIO, quod decus & ornamentum Academia, nudius tertius, cùm obiret diem, amisit? Qui maximo animo, & indefesso studio Ebræam & reliquas Orientis linguas ita ab ipsæ adolescentiâ tractavit usque, ut eam cognitionem doctrinamq; sibi paraverit, quæ quàm paucissimos æquales, vix quemquam autem superiorem habere videretur. Quo accedebat singularis solertia dexteritasque, & quoddam quasi peculiare artificium docendi, quo tam multi & hic, & alibi, non modò celeriter, sed & egregie, & cum admiratione multorum in eo genere sub eo profecerunt. Fuit hæc Academiæ nostræ

nostræ peculiaris quasi felicitas, quòd inter tantas ruinas & pereuntis patriæ naufragia, etsi territa confusaq; nonnihil, inviolata tamen invictaque servarit decus, & omnes truculenti Martis insultus petitionesque singulari Dei ope ac providentiâ exierit, hactenus ac declinarit. Sed si hic turbo grassari latius, atque in ipsa capita quasi sævire pergat, quid porrò de Academiâ nostrâ, quid de studiis sapientiæ & literis ad pristinam gloriam restituendis licebit sperare? Quamdiu duces prudentes ac fortes non deficiunt, tamdiu de summa rerum desperandum non est, utcunque illæ concussæ atque afflictæ fuerint: sed cum jam fusæ aut dissipatæ copiæ sunt, & nemo preterea superest, qui dare exercitui caput, bellumque administrare verè queat, frustra omnis conatus est, & quicquid suscipitur deinceps, ad interitum vergit. Quam ob causam *Epaminondas*, virtute & rebus gestis maximus vir, cum accepto mortifero vulnere in Mantinensi prælio Diophantum arcesseret, cui partes suas traderet, auditoque, hunc periisse, celeriter Jolaidem evocari juberet, atque intelligens, & eum ipsum occubuisse pugnantem, suis auctor fuit, ut illico controversias belli componerent, & qualemcumque possent, facerent pacem. Ac Deus quidem omen prohibeat, sed utinam non & nobis cum ruditate ac barbarie, contra quos hostes pugnamus hactenus, paciscendum sit, si TROSTIIS, si aliis, qui eruditione atque ingenio cumprimis excellunt interceptis, ad eos res redeat, qui impares longè, & minus instructi ab iis rebus, quæ acquiruntur ad literarum gloriam & dignitatem adversus inscitiam & imperitiam afferendam. Quo magis fatigandus precibus Deus est, non modò ut cohibeat bellorum furorem, sed ut fluentis morbi impotentiæ etiam frenum imponat, ne planè intercidant literæ ac artes bonæ, sine quibus neque servari Respublica, nec his tristissimis bellis finis potest imponi. Verissimè enim à Prudentissimo Scriptore proditum est: *in turbas atque discordias pessimo cuique plurima vis: pax & quies bonis artibus indigent.* Nunc quæ de TROSTIO exponenda pro more sunt, exequemur. Quam necessitatem utinam licuisset deprecari! Sed quoniam id fatum nostrum est, idque haud potest corrigi; non detrectare oportet, quod temporis hujus ratio nobis imponit. Natus itaque noster Huxariæ, quod oppidum Westphaliæ ad Visurgin est, d. II. Novembr. anni CIƆ IƆ LXXXIIX. Patre JOHANNE, Rectore primum Scholæ mox ejus Ecclesiæ Pastore, viro gravi & erudito. Sub cujus auspiciis domi atque in Scholâ Patriâ cum diligenter esset imbutus lite-

literis, & prout erat ingenio acri ac discendi perquam cupido, egregios profectus in iis fecisset artibus, quibus ad sapientiæ studia paramur, in nostram Academiam venit, eò à parentibus optimis amandatus. Ubi cum paulò post notitiam Viri Clarissimi LAURENTII FABRICII ss. & Oriental. Linguarum Professoris P. sibi comparasset, & alii quoque essent, qui ejus industriam ardoremque accenderent exemplo, primò amare id literarum genus, deinde verò paulò impensius ac diligentius, quàm ab aliis vulgò solet, excolere cepit. Præcipuè cùm & propriâ destinatione animi, & patris optimi voluntate jam olim SS. Theologiæ studio se addixisset. Quâ profectò non satis feliciter tractari existimabat sine peritiâ illarum linguarum, quibus ipsa Dei & Prophetarum sancta oracula concepta sunt, unde omnis vis atque auctoritas ejus unicè pendet. Hoc nomine cùm multis & non exigui nominis viris industriam ac eruditionem suam probasset, magnamque de se excitasset spem, factum est, ut inter Beneficiarios Serenissimi Electoris, quos & Stipendiarios vocant, asscriberetur. Postea verò cùm Cothenis ab Illustrissimis Celsissimisque & Saxoniæ & Anhaltinorum Principibus tractaretur de novâ & commodiore ratione docendi tradendique literas instituenda, eò vocatus Serenissimi Electoris veniâ concessit, Ebreasque literas docere cepit, eo successu, ut multum laudis non modò abstulerit, sed & ipsos Celsissimos Principes sibi mirum in modum adjunxerit ac conciliarit. Ea occasione factum est, ut uxorem duceret, ANNAM SOPHIAM, Amplissimi & consultissimi Viri CONRADI LEMNERI Saltzensis Reipub. Syndici filiam. Quam eo ipso die superioribus annis amisit, qui ad omnem ætatem victoriâ Lipsiensis prælii memorabilis est. Dimissus clementer à Principibus, quibus operam suam addixerat, tandem Helmestadium profectus est, ut publicè ibi Orientales literas profiteretur. Postea verò cùm à cruento Marte præfligatæ indeatque exactæ bonæ Musæ essent; primò Brunsvvigæ ad tempus aliquod commoratus est, quò & plures alii Professorum confugerant: deinde in Daniam transportavit familiam, atque in Regiâ Soraviensi Academiâ publica autoritate eas ipsas partes in se suscepit, quas Helmstadii in Academiâ Juliâ administraverat. Sed eo fato natus erat, quod nusquam ipsum quiescere, & stabiles sedes figere, concederet. Itaque cum eò usque processisset bellorum rabies, ut ipsum septentrionalem Oceanum transnavigatura videretur, & tacitos stimulos amor patriæ subinde sub pectore verteret, imperatâ vocatione muneris,

Rostochium, ac inde tandem in nostram Academiam concessit: primoque Ebræas literas extra ordinem Professorum receptus docere ac profiteri publicè magno nō solùm applausu, sed fructu eorum, qui ipsum sectarentur, cœpit. Ita quidem, ut simul & domi suæ, ac privatim multos assiduè informaret ac institueret, eâ fide ac diligentiâ, ut non pauci admirarentur, quomodo aut tam feliciter proficere tam brevi tempori ii, qui se ipsi tradidissent, aut ipse magister tot laboribus molestiisque, quæ inter has partes ipsi obeundæ erant, par esse durareque illas posset. Sed nihil molestum ei ac durum omnino est, qui se totum utilitati publicæ dedit. Nec est, quod non ignea mens, qualis in nostro fuit, ac indefessum studium vincat ac superet. Quâ ratione quantum subduxit annis vitæ tantum ad æternitatem ac immortalitatem nominis sibi adjunxit. Quæ illa vita est, quam maximæ quæque mentes potissimum appetunt, atq; in eâ se spirare præcipuè putant. Cum filium natu maximum, quem propter ingenii bonitatem & summam illam spem, quam præbuerat de se, impensè & plus, quàm dici potest, amabat, amisisset non ita pridem, id mœroris & desiderii ipsum cepit, quantum solet illorum esse, qui quàm maximè sanguinem suum lugent. Quæ res uti mirificè turbare animum atque conficere; ita & corporis robur non leviter sanè affligere consuevit atq; attenuare. Quod plerumq; se ita habet, prout comparatus animus noster est. Ita igitur factum est, ut facilius cesserit morbo, qui nunc grassatur maximè, vitamque finierit nudius tertius sub XII. meridianam, pro quâ servandâ excellentissimorum Medicorum ingenia ac opes tantopere hactenus laboraverant. Liberos omnino quinque genuit: sed tres reliquit orphanos: filiolum sibi cognominem, quatuor annos natum, & duas filias: quarum altera pueritiæ fines nondum egressa satis est, altera adolescentiam vix cepit attingere. Itaque vix satis sentiunt orbitatem suam, ac eam ob causam commiseratione bonorum magis digni sunt. Cæteros casus Viri, ac fata, & quibuscunq; rebus aut habendus felix, aut calamitosus statuendus est, commemorari breviter non possunt, quod hoc in loco præcipuè studendum. Sed pietas in matrem decrepitam, & per iniquitatem temporum ejectam fortunis omnibus, quas pater reliquerat, dissimulanda non est. Cujus inopiam ac fessam ætatem (quam ob causam & huc deportari non potuit) factis quot annis non paucis sumptibus, sustentavit. Quod licet in nonnullas angustias

gustias ejus conjiceret res (ut est nostrorum temporum ratio, cùm eadem pene omnium sors est) tamen potius existimabat, si ipse cum difficultate aliquâ conflictaretur, quàm necessariis vitæ præsidiis destitueretur, cui ipse deberet vitam. Vos nunc monemus, ut Viri Clarissimi exequias ita celebretis quemadmodum postulat existimatio & virtus hominis, illaque immensa merita, quibus, quamdiu cùm viveret, & plurimos vestrûm, & omne Orientalium literarum nomen sibi obstringere & devincire arctissimè semper laboravit. Qui efferetur ad H. I. postea ex Collegio D. AUGUSTI, & concione funebri habitâ in coemiterio suburbano sepelietur, cùm interim memoria ejus & nomen nobiscum semper versabitur, atque in literarum æternitate perpetuò durabit. PP. DOMINICA PALMARUM anno recuperatæ gratiæ cIↃ IↃc xxxvi.

SCRIPTA.

Concordantiæ Chaldaicæ, ex Danielis & Esaiæ capitibus Chaldaico idiomate conscriptis collectæ: *VVitteberg.* 1617. in 4.

Lexicon Syriacum Novi Testamenti: *Cothenis* 1623. in 4.

Novum Test. Syriacum: *ib.* 1621. 1627. in 4.


Grammatica Ebræa, eademq; universalis recognita & locupletata: *VVitteberg.* 1632. 1637. in 4. cum Appendice Andreæ Sennerti, sub titulo: Hypotyposis Harmonica linguarum Orientalium, Chaldææ, Syræ, Arabicæq;, cum matre Ebræa: *ib.* 1643. 1653. in 4.

Tabulæ in Grammaticam Hebræam: *ib.* 1637. in 4.

Epistola D. Johannis Apostoli Syriaco-Latina: *Cothen.* 1632. in 4.

Disp. de Mutatione punctorum Ebræorum generali &c.

F I N I S.





ORATIO

Funebris

De Genere, Vita & Obitu

VIRI CL.

DN. MICHAELIS VIRDUNGI,

Politices & Historiarum in nobili Altorfina Professoris Publici,

Scripta ibidem & in Solenni consessu recitata, Anno Christi M DC XXVII.

à

CHRIST. ADAMO RUPERTO.



Icut rem mali exempli sapientes putant, aliena funera lascivis sermonibus inquietare; ac se humani generis odio, Deûm iræ, propius propiusq; admoveat, quibus, ut est in proverbio, mortuis leonibus barbas vellere summa voluptas est: Ita vicissim, qui pietati debitas lacrymas impendût, rectè atq; ex instituto Majorum agere videntur. Natura certè his legibus nos invicem obstringit, ut quod sibi quisq; expectat humanitatis officium, aliis idem præstandum censeat. Quod si stoïci, si è quercu aut petra nati, si naturæ oblatratores non sumus, corpori, tanquam mentis olim contubernio, non solùm de sepulturâ prospiciemus, sed etiam supremo aliorum affectu non indelectabimur.

Ne longiùs deflectam, illuxit Universitati Nostræ inauspicatissimus dies, quo ille tot insignium scriptorum molitor, & contemtor terrestrium animus, animus, inquam, rectus, bonus, magnus magniillius MICHAELIS VIRDUNGI, cœlo pridem conterminus, nunc insertus, imbecilli, variisque & morbis & laboribus collapso diversorio excessit. Quo quidem heu! immaturo mihi abitu licèt nubem oculis obductam,

ctam, dentes collisos, vocem interclusam; licet pectus & viscera divulsa, mentem deniq; ipsam statu motam Vobis dicerem; tamen arcano cruciatu meo longè minora cognoscere-tis. Equidem dolorem istum latissimè evagandi sibi viam facturum, & quacunque tantæ probitatis atque Eruditionis fama percrebuit (percrebuisse autem mille vocibus, & extremis in locis, ubi humaniorum literarum nomen desinit, statuisse terminum suum advenarum testimonium est) ibi communi causæ bonos omnes lacrymas suas daturos, nulli dubitamus.

Sed me cumprimis urit & torquet, mihi caliginem præcipuam offundit, meos sensus validissimè percellit, tam profundæ, tamq; inexhaustæ doctrinæ templum; ad quod, velut cortinam Apollinis confugere solebam, responsa petituro imposterum negatum obstructumq;: Sed eum mihi ademptum esse, qui post dulcissimorum parentum discessum, tanquam paterni affectus & fidei successor, multum lacrymarum detersit, qui literulis meis quanto, fidem numinis! æstu fluctantibus Patronos quæsivit, qui omnibus adversæ fortunæ decretis, ut sanctissimus quidam Tribunus frenum aut moram injecit. Utinam verò eâ dexteritate, quâ Noster clarissimorum etiam facundiam, suæ admotam, extinguere poterat; eoque verborum honore, quo ingentes animas ex hoc ipso loco quondam commendaverat, tot beneficiorum memoriam, aliaque summi Viri admiranda percolere in facultatibus esset meis; equidem ne ejus virtutibus injuriam aspergerem, minus nunc revererer.

Huc accedit & formidinem in immensum auget splendidissimus iste consessus, cujus in piè defunctum affectu quum me longè inferiora sciam allaturum, idē planè experior, quod Romanus sapiens ait, *ut sudor erumpat, non aliter quàm fatigatu & æstuantibus solet.*

Cæterum inter tot difficultates quod delinquenti frigidam adspergere possit, unicum hoc superest, apud æquos judices, quales Vos estis, non tam Verborum apparatus, quàm animum non adumbrata tristitia vultum colorantem, aut conductæ linguæ verba suggerentem (qualem etiam beatissimi manes execraverint) sed illum vero amore succensum diligi, & ponderari.

Quamobrem eo confisus *Magnificos, Nobilissimos, & Prudentissimos Domin:s Scholarchas, Magnificum Dominum Rectorem, Illustres & Generosos Dominos Barones, Nobilem, Amplissimum & Consultissimum Dominum Procancellarium,*

admodum Reverendos, Consultissimos, Experientissimos, Clarissimos Excellentissimosque Dominos Professores, Nobilissimos & Praestantissimos Dominos Studiosos eâ, quâ par est, observantiâ accedo, quæsoq; ut me, etiamsi virtutes Præceptoris optimi non capientem, admirantem tamen, benevolentiâ ac favore suo complecti velint. Etenim ut quondam in Deorum salutatione eminùs stantes (quod Deos ore profano tangere verebantur) manus porrigebant, eamq; statim ad os relatam suaviabantur: Ita nunc faciendum mihi existimo, & cùm reconditas illas animi dotes penetrare non licet, quædam de longinquo exosculabor.

„ Est hæc præstantium virorum Sapientia, non ab auro, sed „ acie hastam commendari; iniquum fore, qui vestimento- „ rum pretium conditorio æstimet, eodemque honore prose- „ quendum esse vel Galbæ vel Æsopi malè habitantem ani- „ mum, quàm cùm urbana vestis sit circumdata virtuti. Unde „ progressi alii à natali solo, & majorum imaginibus, aliisque Fortunę bonis, tanquam extra hominem positis neminem deprædicari posse arbitrantur. Quod verò pace eorum dixerim, tot non solùm gentibus, à quibus animis oculisque illi utuntur alienis, sed & pleniori Sapientum concilio lubentiùs obsequimur; qui ut summam felicitatem in externis istis non collocant, eidem tamen suffragium suum addere, ornamento necessario esse, vim deniq; animis mortalium imprimere præclarissimè decernunt.

Quamobrem quum à multis sæculis clarorum Virorum facta moresque dicturi ab eorundem patriâ exordiendum sibi persuaserint, etiam tu inter prima mihi occurris, Germanica- „ rum regionum Ocelle, FRANCONIA: Quæ non è Tro- „ jæ cineribus, aut ignobili Bojorum vico, aut Sicambriæ an- „ gulo, quod superioribus sæculis in nocte illâ Papalium tem- „ porum *Hunibaldi, Annii, Trithemii, Aventini*, aliique ad „ fabulosa, velut ęstu quodam abrepti, somniârunt; sed ex plu- „ ribus Germaniæ populis pro Reipublicæ & Patriæ gloriâ, „ in unum corpus, & in horrendum istud Romano Imperio „ nomen feliciter coivisti, quæ incredibili virtute Græcia Asi- „ aque victoriis perlustrata, Syracusis expugnatis, superato „ etiam ipso Herculeo freto libertatem Galliæ tandem asse- „ ruisti; quum interim (ô pudor) Romani Imperatores mi- „ micos triumphos agerent, gentes bellicosissimas, quarum „ ne adspectum ferre poterant, opinione suâ linguâque mo- „ dò in conviviis Strenua occiderent; sed & planè sto-

„ lidâ

lidâ ambitione *Francici*, & *Alamannici*, nec *Gipedici* & "
Longobardici, aliosq; hujusmodi titulos in edictis sibi vin- "
dicarent. Non domesticos testes sequor, sed hostes & Ger- "
manici nominis lancinatores Græculos, quibus *Francorum* "
virtus cùm istam confessionē tum alia innumera extorsit. "

Igitur majores suos in gente tam conspicua recensens, utrum ampliorem gloriam refuderit, an acceperit VIRDUNGUS noster, posterorum arbitrio relictum est. Illud constat, & multis sæculis probatum est, quod Simonides lyricus docuit: *Beatè ac perfectâ ratione victuro ante alia patriam esse debere gloriosam*, & quemadmodum vitæ sic laudis initium Nostro FRANCONIA fuit: *Sed principia sua semper magnitudo sequens obruit.* Obruit autem? imò ipso illo splendore suo longè imminentiora facit. KITTINGA, magis definita Nostri patria, historiarum monumentis haud perinde celebrata, nunc istud egregium habet, & in ultimam posteritatem transfundi dignissimum, quod Reip. literariæ VIRDUNGUM imputare potest.

Primus autem familiæ magnam gloriam intulit JOANNES VIRDUNGUS *de Hasfort* (quem si rectè memini, VIRDUNGUS quidam *ab Hartung* nostri proactus patruelem habuit) natus eodem, quo divini ingenii Comes, JOANNES PICUS MIRANDULANUS anno, & propter summam postea in Mathematicis scientiam & fidem à CAROLO V. A. C. cIↄ Iↄ xxI. Imp. Augusto iis insignibus, quibus antiqua & honorata illa domus etiamnum utitur, donatus. Avus exemplar infucatæ pietatis, juxta sanctissimos illos Viros, qui bello Punico secundo omne aurum & argentum ad sustentandam temporis difficultatem in medium protulerant, à notis collocari meruerat; nisi hoc ipsi negassent vel communis omni ævo inscitia; quâ, neglectis majoribus sæpe lapidem è sepulcro pro Deo veneramur, & Æneam, utcunque genitum, perque deperditæ à se urbis ruinas patrem ferentem, indigetem facimus; vel virulenta Malignitas, quâ *debita Virtuti pretia, subtrahimus, & alienæ laudis silentium gloriam nostram existimamus.* Quum enim superiori sæculo *Alcibiades* ille *Germanicus* intra Franconiam gravissimæ tempestatis instar detonaret, plerique Kittingensium privata damna cogitare, portam proximam circumspicere, variis modis in præsenti fortunâ sibi consulere. *Hi enim mores, dicam, an morbi? omnium ferè mortalium sunt, ut patriam ejusque calamitates linguâ circumferant, cùm penitiùs introspexeris, larva appa-* *rent,*

rent & aulæa ſcenica, & ſua tantùm ſegetis cura. Sed VIRDUNGUS iſte, quanquã extremæ lineæ admotus, & velut alter Atharias, pallori civium obſtitit, ne fluctuantia vela deſererent, aut permitterent tempeſtati navem: Omnia pietatis jura violaſſe, patriam ipſam prodidiſſe, qui è patriâ diffugerint. *Nihil proficit ratio, ubi formido radices agit, & frigus animos, jam planè obſeſſos tenet.* Paucis abhinc diebus adeſt victor, oppido aratrum, cædem hominibus minatur; ni tribus florenorum millibus calamitates ſuas redemtas velint. Quum noſter decrepitus inſigni exemplo, ſe & pecuniam ſuam omnem, medio in ponte, iratis genibus advolveret. Unius horulæ moram ægrè ferens Marchio, quâ manu argentum acceperat, eâdem objurgatum, ſed nihilominus exultantem, à ſe dimiſit. Magnum profectò Virum, qui bellicoſo Principi victoriam excuſſit, & patriâ liberatâ, invictũ ſe teſtatus eſt. Etenim dum concivium ſalutem emptam ſibi renunciat, fortuitum iſtud non tantùm ſuperavit, ſed ne ſenſit quidem Adæquavit igitur Romanam virtutem, & quod tabulas referre non patitur, ut ſua meliori patriæ ſtatu reddantur, tantò præſtantior fuit.

Ab eo genitus MATTHÆUS VIRDUNGUS, Senator poſtea Kittingenſis ductâ in matrimonium *Annâ Nusholdia*, è ſeverâ & antiqua domo, WILHELMUM, PAULUM & MICHAELEM procreavit. Ipſum verò è carmine quodam piè defuncti Vobis deſcribo Virum, in exiguo oppido magnum, qui mente facultatibus additâ, omnes, quos probitas pauperes fecerat, lubens ſublevarit; ſatis amplam mercedem ratus benefeciſſe. *Non* enim *in theatrum abit virtus, non populum advocat, non fœneratores agit, ſed, contemto famæ præmio, intra ſe manet ac ſibi ſufficit* Quamobrem *ut in plantis veriſimile eſt diffundi qualitates latiſſimè*; ita parente, avo, majoribus inſignis MICHAEL VIRDUNGUS noſter, quicquid ab iis pium, quicquid egregium; quicquid ſanctum & innocens prioribus ſæculis affulſerat, hauſit, exeruit, diffudit. Laudabant emicantem indolem vicini, gratulabantur familiæ, ſuis quisq; liberis exemplum inde expetebat. Sed pater *filios ædibus ſimiles prudenter judicabat, atq; ubi immigret frugis non bona inquilinus facile vitium addi, grandinem imbremque tegulas confringi, juncturas diduci, tigna & lapides ruinam minari. Conducunt hîc habitationem turpiſſimi hoſpites, Ignavia, Contumacia, Laſcivia; niſi à contactu alieni corporis, & improborum cœtu, tenellos tuos avocaveris.* Itaque

pater

pater hâc in re minimè supinus filium Christianæ pietatis liquore probè imbutum; velut gemmam ad cotem exigebat, libros assiduos comites dabat, omnium dierum acta scrutabatur; ut in optimis artibus optimum ingenium adolesceret.

Jam iste terris renunciaverat, quum VIRDUNGUS noster, licèt in adolescentes nondum transscriptus, annorum tamen curriculum virtutis cursu prævertens, sibi ipsi stimulos adjiceret, *Hoc age, cui incubuisti*, vivorum numero exemptus est. *Tu videbis ne industria languescat, intendatur socordia, ne iis similis fias, qui, spoliati tunicâ, complorare se & in ipsos capillos impetum facere; quàm ut porrò contra hiemem corpus muniri debeat, circumspicere malunt. Vnica ex te spes; ibis per vestigia, non nisi sapientibus calcata.* Nullâ verborum, nullâ *ingenii facultate exprimi potest, quantum ad victoriam momenti afferat, sibi imperare. Lectissimi milites, sui excitatores in alto silentio, & nocturnis insidiis hostem aggrediuntur, & præscidia loco dejiciunt; imbelliore tubâ, & cornua & locatus à tergo miles in hostem agunt: Ita animus, qui sua potiùs naturæ instinctu quàm sub alio movetur generosior fortiorq; dicendus est.*

„ Crescente cum ætate judicio ARGENTINAM cogitavit Nobilem & studio isto, quod per Excellentiam *Humanitatem* nuncupamus, aliisq; optimis artibus, pulcerrimâ præstantiorum virorum successione, in hunc usq; diem, &c, ut subnascentia illic sidera sperare nos jubent, imposterum quoque florentissima. Nimirum Academias, Cæsarum Regumque delicias, Sapientiç ac Veritatis templa, Reip. Ornamenta, *non labyrinthos esse, aut arenam vitiorum, inter sese concurrentium*; sed hìc veram solidamq; doctrinam instillari, hic barbariem exui, hic patriæ ancoras fabricari à prudentioribus noster audiverat. Qui superciliosiùs judicant, iis scabiem nemo invidet; cordatiores à genuinæ matris uberibus ad nutricolas non abeunt.

Aliquot abhinc annis egerat in eodem Musarum domicilio frater, natu major, PAULUS VIRDUNGUS, homo conspicuę eruditionis, & quà Medicis quà Mathematicis studiis per Germaniã, Galliã, Angliã feliciter deditus; essetq; jã illustrius nomẽ, si aut Marõi Bathyllus nõ obtigisset, aut fata diutiùs superstitẽ voluissẽt. Noster diversã ab eo viã, sed nõ minùs gloriosã insistẽs, J. Civ. disciplinę politiorẽ literaturam, Antiqui-

„tatis & recentioris Historiæ Thesaurum, eloquentiæ poten-„tiam, amœnitates Poëtarum, & quicquid uspiam fatali priorum temporum sinisteritati subtractum est, tanto successu adjunxerat, ut exactam in his omnibus scientiam cum annis conferentes, vel ætatem ultrà putarent, vel conceptum in ipsis Naturæ divitiis crederent.

Ita quem ARGENTINÆ fama primùm circumfluxit, arctiore pòst complexu Jenæ alligare videbatur. Annus erat post orbem recuperatum millessimus quingentesimus nonagesimus septimus, à nato VIRDUNGO nostro vicesimus, quum Vir Amplissimæ dignitatis NICOLAUS REUSNERUS, *nostrum*, veluti ingenii & eloquentiæ palmam meritum, quamvis non ambientem, die XXI. Januarii, more majorum, *laurea coronavit*; Erat hæc constans & perpetua sententia, nihil impudenter affectare, aut ambitiosè contemnere. *Iamdudum sua quodque nomine appellare desiimus, & quod modestia est, nunc ignavia vocatur*: Sed VIRDUNGUS noster, à plebe secretus, ad rectæ rationis lancem omnes actiones suas diligens: aureum illud excellentissimi JC. utrâque manu tenuit, *viles esse, aut se facere, qui titulos vititer ambiant. Plerumq; imperitos se ingerere, imperitiá faciente confidentiam, quum ex diverso summa eruditio non mediocrem metum faciat. Imperitorum attritam, peritorum mollem & imbecillam frontem esse.* At honorem, semet offerentem, qui repudiare potuit? qui, ut filia infructuosa, fastidire? Opinionem bonorum, & vocem incorruptè judicantium, honestissimam Virtutis fructum esse, à Sapientiæ magistris didicerat.

Posthæc in *Bohemiam* abiit, & candore summæ eruditioni juncto Illustrem & Generosum DN. SIGISMUNDUM à SMIRZIZ sibi maximè conciliavit, filio certè magnæ indolis JAROSLAO à SMIRZIZ rector datus parentem, variis negotiis districtum, à gravi curarum mole abduxit. Licèt enim patres vulgati proverbio dicti non immemores esse debeant; *Oculum domini imprimis equũ saginare, atque optimum in agro fimum esse domini soleam*; tamen ad optimá nati adolescentis hujus contubernium nihilominus fervebat, patris absentiam Ephori studio explente. Frequenter illũ narrare memini, suavissimâ discipuli memoriâ se non semel recreatum, quem elegantia morum amabilem, & in majorum vestigia intentum, exemplo quàm vi, ratione quàm imperio facilius rexerit. *Nec profectò, si Ephorus virtute, discipulus ob-*

se-

sequio certet; speciosius in universâ terrâ certamen existimant seu victus alter fuerit, seu vicerit!

Elapso ferè biennio, quam legitimā missionem impetrâsser, utilem se efficere literis, & sibi propositum habebat, ægrū animum suiq; osorem ratus, qui, cœlum crebrius mutando, annos, valetudinem, & eximios studiorum fructus non observet ac respiciat. Sed quem alium locum sibi deligeret, nisi ipsos Musarum lares, ac benevolam nutricem illam, quæ magna conatis magna subinde præmia decrevit, & (quod incomparabilis Lipsius fieri non posse credebat) Belgio fulgentissimum sidus abstraxit.

Dicam apud liberos liberè & tanquam in ipsius Veritatis conspectu verè, non illa Principum palatia (ut NORICARUM ædium splendorem historiæ commendant) non forum, curiam, & templa, quæ exteri conspicientes aulas Deorum credidere; non stupenda opificum ingenia, quibus Italorum livor coërcitus est, non pro Imperio contra Turcicam rabiem, pro libertate contra Germanicos Achilles fortiter gesta (quanquam magna esse legimus, & admiramur) tam æstimari debere, quam quum generoso studio & nullis tacendâ sæculis virtute S. P. Q. NORIBERGENSIS literas in patriam recepit, dignationem artium doctoribus habuit, omnibus profuturos ex omnibus elegit, Galliam, Belgium, aliasq; Nobiles provincias solicitavit, ingeniis viam aperuit, tenebras plusquam Cimmerias hic locorum purâ ac divinâ luce discussit. O amatum Deo populum, amatum hominibus! O animos ab altiori sede descendentes! Sic quondam magni Reges, quum se viderent domicilium istud fragile, fluxum & caducum ingressos, ut rursus exirent, aliā sibi vitam, quæ, corpore terrâ obruto, universa temporum spatia æquare posset, è literis quæsivere. Cæterùm tanta, quibus summorum Virorum dexteritas ægrè, demens ego sim, si balbutiens & nullis eloquentiæ donis instructus commemorem; illud dicere volebam, VIRDVNGVM, relictis Chalcedonum campis, Bizantium migrare voluisse.

Itaq; Noribergam venit, Reip. studia sua ritè obtulit, & quum suffragia duo haberet. Eruditionē ac Probitatem, *Eloquentiæ & Historiarum Professor* nuncupatus est. Nec enim aliter Amplissimus Ordo eligere, nec aliter VIRDVNGVS eligi cupiebat: Non possum hîc silere auream & quæ instruendæ posteritatis in Ævi tabulis exponatur, dignissimam vocem; quā quum paucis ante obitum septimanis pertinaci

valetudine graviter adflicto assedissem, inter alios sermones, æternùm mihi salubres, eâ, quâ in docendo pollebat, gravitate ac constantiâ, emiserat: *Ita sentio*, inquiens, *& sententiā meam pectori tuo semper incisam volo: Qui drachmam legitimò impetravit, talentum habet : Et qui talentum improbè consequutus est, ne drachmam quidem habet!* Officium tam honestè adeptus, honestè præfuit & gloriam universitatis, *à Donellis, Rittershusiis, Scipionibus*, aliisq; magnis accensam nominibus (quæ toto orbe decantata referre quid opus est?) non solùm non deformavit, sed admiratione doctrinæ suæ auxit, plures doctrina per Europam eminentes in amicitiam traxit, atq; ita judicavit, nō sibi dignitatē, sed se dignitati datū.

Quamprimum cathedram ascendit, animos potiùs, quàm aures atq; oculos pascendos existimans, non ad stramineum *Berosum*, aut nullius nationis *Matosthenem*, aut *Pseudo Philonem* aut *Dictyn Cretensem*, à Cretensi aliquo effictum aliasq; hujusmodi nænias, quas febricitantes Monachi somniarunt; nec ad pictores illos, ab Andronico Palæologo dilectos, qui, ubi nævus aliquis occurrit, artificiosè dissimulant, „& magnatum gratiam aucupantur ; nec ad acutulos illos, „qui sermocinari magis , quàm suadere possunt, & tempus sæpe terunt, milium quod dicitur, terebrando, sed ad ipsos Veritatis sacerdotes, & directâ quâdam judicii normâ præditos, quiq; bellicas ac togatas artes , vitæ humanæ varias mutationes, Imperiorum nativitates, incrementa & occasus, totam deniq; Rerumpublicarum moderatricem Prudentiam ipso usu atque experientiâ didicerunt , auditores consilio semper profuturo ducebat. Quis enim in navi confidentior non est, si peritum bonumq; gubernatorem videat , certam viam secantem, & prout res exegerit , vela dirigentem? ita in profundo Historiarum pelago nauclerus noster fidei suæ traditis consuluit, neminem gubernatorem elegit, nisi qui omnes vias, omnia temporum momenta, omnes caussas, principia & finem exactissimè calleret.

Quoties, ut fieri solet, vel eminentiores , vel latentes scopulos animadverteret, *Aliò cursum dirigere, ne morū naufragium facias* exclamabat. *Hic proditor Pausanias , turbulentus Alcibiades, nequam Tiberius, furiosus Calligula , parricida Nero, & in quo nomine uno scelere omnia concluduntur . Heliogabalus naturæ portentum habitat . Cave, plena insidiis est via!* Quoties urbem aut populum bene moratum, *Huc tende, ut è virtutū fontibus bibas? Hic fortis Miltiades, justus Aristides, cautus Pericles, innocens Fabricius, strenui Scipiones, & totus*

tres lectissimorũ Virorũ chorus est! Urge plena thesauris est via.

Quoties vel priorum temporum ignavia vel recentiorum temeritate coacta nubes oculis obversaretur, judicii & industriæ facem adhibebat; ne tanquam in illum nocte offenderemus, aut difficultate perterriti clypeos abiiceremus; nihilq; in omnibus quæ enarranda susceperat, indiscussum reliquit. « Quũ aliorũ conjecturis absentiret, nunquã manus honori « afferebat, nunquam calamo immoderatius utebatur sæcu- « li mores gravissimè detestatus, quo, lege Remmiâ domi- « nante, plerique decordes ex minis alienæ existimationis sibi « gradum ad infamiam potius quàm famam struunt; & hâc « non minus improbâ quam stultâ scribendi viâ ad comen- « dationem nominis sui grassantur. Noster quum se sciret ad « imaginem DEI creatum, longè ab his alius, omnes diabo- « licas lanienas aversus, ita docuit & scripsit, ut quietem « quàm rixas, amorem quàm tumultuosam vitam, sapienti- « bus quàm populo placere mallet: *Sola enim plebs vernacula ac scurrilia, cavillationes ac contumelias singulorum à circulatoribus vendi sibi patitur.*

Jam in dicendo qui vigor? qui stimuli? quæ majestas gravitasq;? Erat spiritus, vitiorum juratissimus hostis, in dictionem transfusus; fœdatam cruore cognato Germaniam, & inter militaria signa obmutescentem libertatem, graviter indignata, ubique semet exerebat; lacrymas animi piè commoti verba stillabant. Et quoniam antiquitus observatum « est, divinitatis latè patentes campos in magnis Viris reperi- « ri eosque ab officio corporis suspensos, futurorum cogitati- « onibus interdum distineri; VIRDUNGVM nostrũ con- « stat ferè ante triginta annos mala omnia, quib⁹ jam penitùs « absorbemur, & pessimorum hominum colluviem, qui nisi « orcus eos antè devoraverit, omnia devocaturi sunt, nõ præ- « vidisse solùm, sed etiam de iis, & iminenti discordiâ, ex hoc « ipso loco, velut numine afflatum, gravissimè disseruisse.

Ita per novendecim annos, egregiâ cum laude, ac publici commodo, munere utroque functus tandem A. C. 1624. jussu Amplissimi Senatus Norici Politicam ipsam, cujus arcana jam ante in Historicis prælectionibus exhibuerat, seorsim præponendam suscepit. Ecce verò consilium juventuti, quæ non scholæ, sed Reip. dicit, saluberrimum; Quum eodem tempore Cornelium Tacitum, in quo (ut sospitator ejus judicat) singulæ lineæ dogmata, consilia, monita sunt, & principum ingenia, mores, actiones, aulæ suis coloribus depictæ sub unius imperio victurum satis instruere possunt, interpretaturus esset; Politicum quoq; in statu populari vel optimatium, è PLUTARCHI præceptis, libello verè aureo formandum censuit,

ut

ut quemcunq; in quâcunq; Rep. locum obtinentes omnes Politici numeros exequi, ſeſe rebus ac temporibus attemperare, ac ſine detrimento Virtutis omnes formas inducere noſſent. Enimverò iis artibus, quas ad humani generis perniciem hodie edocti ſumus, quibus per tenebras ac inſcitiam cæterorum occidimus, probitatem, fidem, integritatem, ipſamq; in DEUM pietatem inania ſine re nomina dicimus; prudentiam verò artem fallendi, civilem doctrinam inſtrumentum inhumanæ tyrannidis judicamus, aliaque infernalibus flammis expianda committimus, ſedulò Noſter cavebat, ne imbueremur. Quamobrem ita temperavit, ut ex præſcripto Romani Sapientis virtutem nemo allideret aut abſconderet, ut quamvis non uno gradu, tamen una ad virtutem via quisq; procederet; nec in aliquibus ſe mutaret, ſed aptaret potius. Quid multis? Quum VIRDUNGUM docentem cogito, in hujusmodi voces erumpendum eſt, *Multa titulu ſuperbiunt; cætera quisquiliæ ſunt.* Noſter vivit, noſter viget, Noſter animum dimittit, non niſi bono publico innutritum.

Cæterum ut Platonem & Ariſtotelem Hiſtoriæ produnt plu: ex moribus, quàm ex verbis Socratis traxiſſe: Ita VIRDUNGUS, *quum argentum loqueretur, auream vitam egit;* cumq; ſe præſtitit, ut nihil utilius fieri poſſe, quàm illi adeſſe, ac cum eo verſari, vel Tireſiâ cæcioribus appareret. Ut enim de PIETATE, virtutum Reginâ, præcipuè dicam omnes, quibus ad inſpiciendam veritatem tenebræ non ſunt offuſæ, calculũ mihi ſuum adjicient, vel propter hanc ſine tanta, omnemque laudem ſupergreſſâ eruditione, miraculo Noſtrum eſſe potuiſſe ac ſtupori. Quod ſi cùm paſſim influentibus negotiis paria feciſſet, ſacras literas ſolam refectionem ſuam putabat, & ab horis illis, quibus cum DEO colloquia miſcebat nunquam ſe avelli patiebatur, adeò ut *ipſo nuptiarum die* (quas A. C. milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo cum MARGARETA, Ampliſſimi Viri Dn. JOANNIS LEHNERI Conſiliarii Würtzeburgi filiâ, pientiſſimâ feminâ celebravit) ſubitò amiſſum & diu quæſitum, tandem inter ardentiſſimas preces, & *lectioni biblicæ intentum* paranymphus repererit. Vidit nempe cœleſtis animus terrenam hanc militiam, &, ut *bellico duci nihil magis timendum, quàm quod non timet*; ita Chriſtiano homini ſecuritatem frequentiſſimum eſſe calamitatis initium. Vidit, *nulli lætitiæ credi poſſe, inter os & offam nimium quantum intereſſe,* &

& facem, nuptiis accensam, nonnunquam rogo subjici. Vidit satis officiosum diabolum, stygiam cohortem in insidiis latentem, crepantes catenas, quæ solâ pietate dimoveri perfringiq; possint. O felicem Virum qui sic vidit, cavit, depulit! *O nos infelices, si latronem, jugulo gladium admoventem, nec depellimus, nec videmus!*

Sed considerare juvat, quàm per angustos obstructosque aditus, peritissimos aëris tramites, perq; densissimas nubes ad magnum illum Imperatorem suum pietas irrumpat, & non nisi cum donativo redeat. Quum luctuosissimis istis an- " nis, quibus æternæ rabiei atque avaritiæ Germania contra " Germaniam sanguinem suum commodat & ultimorum " ultima, Pestis atque Fames, dardanariis & sanguisugis stre- " nuè adjuvantibus, patriam solum validissimè adfligũt, No- " ster undique exhaustus, & per omnia opera jactatus, nunc in Museo, nunc in hortulo, sublatis in cœlum manibus, privatis casibus querelam publicam misceret, non surdum, aut inefficacem, aut (quod Epicurea impietas fingit) aversum à mundo DEUM sensit. Etenim præter Nobilissimos & Amplissimos Universitatis hujus Curatores, (qui perpessicium senem & morbis variè oppressum ut sæpius, ita nuper cum immortali suâ laude aucto stipendio, sublevarunt) veluti cœlo demissum expertus est Magnificum & Nobilissimum Virum, Dn. JOANNEM à BLANSDORF, qui acceptis à Fortunæ bonis verè dignus, exemplo Agesilai, Plinii aliorumque, quos ex antiquitate mirari solebat, facultatum partem veterum amicorum esse voluit; adeòque tantum apud literatos favoris sibi conciliavit, quantum alii juxta Aten Homericam super hominum capita incedentes execrationis & invidiæ mereri solent. Speserat laudatorem eloquentissimum, velut supremum ejus felicitati cumulum accersiturum; nisi cum corporis viribus minuto animi vigore, & tandem penitus confracto, lex omnibus à Deo posita laudatorem voluisset sequi laudandum. Vivet tamen, & caput suum BLANSDORFIUS exeret, dum Agricolam Tacitus, Tacitum cum Agricolâ VIRDUNGUS à situ & oblivione vindicabunt; ac publica illa confessio, *Commentario nuper edito* præmissa, *sine amori & cupiditate, & rursus sine odio & sine invidia judicantibus* (ut de posteris Tullius ait) spectabitur.

Te quoque, Nobilis, Amplissime & Consultissime Domine GEORGI RICHTERE, quòd pro caro capite temetipsum objecisti, quòd omnes vires tuas & pectus illud Roma-

Romanum attulisti, quod infirmum &, ut ita dicam, dehiscẽtem toties continuisti, quod vitæ huic calamitosæ, præsens & absens multum amari detraxisti, quòd fortunæ in magnos viros perfidæ feliciter intercessisti, DEI muneribus, assiduitate precum exoratis, annumerabat. Et quamvis hæc invitus audias, & ipsa virtus animi benefactorum testem respuat: Instant tamen cedenti communes literæ! omnia auditoria tuorum conscia meritorum clamant, clamabuntque, dum Musarum sacerdotes amplexu dignari pulcrum erit.

Sed quid ego nunc cætera VIRDUNGI ornamenta, quibus non minus gratiæ, quàm auctoritatis; nec minus pulcritudinis, quam ponderis inerat, hoc loco referam? Nunc CANDOREM & INTEGRITATEM, quæ quò rariora hoc ævo bona sunt, eò plus admirationis ac splendoris nostro attulerunt? Non potuit esse similis *fonti* illi *Garamantum*, qui, ut est apud Solinum, *alternis vicibus die friget, nocte fervet*: Nihil duplex loquutus est: Nunquam simul Cato, simul Vatinius fuit: Dicta factaq; unâ veluti formâ signata, sed avorum monetâ percussa voluit.

Num extra lectiones publicas FIDELITATEM? Semper ad excipienda discentium desideria fores apertas habuit: Nunquam vanâ dissimulatione suspensos dimisit; & quod de C. Livii Drusi domo accepimus, eam consultoribus repleri solitam; tali frequentiâ noster obsessus, aliis pariter ac sibi vixit, ignorantes docuit, falsos emendavit, dubios ad certum revocavit; ut quemadmodum ipse seniorum eruditioni successisset, sic ad suam consurgentes alios lætus adspiceret.

Num in magistratu gesto PRUDENTIAM & AUCTORITATEM? Nimirum ut e veritatis sacrario Ammianus Marcellinus profatur: *Magistratus amplitudo nudare solet semper* „ *animorum interna*: Et sicut inter dolia vacua non facilè di- „ scernere potes, quod eorum integrum, quod si vitiosum, sed „ ubi aliquid infuderis: Ita vir egregius, aut fatiscens, infuso „ graviori munere, facilè apparebit. Electus erat Rector Magnificus in annum millesimum sexcentesimum decimum nonum *Illustris. & generosiss. Dn.* ACHATIUS JUNIOR *Burggravius & Baro à Dhona &c.* datusq; ei succenturiatus beatissimus VIRDUNGUS noster ita publicis votis atq; omnium expectationi respondit, ut Scipioni Lælium adjunctum unusquisq; & sentiret & diceret.

Num

Num in disciplinâ domesticâ CURAM & DILIGENTIAM? Nam & hic cum conscientiâ calculum rectè posuit, oculos & manum adhibuit, nequid sibi dissimile occurreret. Uxorem bonam, ad imperata, velocem & hoc solo quærulam, quòd non semper ante voluntatem mariti, quàm vocabatur, cognitam habuit, DEI gratia indulserat: Unde *nemo fulmina aut tempestates in eâ domo notavit: Placidum tranquillũq; cœlum erat*, & Spiritus alterius in altero vigebat. Amavit liberos, sed fortiter, quò canitiem suam feliciorem redderet; eosq; non aliter deprehenderet, quàm in colendâ pietate, laudabili æmulatione, contumaces.

Jam verò agmen mihi claudat, licèt non postrema, sed PIETATI ita similitudine juncta, *ut cum eâ, vel ex eâ nata videri possit*. Ita, inquam, non paganorum robore, beatam vitam in æquuleo, in igne, in Phalaridis tauro, sed sine vero solatio judicantium munita FORTITUDO: Quæ ut ultimæ adversitatis tempore in VIRDUNGO nostro maximè eluxit ita sibi hanc sedem dari patietur. Nec tu mihi solos Alexandros qui in primâ acie aversantur scopulos in cœlum usq; assurgentes aggrediuntur, extra naturæ terminos virtutis exercendæ materiam quærunt & in vastum & inexploratum " Oceanum se immittunt, solos heroas dixeris; quum & in " ægrotantis lectulo vera alacritas explicare se possit. " Magnos cruciatus habuit VIRDUNGI morbus, eumque per integrum annum sibi assignaverat; sed is nihilominus victorem doloris animum retinuit, adversus cœlum nunquam excanduit, aut Deo suo pugnam indixit. *Quid facis ô ÆTERNE? quid omnia ira tua instrumenta in me experiris? An tu hominum pœnis tantum invigilas? an improborum sibilis bonorum famam exponis? an promissiones tuas verba tantùm existimabimus? Ubi animus ille in humanum genus misericors? Ubi inexhausta bonitatis rivuli? ubi dives & nunquam decurtata dextera?* Horror totum occupat, quoties mortalium impatientia arcum tendit; quoties cum Salmoneo contra fulmen fulminat; quoties tam debilis creatura cum fortissimo creatore suo exigit! Multi quidem divinam in nos caritatem è sanitate, divitiis aliisq; vitæ commodis metiuntur; & dum calamitas ingruit, sic impietatem nostram meruisse petulanter judicant: Tanquam hæc aspera, medicamenta non sint, sensu tristia, eventu jucunda: Contrà mundana felicitas menti somnum non inducat, aut hominem ante fatalem horam enecatũ non ut sui parricidam ultimo judicio sistat. Omnes, omnes, qui

ætere-

æternitatis & restitutionis candidati esse volunt, multum in hoc terrestri examine desudent, necesse est; cum iniquitate fortunæ comparentur, & Supremo illi moderatori dignum virtute suâ spectaculum præbeant. Id qui facere non potest, cum Annibale in Campaniâ, *ubi*, Cassiodori verbo, *terra blandior est natura*, consenescat; nec voluptatis nec sumptuű modum faciat, somno & vino & epulis & scortis balneisque enervandum se committat: Ad omnem verò strepitum pallescat, caput circumagat, jugum molliculæ cervici grave putet; quod tamen longè gravissimum asserta Orbis DEUS de DEO in sanctissimos humeros recepit. At fortissimi cum VIRDUNGO mandatum Imperatoris læti excipient, post missum sanguinem animosiores fient, & vel Philippos vel Eumenas, vel Claudios Civiles imitabuntur, quibus, accepto vulnere in retinendis armis validior manus fuit. Quod si res in extrema tegulâ steterit, pugnabunt tamen & (quod Agidem Lacedæmonium nec non Alexandrum M. fecisse legimus) succisis poplitibus in genua se excipient; nec arma dimittent, donec aut victores fortunam pedibus calcaverint, aut vincẽdo fatigati, in castra, & in ipsum prætorium virtutis causâ delati fuerint. Ita nimirum quæ delicata pigritiæ mancipia in extremis ponunt, munitus Christianâ sapientiâ animus gravissima quæque, ex lege fœderis cum DEO icti, subeunda censet; nihil detrectat, pugnat, calamitates, injurias hominum, morbos aliaq; fortiter superat: Interdum ad alias cogitationes avertitur, & à tormento corporis discedit.

Inter alia certè, quæ in VIRDUNGO maximè mirati sumus, illud est, quòd ad postremam usq; horam, exquisito dolore velut in familiaritarem adducto, à solitis studiis nihil remiserit; sed excerpserit, responserit; idq; unicè egerit, ut vitam citiùs, quàm literas dimisisse videretur. Quem spiritũ hũc dicemus, *Auditores Splendidissimi*, qui ne ultimum quidem momentum agitatione studiorum vacuum esse voluit? Sed eodem vigore sub ipsum transitum ad mortem CONRADUM RITTERSHUSIUM, ut quondam amicitia, sic nũc æternitate Nostro conjunctum, compotem amatæ Sapientiæ vocem emisisse novimus: *Sibi in votis etiamnum esse, ut posset librum, quem ab amico quodam acceperat, perlegere.* Quanquam omnis à me abesse debet audacia: Hîc tamen salvâ modestiâ jurare ausim, *si eo animo, quo par istud Excellentissimorum Virorum egressum est, omnes vitam ingrederemur, toto orbe exulaturam Ignaviam!* Taceo in scribendis carminibus

bus (quibus ultra terras ibat ab infirmis, ſublato ad excelſa oculo, animamDEO conſecrabat) noviſſimos impetus præter unicum, quo, ſæviente morbo, inconcuſſam fidem profeſſus, ita ſtudioſi cujusdam Philothecæ inſcripſerat:

Qui miſeram iam animam trahit inter vermina ſæva,
Haut vitam, mortem ſed magis ille trahit.
Nam mihi ſe ingentes rumpunt pulmone procellæ,
Et quatior vaſtis æger anhelitibus;
Tum qui viſceribus penitis vapor æſtuat eheu!
Suffundit multò triſte nigrore caput.
At Tu, dum fugiunt vires, ſomnusq; quiesq;,
ESTO MEI, IESV, PECTORIS ESTO QVIES.

O auream mentionem, & dignum inter tot naufragia ſuſpirium! Abeat ſomnus, evaneſcat omnis refectio; per diē noctemq; continuentur vigiliæ; quicquid vult, agat Fortuna; ſed nos iſtud, ut CHRISTUS in nobis & nos in CHRISTO quieſcamus!

Frangor animo *Auditores ſplendidiſſimi*, quum Octobrem quum Octavum & viceſimum, quum duodecimam cogito, quæ ad æterna jam citati VIRDUNGI noſtri ſupremam excepit vocem, *ſibi impoſterum* melius fore; Bene tu quidē ô pater! Tu non amplius in hoc ſolo nauſeas; tu legibus humanæ ſervitutis ſolutus es: Tu ex hoſpitio fœdo atq; olido eductus es: Tu à felicium animarum cœtu exceptus es: Tu ſiderum, inter ſe lumen miſcentium, ſplendore jam percuſſus es: At me inter tenebras caliginoſi iſtius, & variâ nube involuti ævi errantem laſſatumque poſt tergum relinquis? at per confragoſum iter repenti, & ſemetipſum vix trahenti; venerandos illos oculos ſubducis? Heu me miſerum, *cui vivo videntique funus dicitur*! Heu flebiles Muſas, quibus tanto duce privatis, & tanquam vertigine correptis, inpoſterum arietandum erit, nec amplius ſurgendum! Utinam eſſet in hominibus, quod veteres ſibi perſuaſere, poſſe mortem morte redimi, poſſe vitâ meâ projectâ te in lucem revocari; non ſupremum illud frigus exhorreſcerem: Jam pectus iſtud morti feriendum obiicerem: Jam effuſa anima, Orbi literato redivivum ſiſterem; Sed tu veſanam gratitudinem abominaris, & felicitatem tuam terrenis iſtis vellicationibus non mutas. Satis noſtrâ hieme alſiſti; nunc aurula mollior tibi ſpirat. Satis per hos ſexaginta annos in procelloſo, atq; in omnes tempeſtates expoſito mari pendēs, fluctuans, illiſus; nunc verò, in portū receptus, mortē, optimū contra vitæ injurias beneficium, eſſe infelices nos reliquias expertus docere potes.

Igitur nostram potius in tam misero corpore moram complorem us, nostræ ætati, si quid annorum, mensium, dierum, horarum, momentorum etiam adiicitur, tantum casuum & lacrymarum, ex aliâ atque aliâ causâ, fluentium, additum sciamus. En publica! en privata! nihil erit, quod ad vivendum magnoperè invitare te possit. VIDES ubique Antonios Europææ securitatis scopulos: Qui ut piscatores luto „stagni sursum & deorsum commoto anguillas captant: „Ita ipsi non nisi turbatis rebus egestatem suam pascunt. AUDIS ubique Imperatoris conciones: *Ite milites, armis jus in hâc terrâ facite, aras & focos, penates vestros invertite!* Nemo de Turcis, sed de cive triumphum agat, & suam tantùm urbem subrectis intret vexillis.

GUSTAS ubique tristitiæ panem, & populares tui Catilinæ pateram circumferunt: Nec alia sæculi hujus imago, „quàm illius noctis, quâ Vitellii & Vespasiani exercitus „in Bedriacensibus campis inter sese funesto prælio concurrere: Si quæ pugnæ pausa facta esset, interim mulieres esculenta poculentaque ex opido Vitellianis militibus afferre, & illi cibum potumque sumere, tunc & dimicantibus quoque contra se porrigere. Vocabat quisque adversarium nominatim, *Accipe*, inquiens, *mi commilito*: *Ede, non enim tibi gladium prabeo, sed panem! Accipe rursum & bibe:* Non enim *tibi scutum sed poculum trado, ut si tu me interficias, seu pereas ipse, moriamur facilius*: *Atque ut ne me enervata aut imbecilli manu occidas, aut ego te.* Nimirum has viventibus funebres dant epulas Vitellius & Vespasianus, ut nos iis, qui jam olim ad plures abiere, mactent;

Odorem ubique capis è villarum incendiis, clarissimarum urbium fumo, & exustâ Cerere, non è florentibus Paradisis nostris, aut distentis horreis, quæ ante civilem istam flammam Tacitum nomini suo obsequi, vel etiam palinodiam canere jusserant: *Germaniam non amplius informem, asperam cœlo, tristem cultu aspectuque, sed omnibus amabilem, etiam queis fœcunda Italia patria sit.* Contactu ubique corrumpimus, & corrumpimur: Nemo antiquis sæculis tam callid' scelerum fabricator fuit, quem nostra ingenia non superent: Etiam qui cras exorietur dies, pietatis ac justitiæ stragē longè graviorem dabit hodierna. Hem sensuum nostrorum officia! Interim dum hæc omnia fiunt, etiamnum securi stertimus; vel, quod veteres dicebant, mergente navi supparum attollimus; nec desistimus, donec toties lacessitus DEVS ægras istas partes vehementiore chirurgiâ curaverit.

Quamo-

Quamobrem ô pater, quoniam in conspectum nostrum reversurus non es, sed inter divina mansurus summæ illi Bonitati, omnisque mali profligatrici assides; lacrymas istas, tui desiderio fluentes, per amorem illum, quo discipulum tuum prosequebaris, boni consule; nec indignare, si tumulo tuo, qui virtutes tuas ambire, adire non potest, ultimam acclamationem inscripserit: *SALVETE ossa, salvete cineres, salve tellus ipsa, quæ Virum obtegis te longè majorem! sub te pius ille, qui omnem scientiam suam DEO submisit, nunquam de iniquis præmiis conquestus est, placidè quiescat! Sub te probus ille, qui beneficiis gratiam potiùs, quàm injuriis lationem, aut certè malam gratiam reddidit, placidè quiescat! sub te candidus ille, qui nunquam aliud stans, aliud sedens locutus est, placidè quiescat! Sub te splendidus ille, quem nemo amabilem, qui non simul venerabilem vocavit, placidè quiescat! Sub te doctus ille, quem alii Universitatis Bibliothecam, alii Varronem suum, alii reconditarum artium thesaurum, alii (quod omnium elogia prægravat) optimum dixere, placidè quiescat! O ingens cœli decus, salve, & æternùm mihi vale!*

At ipse rupes inter & Boreæ minas,
Et mille fluctus, civicosq; turbines,
Hominumq; fannas, virulentaque omnia,
Arabo, arandum quòd mihi restat mare!
Sinistra cornix pura prædicat licet.
Iocumque faciat sæva Fors, nil interest:
Quæ figit alios hasta circa me vibret:
Expecto vulnus, mille desuper volent
Saxa & sagittæ, mille pila decidant,
Thoraca pono, *perviumque hu omnibus*
Ostendo corpus, spectlo decretoriam
Erectus horam, fataque excipio libens.
O CHRISTE: *tantùm solve, solve vincula,*
Qui caritatis omni ab ævo prodigus
Pro me flagella, sputa, aculeos, crucem,
Toto frem ente Tartaro, perpessus es.
Nil est in orbe, quod morari me queat;
Nil est: per horas vita guttatim fluit,
Fluit atque præter omnium spem desinit:
Si currat illa citiùs, ô quantum hoc bonum!

MICHAEL VIRDUNGUS
(fine asp.)
VIR LUCIDE MAGNUS.

Virdungus quinam fuerit, super orbe rogabis?
Lucidius magnum concipe mente Virum.
Doctrinâ & studiis meruit super astra locari.
Lucet ut orbe Soli, luceat axe poli.
Lucide ut is MAGNUS VIR! *quem facit esse beatum*
Taliter orbis honos, taliter axe decus.

LUDOV. JUNGERMAN. D.

MICHAEL VIRDUNGUS
Per Anagramma fine aspir.
LIRICUS AD UNGUEM.

Non meruit nomen tantum generale per artes,
Quotquot habet Latium, Græcia quotquot habet.
Ast etiam LIRICUS *noster Virdungus ad* UNGUEM *est,*
Novit enim, quicquid tota Poësis habet.

JOH. DE BLANSDORF.

In Ejusdem orationes post obitum editas.

VIRDUNGUS *sede major, se major & ipso*
Verba Pericleo dum jacit apta stilo.
His adeò post mortem etiam nunc fulminat armis,
Natio Cyclopum Barbariesque cave.

GEORGIUS NOESLERUS. D.

SCRIPTA.

Juvenilia tributa in quædam apospasmata carminum variorum, in librum Epigrammatum & Duas Tragædias: *Noribergæ* 1598.

Hercules Togatus sive laudatio funebris Friderici Marchionis Brandeburgici: *Schwabachi* 1604. in 4.

Speculum Idololatriæ Novantiquæ, sive de fructu ex veteri historia capiendo, adversus Idololatriā: *Norib.* 1612. in 8.

Commentar. in Julii Agricolæ vitam, scriptore Cornelio Tacito: *Argent.* 1617. *Norib.* 1637. in 8.

Gratiarum Actio in Solenni introductione Privilegiorum Universitatis Altorph. habita: *ibid.* 1624. in 4.

Alexander nov-antiquus, sive Magni Gustaphi Adolphi, Suecorum Regis, cum Alexandro Rege quondam Macedoniæ comparatio: *ibid.* 1633. in 4.

Orationes varii argumenti & Programmata: *ibid.* 1642. in 8.

PROGRAMMA

In funere

Viri Clarissimi

M. ERAS. SCHMIDT,

Græcarum Liter. atque Mathemat. Professoris Publici, Collegii Philosophici & totius Academiæ Senioris meritissimi, Propositum

à

RECTORE ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS.



UM publicis literis nostra prodenda est infelicitas,& denudandum novum vulnus, quod ingens sanè accepimus nuper,cum Vir Clariss. M. ERASMUS SCHMIDT Græc.Liter.Math.atq; PP. nec Philosophici collegii tantùm, sed & totius Academiæ Senior,terris, quas bonam partem hactenus celeberrimi sui nominis impleverat famâ eriperetur, multa & non indigna commemoratu licebat præfari. Nam de jacturæ magnitudine, quam universæ literæ, & Græcæ cumprimis perpessæ sunt Musæ, quæ incomparabilem Vindicem atq; Assertorem in eo se amisisse acerbè lugent, si dicere insisteremus, quanta oratio nostra conficere spatia atque explere posset? Jam de inenarrabili divinæ voluntatis ratione, si quid verborum liberet facere, atque inquirere adeò, eccurnam in tanta pietatis ac innocentiæ, tamque de quibusvis ordinibus pene egregiè meritum virum extremâ ætate, quæ tota quieti ac otio debebatur, tam dura ac aspera experirentur fata, ut deprædationibus atque incendiis vastati patriam, hanc urbem clarissimam, domicilium suum, tantùm non obsideri; non suâ culpâ familiarem rem cogi in arctum; infestari tecta ac la-

tem fævâ lux dulcissimum pignus,& unicum vitæ solatium, inclementi fato extingui; uxorem,hoc est,alteram animæ partem,decumbentem videre gravissimè ante,quàm ipse discederet, haberet necesse; quantus nobis aperiretur campus? Sed nec æquari verbis damnum nostrum potest; & est imperscrutabilis judiciorum divinorum natura. Nullum in ea penetrare mortale acumen unquam potest. Quidquid moliti hic fuerint ingeniosi homines,nihil efficient tandem. Quo plura excussisse industriam suam putabunt, hoc plura latere intelligent. Cæterum dolore ac luctu incendere omnia, vix sanos homines satis decet, & vulgi negotium est, quod sæpe in nihil profuturis ambitiose sudare solet. Ac erunt alii fortasse,qui,si quid hujus desiderabitur, supplendi partes in se suscipient: nos ad eum convertimur,de quo dicendum. Cujus imaginem ipsam contemplari satius est,quàm in quibusdam parergis tenere Lectorem. Sed prius infantem ac puerum, quàm Virum spectabimus & senem. Sicut ætas per suos gradus evecta est; sic cum ætate nostra quoque narratio procedet. Natus igitur in Misnia patriam habuit Delitium,oppidum haud ignobile,& præter alias copias bonis ingeniis quoque haud destitutum. Ibi igitur in lucem editus est d. XVII. Aprilis An. cIↃ IↃ LXX. patre, THOMA, Reip. Consule, Viro non modò rerum civilium, sed literarum etiam ac variarum artium, Mathematicarum præcipuè atque Mechanices, item Poëseos Musicæque insigniter perito: matre Egregia fœminâ, REBECCA WOLFGANGI RICHTERI Delitiani Senatoris filiâ. Qui cùm bonitatem indolis præstantiamque ingenii,quâ pollebat natus, deprehenderent, tãquam fertilem agrum colendum diligenter, nec permittendũ existimarunt,uti sentibus & dumis obduceretur;sed potiùs ut optimarum artium ac disciplinarum augeret sementem. Itaque traditus in scholam Magistrisq; comissus maturè est: ac tantùm abfuit, ut indigeret monitoribus, qui excitarent ejus industriam, ut sibi vel ipse perpetuò stimulus esset ac calcar. Quod præcipuè patre mortuo apparuit,quem decem & quatuor annos natus puer amisit. Neque enim domi minus suapte sponte, quàm si in Præceptorum ore versaretur, & pensum in ludo faceret,incumbere literis,& assidere libris solebat: omnes operas suas,& totam vitam adeò, ad certas leges exigens,quas sibi ipse posuerat & scripserat ante. Quare cum non ingenium tantùm profectusq; literarum,sed vitam quoq; & mores cùm Præceptoribus tum Scholarchis etiam probaret egregiè,factum est,ut Senatus patrii auctoritate in Ludum Ele-

ctoralē, qui Portæ eſt, mitteretur, quindecim quidē annorum puer, ſed qui dicendi artiū fundamenta egregiè poſuiſſet; cæterū ea eſſet cognitione Græcarū literarū (quas Patrē æmulatus, vel admodū puer amavit ſum̄o opere) quā multi optarent, cùm Ludū illū relinquunt. Ac hunc cùm eſſet ingreſſus, facilè ſibi ingenii elegantia modeſtiaq; animi Præceptorū benevolentiā conciliavit. Præcipuè verò M. JONAM ECCARTI, & SETHUM CALVISIUM, Viros ut eruditiſſ. ſic Clariſſim. quoq; ſibi adjunxit; quorū altero poſt, & ſingulari amico uſus eſt, & hoſpite etiam, ſi quid negotii Lipſiæ conficiendū ſibi haberet. Diſceſſū ex eo Ludo Præceptores Sereniſſimo Electori Saxoniæ D. CHRISTIANO I. accuratè com̄endârunt, ut Academiā jā ingreſſo maturè de beneficio, ſive ſtipendio proſpiceretur. Nec defuit ei liberalitas Principis benigniſſimi: & eā fretus in Academiā noſtrā an. cIↃ IↃ xc. venit. Solet nō rarò accidere, ut rectè officiū adoleſcentes faciant, cùm ſibi adhuc, quē metuant, habent; cùm, ſimul relicti ſibi fuerint, planè contrà eveniat. Nec fruſtra ſapientiſſimus Comicus dixit: *Deteriores omnes ſimus licentiâ*. Sed nihil in moribus ejus im̄utavit vita Academica, liberior illa & magis plena ſui: atque antiquū ſuū igitur perpetuò obtinuit, nullas in ulla alia re ſibi relictas partes ſtatuens, quàm quæ aut meliorē ipſū, aut doctiorē reddere poſſent. Hac ratione id conſecutus eſt, ut tertio an̄o, poſt quā huc veniſſet, Magiſterii laurea ſolen̄iter ornaretur. Quāvis autē tū Theologicas quoq; literas non indiligenter habere cœpiſſet, tamē in evolvendis auctoribus Græcis & erudito illo Mathematicorū tractando pulvere, fatali quadā deſtinatione plurimū ſemper occupabatur. Quod literarū genus & privatis ſcholis nō ſine inſigni plurimorū fructu excoluit; eâq; de re ad eā venit celebritatē, uti M. PETRO OTTHONE excepto vivis, Profeſſio Mathematica, quæ tū ab ejus exceſſu vacare cœperat, optimè ei com̄itti poſſe Patribus Academiæ, quos ſuā virtute mirificè ſibi obſtrinxerat, videretur: quamquā ea poſtea ab Illuſtriſſimo Electoratus Saxoniæ Adminiſtrat. MELCHIORI JOSTELIO, Medic. D. Viroq; Clariſſimo, qui ſolus Noſtro præferendus exiſtimabatur, com̄iſſa fuerit. Ac tantum abeſt, ut eā ob rē doctiſſimo viro, ut ſolet fermè inter homines, obtrectârit unquā noſter, ut potius mirificè ipſū amarit ac veneratus ſit, ſectatusq; tribus integris an̄is, propter exquiſitā rerū Mathematicarum ſcientiam, quæ pollebat, quaque ſuperari ſuām minimè dolebat, & candidè ſemper profitebatur. Non ita multò poſt accidit, ut Leutchovienſis Scolæ Rectoratus in

Hungaria vocaret. De quo adipiscendo cùm certam spem nostrò fecisset maximus seculi hujus Theologus, ÆGIDIUS HUNNIUS; fretus consilio & auctoritate tanti Viri, eò proficisci haud dubitavit. Quò cùm venisset mirifico omniū favore ac plausu exceptus quidem est, sed munere illo Excidit; non tam suâ, aut illorum culpâ, quorum id in manu erat, quàm certo quodam fortunæ & fati ductu, quod tantum ingenium & nomen ad nostræ Germaniæ gloriam accedere potiùs, quàm exterorum augere laudes jam destinarat. Itaque luculento congiario & ab invitis dimissus, eo ipso anno rediit ad nos, quo erat profectus, & veterem studiorum cursum repetiit statim strenueq; continuavit. Anno cIↄ Iↄ xcvii. adscriptus Collegio Philosophico est, ipsis Kal. Maji Mens. Octob. postea Græcarum Literarum Professio auctoritate publicâ demandata ei auspiciis felicissimis est. Quippe cui hos XL. ipsos annos ita præfuit, uti non modò sibi multum gloriæ ac nominis per universum orbem literarium paraverit, sed Academiæ ipsi etiam ingens ornamentum ac decus conciliarit. Pauci quidem in eruditis haberi volunt, qui non Græcarum literarum peritiam aliquam sibi tribuant: at qui cujusvis ætatis ac commatis scriptores & rectè intelligat, atque, non ex quibusdam Regulis tantùm, quæ ultra verborum ac vocum structuras haud exeaut, sed ex antiquitate intima, intimoq; auctorum sensu ac indole, virtutibusque atq; consilio interpretari commodè & perspicuè queat, quotuscunq; in nostra Germaniâ reperiendus est qui sibi hanc laudem præ aliis vindicare ausit? Quam adeò sibi propriam fecit noster, ut eâ de se maximi seculi viri, apud exteros quoq;, præ quibus Græcia ipsa vix Græca magis videatur ipsum & amarint summopere & admirati fuerint. Sanè cùm Pindarus ejus prodiret in lucem, inusitatæ diligentiæ opus; ita obstupuisse eruditissimos Belgarum non ignoremus, & ora obvertisse sua, ut ultro faterentur, tantū in difficillimo non modò, sed corruptissimo etiam auctore præstitum à nostro, quantum præstari ab ullo mortalium posse, vix credidissent antè. Ac nisi iniquissimorum temporum furor hactenus editioni reliquorum operum, quæ plura, ut erat invicti laboris & inexhaustæ diligentiæ, reliquit, inprimis verò earum Commentationum, quas exactissimas Dionysio Afro Periegetæ impendit, itemq;, quibus *Lycophronis atri latebras*, ut Statius appellat, hoc est Cassandram ipsius, obscurissimum multò & intricatissimū Poëma, post Canterum ac Meursium illustrare aggressus est, ob-

stitisset,

ſtitiſſet, quanta acceſſio ad ſummum partum Deus & glo-riam ejus facta fuiſſet? Quanquam jam tum hoc nomine ce-lebris eſſe cœperit, & per virorum doctorum ora volitare, licèt opera ipſa nondum facta publici uſus, poſtquam labores i-ſtos, quos in Lycophrontis Caſſandram contulerat, princeps ingeniorum DANIEL HEINSIUS, Epigrammate Græco, quod editum ab ipſo jam olim eſt, honeſtavit. Quod eò plus ponderis habet certè, quòd non extortum precibus eſt, ſed ul-trò & ſponte ab eo conſcriptum. Ut erudito conſtaret orbi, quàm honorificè atque prolixè de inuſitatâ eruditione viri in iſto genere ſentiret. De quâ præcipuè tamen, ſummoque judicio ejus teſtari Commentarii olim poterunt quos cum novâ verſione in Novum Fœdus inſtituit, & eo ipſo finivit, die, quo hoc fatali morbo decumbere cœpit, compos factus e-jus voti, quod jam antè nuncuparat Deo, quò ſibi liceret eò usque vitam producere, donec labore ſanctiſſimo eſſet per-functus. Quippe qui nullo alio fine ſuſceptus eſſet, quàm ut propagaretur ejus gloria, & in ſanctiſſima ipſius oracula ne peregrini ſenſus inveherentur. Quantum in illo opere præſti-terit, breviter dici non poteſt. Et commendabit admirabunda poſteritas, quæ ſuum cuique pretium rependit. Illud verò ta-cendum non eſt, quod in Novi Teſtamenti Codice Amici ab eo viderunt præſcriptum. IN NOMINE IESU CHRISTI SPERO EGO ERASMUS SCHMIDT WITTEBERGAM NON DEVASTATUM IRI, ANTEQUAM PIUS LABOR CIRCA NOVUM TESTAMENTUM TOTUS ABSOLUTUS FUERIT DEUS EAM CUM TOTA ECCLESIA SUA DIUTISSIME CONSERVET ET HOSTES EIUS CONFUN-DAT. Quæ verba ſatis oſtendere poſſunt, quâ ſpe fiduciaq; in abſolvendo hoc opere hactenus, ex quo ſemel periclitari noſtræ res, ac partim jactari tempeſtate bellicâ, partim peſti-litate etiam affligi cœperunt, fuerit verſatus. Profeſſionem, hoc eſt, domum adeptus, de uxore etiam, Heſiodi præceptum ſecutus, cogitare cœpit. Itaque ſequenti anno junxit ſibi AN-NAM HUGONIAM, abſoluti exempli fœminam, quam Clariſſimus Vir M. MICHAEL REICHART Oratoriæ Profeſſor Publicus Viduam reliquerat. quicum XXV. annos conjunctiſſimè vixit, atque ex eâ ſuſcepit liberos V. de quibus ſola ſuperſtes REBECCA eſt, Reverendi ac Præſtantiſſimi Viri M. JOHANNIS SCHWALBII, Sonnevvaldenſis & vicinarum Eccleſiarum Paſtoris ac Superintendentis uxor, cui atrociſſimo morbo & ipſi implicitæ, venire ad chariſſimi

patris exequias non licuit, quod mirificè dolet. Cæteri omnes in primæ ætate obierunt, præter filium ERASMUM, itemq; SOPHIAM, Viri admodum Reverendi atque Clarissimi JOHANNIS MULLERI SS. Theol. Licent. & ex Moral. Prof. P. in Academiâ nostrâ Ecclesiæ Hamburg. quæ ad D. Petri est Pastoris Conjugem. Eâ demortuâ cùm familiaris ipsius res sine domesticorum laborum sociâ constare posse non videretur, præcipuè cùm filias omnes elocasset, ad secunda vota transiit an. cIↃ IↃXXIII. d. XIIX. Novembris domum ducens lectissimam virginem, MAGDALENAM ANDREÆ TUCHSCHERERI, Advocati nõ incelebris apud Misnenses filiam: quæ ei unicam filiam edidit, ex quâ solatii quantum & oblectamenti antea ceperat, tantum mœroris & acerbissimi luctus hausit nuper, cùm immaturo fato extingueretur. An. cIↃ IↃ CI. Inspectio stipendiariorum Electoralium, & tertio anno pòst Ludorum Illustrium Visitatio ipsi demandata est, novissimè autem Mathematum quoque Professio quod an. cIↃ IↃCXIV. accidit. Quas partes omnes summâ semper fide ac studio administravit. Ut multos numerare liceat qui ex ipsius disciplinâ ad summas atque amplissimas dignitates, aspirarint. Rectoratum Acad. gessit bis: Decanatum Collegii Philosophici septies, quod nemini unquam contigit hactenus, à primâ Academiæ constitutione. Ad Comitia Publica quater missus est publico nomine; & plura alia administravit negotia inserviendi bono communi causâ, cujus studiosissimus semper fuit. Delatus ipsi & Consulatus Urbis aliquando est, sed ejus gratia ut sibi fieret facilè impetravit, qui aliàs tot rebus quotidiè occupatus tenebatur, ut mirum non nemini videretur qui unus par esset omnibus, & tot præterea volumina legere non modò, sed scribere etiam posset. Sed nihil difficile ac arduum est ingenio alacri, & quod labores non reformidet. Nam præter illa, quæ supra nominavimus opera, longum Catalogum aliorum texere liceat quæ aut dudum communicata cum Eruditis sunt, aut communicanda adhuc in scriniis latent. Quod certè nunquam non ex bono publico fore existimamus. Jam olim est factum, ut Chronicis quibusdam morbis peteretur: sed tum cumprimis, cùm pessum eunte patriâ, & tantùm non penitus eversâ, tot quotidie mœroris & ægritudinis causæ nobis objicerentur. Quare hoc toto semestri, non semel infirmitate quadam correptus est, quam licèt deposuerit postea, nunquam tamen sibi validus satis ipse est visus. Nuper autem cùm vix ex febri

colle-

collegisset se, & reparasset nonnihil prostratas vires, ita ipsum perculit filiæ casus, ut plerique existimarent, recto talo ipsius valetudinem stare non posse. Quo cum & conjunctissimę uxoris decubitus accessisset tandem, quomodo durare amplius poterat, homo tantæ ætatis, & tot præterea morbis antè ac curis debilitatus ac fractus? Cùm itaque xxx. Augusti die colophonem egregium Commentariis suis in Novum Testamentum in illis verbis, ETIAM VENIO CITO, AMEN. VENI DOMINE JESU: imposuisset, paulò post nonnihil horroris febrilis sensit; quod dissimulavit tamē donec de eo inter prandendum eos, qui erant unà admoneret. Simul & illud adiiciens, *ea verba, quibus D. Iohannes vaticinio suo, & ego hodie laboribus meis imposui finem, novissima fuerunt priora mea conjugis, demigratura in alteram vitam: de me quid brevi futurum sit, docebit dies. Mihi profectò hæc res nequaquam omine videtur carere.* Interim magis ac magis de horrore conquestus est, ut necesse esset lecto reponere, qui foveretur. Consulti eâ de re Medici, ex signis & præscriptis artis suæ febrem scorbuticam pronunciarunt, quo malo jam antè sæpius laborarat. Ac quamvis lectissimæ Medicinæ adhiberentur, tamen præ mœrore & curis defatigatum penitus & maceratum animum, non potuit convalescere corpus & eas contrahere vires, quæ superandæ malignitati morbi pares essent. Sic factum, ut d. xv. Septembris inter medias preces sub XII. meridianam placidissimo obitu, qualis fermè sequitur senes, solveretur: de quo discessu jam præcedente die monuerat quasi, sic allocutus ex Psalmo animam suam: REVERTERE ANIMA MEA IN REQUIEM, QVONIAM DOMINUS BENEFECIT TIBI. Hunc finem habuit sanctus senex, cùm vixisset annos LXIIX. qui propter ingentes virtutes & præclarissima merita, vel integra secula vivere videbatur dignus, si & pateretur naturæ nostræ lex, neq; id ipsum ei oneri molestiæque esset. Nam quotum quemque vita hodie non gravet? tot periculis atque terroribus, tot atrocissimis casibus atque calamitatibus exposita semper? Iis verò infesta præcipuè, qui Deo virtutique dicatum animum ab seculi artibus abduxerunt, in quo jam diu fuerat noster? Nam quanta pietas reverentiaque Numinis in eo fuerit, iis præcipuè constat, qui interiorē ejus vitā, & qualis maximè domi erat, contemplati fuerunt. Nā ut in cæteris rebus mirè alienus ab ostentatione omni erat, & si quid simulatè agendum esset; ita id in divinis maximè detestabatur.

Ho-

Homines se patiuntur ludi ejusmodi artibus, DEO celari verba non possunt, cui & cordis arcana manifesta sunt. Itaque qui domesticam disciplinam ejus intuerentur videbantur propemodum se in templum venisse. Ita nihil ludicrum, nihil lascivum ac indecorum animadvertere erat. Quoties amici eum modò orantem, modò psallentem, sæpe & lacrymantem offenderunt: Non super rei familiaris aliquâ clade, sed super erroribus suis, ac culpis: à quibus, ut tanquam homo, non erat immunis, ita cum aliis comparatus, vel sanctus videbatur. Quid nunc de inusitata ejus modestiâ, de abstinentiâ & æquitate incredibili, de summa item lenitate animi dicemus? In quemnam unquam durius atque superbius aliquid consuluit? Cujus invasit bona unquam, aut appetiit saltem? Cuinam magis iratus, quàm sibi ipsi fuit, cùm deflexisse videretur non nihil à viâ in quędam diverticula quasi abductus. De sobrietate autem ac temperantiâ dicendū nō est, quę hodie inter virtutes vix tenent locum. Nec de candore, etiam, quem plerique nunc de ruditate, atque inscitiâ habent. Ut cum tot maximas virtutes intuemur, eum non jam istorum temporum hominem, sed potiùs ex priscâ illâ aureâ que ætate ad nos demissum possimus putare. Ac tunc reliquiæ ejus jam ante quidem conditæ in Templo Arcis Academico; hodie verò cætera, quæ restant, solennia funeris peragentur. Quæ cùm ad H. I. postea futura sint, vestrū erit, tam præclarè de Academiâ & universis literis, quin & Ecclesiâ merito viro ac Præceptori communi prope, supremum honorem prolixè & copiosè exhibere. Cujus rei causa ut in Clarissimi Viri JACOBI JOELIS COCI Medic. Doct. ædibus conveniatis frequentes, etiam atque etiam vos admonemus. P. P. ad. d. XXII. Septemb. anno recuperatæ gratiæ CIↃ IↃC XXXVII.

In obitum

CL. V.

ERASMI SCHMIDII.

Eheu! procubuit manifesto vulnere Virtus,
Et morum probitas, & sine labe fides.
Fama Viri superest. Sed plus speravimus ista,
Heu opera quantum distulit una dies!
Dux gregis innocui, columenq; Paterq; Lycei
Occidit. Infelix orbaq; turba sumus,

Sic

Sic ubi tempestas dejecit puppe Magistrum
Fluctuat incerte vasta carina mari.

V. F.

EPITAPHIUM.

HIC. INTERQUIESCENS. PLACIDE. ALTERAM. VITAM. PRÆSTOLATUR. M. ERASMUS. SCHMIDT. DELITIANUS. THOMÆ. CONS. F. GRÆC. LITER. NEC. NON. MATHEM. PROF. PUBL. QUI. QUAMDIU. IN. VITA. FUIT. SINGULARE. PIETATIS. MODESTIÆ, PROBITATIS. AC. INNOCENTIÆ. EXEMPLUM. OMNIBUS. LUCULENTISSIMÆ. PRÆLUXIT. NATUS. EST. PUBL. LITERARUM. BONO. D. XVII. APRIL. A. CIƆIƆLXX. EARUNDEMQUE. MAXIME. VERO. GRÆCARUM. QUARUM. SUMMUS. VATES. ET. VINDEX. EXSTITIT. DAMNO. DENATUS. IV. SEPTEMBR. ANNO. CIƆIƆCXXXVII. CUM. DOCUISSET. PUBLICE. XL. IPSOS. ANNOS. EPHORIÆ. ALUMNORUM. ELECTOR. ANN. XXXVII. VISITATIONI. SCHOLARUM. ILLUSTR. ANN. XXXIV. INCREDIBILI. FIDEI. ATQUE. INDUSTRIÆ. LAUDE. PRÆFUISSET. VITA. QUAM. CUM. ALIIS COMMUNEM. HABUIT. ANN. LXVII. MENS. IV. MINUS. PAUCIS. DIEBUS. FUIT. SED. QUAM. INGENIO. ET. EXCELLENTI. ERUDITIONE. IPSE. COMPARAVIT. SIBI. IMMORTALIS. EST. NEC. NISI. CUM. LITERARUM. GLORIA. FINIENDA. MARITO. DESIDERATISS. PATRI. OPTIMO. SOCERO. BENEMERITO. UXOR. FILIA. GENER. TESTANDÆ. PIETATIS. AFFECTUSQUE. CAUSSA. P. C.

SCRIPTA.

Oratio in obitum D. Davidis Rungii: *VVitteb.* 1604. in 4.

Calendarium Etymologicum Papisticum, ex Lombardica Historia Jacobi de Voragine bonâ fide congestum: *ibid.* 1604. in 4.

Oratio Friderici Taubmanni, Poëtæ & Philologi incomparabilis memoriæ habita: *ibid.* 1613. in 4.

Dissertatio de Calendarii emendatione: *ibid.* 1613. in 4.


Centuriç præcipuarum falsitatum, incommoditatum, confusionum & defectuum in libris Grammaticis M. Joh. Rhenii occurrentium: *ibid.* 1616. in 8.

Pindari, Poëtæ Græci, opera, cum commentario & versione: *Lipsiæ* 1616. in 4.

Sybil

C. SALLUSTIUS DE BELLO JUGURTINO:

Ita profecto se res habet. Maiorum Gloria posteris Lumen est, Neque bona, neque mala eorum In occulto patitur.



VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET

EXCELLENTISSIMO,

DN. JACOBO THOMASIO,


ORATORI ET IN ALMA PHILUREA
PROFESSORI SOLERTISSIMO,
PHILOSOPHO ACUTISSIMO,
HISTORICO VERSATISSIMO,
POETÆ FELICISSIMO,
ET QUOD MIHI PALMARIUM,
FAUTORI CERTISSIMO,



IN OCULIS PROINDE SEMPER HABENDO,
OB INGENTES GRATIÆ CUMULOS,
QUIBUS ME,
ET CORAM ET PER LITERAS,
FREQUENTER ADMODUM BEAVIT,
DIATRIBAM HANC,
NON MEO DUNTAXAT,
SED MAXIMORUM IN OMNI LITERA-
TURA HEROUM,
QUOS EA CONTINET,

C. SALLUSTIUS DE BELLO JUGURTINO:

ITA PROFECTO SE RES HABET. MAIORUM GLORIA POSTERIS LUMEN EST, NEQUE BONA, NEQUE MALA EORUM IN OCCULTO PATITUR.



VIRO
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET
EXCELLENTISSIMO,


DN. JACOBO THOMASIO,

ORATORI ET IN ALMA PHILUREA
PROFESSORI SOLERTISSIMO,
PHILOSOPHO ACUTISSIMO,
HISTORICO VERSATISSIMO,
POETÆ FELICISSIMO,
ET QUOD MIHI PALMARIUM,
FAUTORI CERTISSIMO,
IN OCULIS PROINDE SEMPER HABENDO,
OB INGENTES GRATIÆ CUMULOS,
QUIBUS ME,
ET CORAM ET PER LITERAS,
FREQUENTER ADMODUM BEAVIT,
DIATRIBAM HANC,
NON MEO DUNTAXAT,
SED MAXIMORUM IN OMNI LITERATURA HEROUM,
QUOS EA CONTINET,



C. SALLUSTIUS DE BELLO JUGURTINO:

Ita profecto se res habet. Maiorum
Gloria posteris Lumen est,
Neque bona, neque mala eorum
In occulto patitur.



VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET

EXCELLENTISSIMO,


DN. JĀCOBO THOMASIO,

ORATORI ET IN ALMA PHILUREA
PROFESSORI SOLERTISSIMO,
PHILOSOPHO ACUTISSIMO,
HISTORICO VERSATISSIMO,
POETÆ FELICISSIMO,
ET QUOD MIHI PALMARIUM,
FAUTORI CERTISSIMO,
IN OCULIS PROINDE SEMPER HABENDO,
OB INGENTES GRATIÆ CUMULOS,
QUIBUS ME,
ET CORAM ET PER LITERAS,
FREQUENTER ADMODUM BEAVIT,
DIATRIBAM HANC,
NON MEO DUNTAXAT,
SED MAXIMORUM IN OMNI LITERATURA HEROUM,
QUOS EA CONTINET,



C. SALLUSTIUS DE BELLO JUGURTINO:

ITA PROFECTO SE RES HABET. MAIORUM GLORIA POSTERIS LUMEN EST, NEQUE BONA, NEQUE MALA EORUM IN OCCULTO PATITUR.



VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET

EXCELLENTISSIMO,

DN. JACOBO THOMASIO,

ORATORI ET IN ALMA PHILUREA,
PROFESSORI SOLERTISSIMO,
PHILOSOPHO ACUTISSIMO,
HISTORICO VERSATISSIMO,
POETÆ FELICISSIMO,
ET QUOD MIHI PALMARIUM,
FAUTORI CERTISSIMO,
IN OCULIS PROINDE SEMPER HABENDO,
OB INGENTES GRATIÆ CUMULOS,
QUIBUS ME,
ET CORAM ET PER LITERAS,
FREQUENTER ADMODUM BEAVIT,
DIATRIBAM HANC,
NON MEO DUNTAXAT,
SED MAXIMORUM IN OMNI LITERATURA HEROUM,
QUOS EA CONTINET,



Homines se patiuntur ludi ejusmodi artibus, DEO celari verba non possunt, cui & cordis arcana manifesta sunt. Itaque qui domesticam disciplinam ejus intuerentur videbantur propemodum se in templum venisse. Ita nihil ludicrum, nihil lascivum ac indecorum animadvertere erat. Quoties amici eum modò orantem, modò psallentem, sæpe & lacrymantem offenderunt: Non super rei familiaris aliquâ clade, sed super erroribus suis, ac culpis: à quibus, ut tanquam homo, non erat immunis, ita cum aliis comparatus, vel sanctus videbatur. Quid nunc de inusitata ejus modestiâ, de abstinentiâ & æquitate incredibili, de summa item lenitate animi dicemus? In quemnam unquam durius atque superbius aliquid consuluit? Cujus invasit bona unquam, aut appetiit saltem? Cuinam magis iratus, quàm sibi ipsi fuit, cùm deflexisse videretur non nihil à viâ in quędam diverticula quasi abductus. De sobrietate autem ac temperantiâ dicendū nō est, quę hodie inter virtutes vix tenent locum. Nec de candore, etiam, quem plerique nunc de ruditate, atque inscitiâ habent. Ut cùm tot maximas virtutes intuemur, eum non jam istorum temporum hominem, sed potius ex priscâ illâ aureâ que ætate ad nos demissum possimus putare. Ac tunc reliquiæ ejus jam antè quidem conditæ in Templo Arcis Academico; hodie verò cætera, quæ restant, solennia funeris peragentur. Quæ cùm ad H. I. postea futura sint, vestrū erit, tam præclarè de Academiâ & universis literis, quin & Ecclesiâ merito viro ac Præceptori communi prope, supremum honorem prolixè & copiosè exhibere. Cujus rei causa ut in Clarissimi Viri JACOBI JOELIS COCI Medic. Doct. ædibus conveniatis frequentes, etiam atque etiam vos admonemus. P. P. ad d. XXII. Septemb. anno recuperatæ gratiæ cIↃ IↃcxxxvII.

In obitum

CL. V.

ERASMI SCHMIDII.

Eheu! procubuit manifesto vulnere Virtus,
Et morum probitas, & sine labe fides.
Fama Viri superest. Sed plus speravimus ista,
Heu operæ quantum destulit una dies!
Dux gregis innocui, columenq; Paterq; Lycei
Occidit. Infelix orbaq; turba sumus,

Sic

Sic ubi tempestas dejecit puppe Magistrum
Fluctuat incerte vasta carina mari.

V. F.

EPITAPHIUM.

HIC. INTERQUIESCENS. PLACIDE. ALTERAM. VITAM. PRÆSTOLATUR. M. ERASMUS. SCHMIDT. DELITIANUS. THOMÆ. CONS. F. GRÆC. LITER. NEC. NON. MATHEM. PROF. PUBL. QUI. QUAMDIU. IN. VITA. FUIT. SINGULARE. PIETATIS. MODESTIÆ, PROBITATIS. AC. INNOCENTIÆ. EXEMPLUM. OMNIBUS. LUCULENTISSIMÆ. PRÆLUXIT. NATUS. EST. PUBL. LITERARUM. BONO. D. XVII. APRIL. A. CIƆIƆLXX. EARUNDEMQUE. MAXIME. VERO. GRÆCARUM. QUARUM. SUMMUS. VATES. ET. VINDEX. EXSTITIT. DAMMO. DENATUS. IV. SEPTEMBR. ANNO. CIƆIƆCXXVII. CUM. DOCUISSET. PUBLICE. XL. IPSOS. ANNOS. EPHORIÆ. ALUMNORUM. ELECTOR. ANN. XXXVII. VISITATIONI. SCHOLARUM. ILLUSTR. ANN. XXXIV. INCREDIBILI. FIDEI. ATQUE. INDUSTRIÆ. LAUDE. PRÆFUISSET. VITA. QUAM. CUM. ALIIS COMMUNEM. HABUIT. ANN. LXVII. MENS. IV. MINUS. PAUCIS. DIEBUS. FUIT. SED. QUAM. INGENIO. ET. EXCELLENTI. ERUDITIONE. IPSE. COMPARAVIT. SIBI. IMMORTALIS. EST. NEC. NISI. CUM. LITERARUM. GLORIA. FINIENDA. MARITO. DESIDERATISS. PATRI. OPTIMO. SOCERO. BENEMERITO. UXOR. FILIA. GENER. TESTANDÆ. PIETATIS. AFFECTUSQUE. CAUSSA. P. C.

SCRIPTA.

Oratio in obitum D. Davidis Rungii: *VVitteb.* 1604. in 4.
Calendarium Etymologicum Papisticum, ex Lombardica Historia Jacobi de Voragine bonâ fide congestum: *ibid.* 1604. in 4.
Oratio Friderici Taubmanni, Poëtæ & Philologi incomparabilis memoriæ habita: *ibid.* 1613. in 4.
Dissertatio de Calendarii emendatione: *ibid.* 1613. in 4.
Centuriæ præcipuarum falsitatum, incommoditatum, confusionum & defectuum in libris Grammaticis M. Joh. Rhenii occurrentium: *ibid.* 1616. in 8.
Pindari, Poëtæ Græci, opera, cum commentario & versione: *Lipsiæ* 1616. in 4.

Sybil

Sybillina, in tria themata distributa 1. de Sybillis 2. de libris Sybillinis 3. de librorum Sybillinorum authoritate: *VVitteb.* 1618. in 8.

Commentationes in Dionysium Afrum Periegetam, & Lycophrontis Cassandrum: *ibid.* in 4.

Hesiodi Ascræi, quæ extant, omnia, cum interpretatione Latina emendatiore: *ibid* 1623. in 8.

Tractatus de Dialectis Græcorum principalibus: *ibid.* 1621. 1624. *Naumburgi* 1671. in 8.

Oratio habita Memoriæ Theologi & Philosophi incomparabilis, Balthasaris Meisneri: *ibid.* 1627. in 4.

Grammatica Latina: *Goslariæ* 1637. in 8.

Hypomnemata & alia quædam ad Grammaticam Phil. Melanchthonis pertinentia: *ibid.* 1647. in 8.

Novi Testamenti versio Latina, commentariis Philologicis illustrata, opus posthumum: *Norimb.* 1658. 1662. in fol.

Concordantiæ Græcæ Novi Testamenti correctius, ordinatius, distinctius & plenius editæ: *VVitteb.* 1638. in fol.

Tractat von Cometen/so anno 1618. sind gesehen worden: *ibid.* 1619. in 4.

FINIS.



MEMORIÆ PHILOSOPHORUM, ORATORUM, POETARUM, HISTORICORUM, ET PHILOLOGORUM

NOSTRI SECULI CLARISSIMORUM RENOVATÆ

DECAS IV.

CURANTE

M. HENNINGO VVITTEN.



FRANCOFURTI,
Apud MART. HALLERVORD,
Typis WENDELINI MOEWALDI.
Anno M DC LXXVII.

C. SALLUSTIUS DE BELLO JUGURTINO:

Ita profecto se res habet. Maiorum Gloria posteris Lumen est, Neque bona, neque mala eorum In occulto patitur.


VIRO
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET
EXCELLENTISSIMO,


DN. JACOBO THOMASIO,

ORATORI ET IN ALMA PHILUREA
PROFESSORI SOLERTISSIMO,
PHILOSOPHO ACUTISSIMO,
HISTORICO VERSATISSIMO,
POETÆ FELICISSIMO,
ET QUOD MIHI PALMARIUM,
FAUTORI CERTISSIMO,
IN OCULIS PROINDE SEMPER HABENDO,
OB INGENTES GRATIÆ CUMULOS,
QUIBUS ME,
ET CORAM ET PER LITERAS,
FREQUENTER ADMODUM BEAVIT,
DIATRIBAM HANC,
NON MEO DUNTAXAT,
SED MAXIMORUM IN OMNI LITERATURA HEROUM,
QUOS EA CONTINET,



NOMINE,
MERITISSIME CONSECRO,
ET, UT OBSERVANTIÆ MEÆ CULTÆQUE
INTER NOS AMICITIÆ
QUALECUNQUE MONUMENTUM,
CUM PRO MAGNIS
AC PENE IMMORTALIBUS BENEFICIIS
PRÆSTARE AMPLIUS NIL POSSIM,
M. H. WITTE
OFFICIOSE EXHIBEO,
EIDEM
LONGÆVAM VITAM,
INTEGRAM VALETUDINEM,
PROSPEROS RERUM OMNIUM
EVENTUS,
ET QUICQUID BONI DIVINA BENEDICTIO
IN PIOS CONFERRE SOLET,
CALIDO PECTORE
APPRECATUS.





Series Philosophorum, Oratorum &c.

QUARTÆ DECADIS.

Obiit anno

1637. Nicolaus Claudius Fabricius de Peiresc Senator Aquisextin.

1639. Martinus Opitius Poëta Uratislaviensis.

1639. Joh. Meursius Histor. & Polit. Prof. Soranus.

1640. Matthias Berneggerus Hist. Profess. Argentor.

1643. Johannes Kirchmannus Rector Scholæ Lubec.


1645. Hugo Grotius S. R. Mtis. Sueciæ legatus.

1646. Erycius Puteamus Historiograph. & Prof. Lovaniensis.

1647. Christophorus Adamus Rupertus Histor. Prof. Altorf.

1649. Huldaricus Schœnbergerus, Cæcus, Philosoph. Regiomont.

1650. Renatus Cartesius, Philosophus.



LAUDATIO
VIRI ILLVSTRIS
NICOL. CLAUDII FABRICII DE PEIRESC,
Senatoris Aquisextiensis,

Habita in Concione funebri Academicorum Romanorum.

Die 21. Decemb. anno 1637. perorante

JO. JACOBO BUCCARDO PARISINO



Ræclarè à vobis & ex ordinis nominisque vestri dignitate factum est; Academici Romani; quòd Clarissimo viro Nicolao Claudio Fabricio Perescio, Gallorum humanissimo, atque doctissimo publicos in morte honores, funebremque laudationem decrevistis. Si enim prius mos iste à majoribus vestris, maximè ad eos homines, qui de Republica bene meriti essent ornandos, & ad omnem posteritatis memoriam commendandos institutus est: tanta quidem ac tam præclara extant Perescii merita, atque ornamenta, in eam Romanæ Reipublicæ partem, quæ doctrinæ, atque humanitatis studia complectitur ut non solùm labefactatæ rei literariæ invidiam a Transalpinis natiolibus removisse, sed & ipsorum Romanorum gloriam in colendis artibus adæquasse, vel potiùs superâsse videatur. Omnes enim ex omni ætate, qui in hâc civitate disciplinas & ...ntias vel industriâ suâ illustrarunt, vel authoritate, atque ...litate ornaverunt, si unum in locum conferantur, cum Perescio

Perescio minimè videntur comparandi. Qui cæteris denique omnibus virtutibus adeò excelluit, ut etiam hoc uno ætas nostra potuerit in omni genere laudis, cum antiquitate certare. Quo majus mihi, ac difficilius onus impositum esse video; ut ego scilicet mediocri prorsus ingenio, nullo dicendi usu, aut facultate, homo peregrinus; in hoc ornatissimo Romanorum, id est, disertorum politorumque hominum consessu, de innumeris ac propè incredibilibus summi viri laudibus, verba faciam. Quod quidem à me nec confidentiâ, aut temeritate quâdam susceptum est; eruditissimi Academici; sed tum mea in vos observantia, qui munus istud honorificentissimo vestro decreto ad me detulistis; meoq; in eos obsequio, qui ut summum in me tenent imperium, ita illorum autoritatem, meo de me judicio præferre necesse habui: tum verò maximè benevolentiâ, atque pietate; quæ me ad gratias, quas vivo Perescio magnas semper habui, mortuo demum hoc supremo humanitatis officio referendas; pro ejus in me meritorum magnitudine impulit. Cùm enim in patria vitam studiis, quibus usque à puero deditus fuit, maximè accommodatam, vivere mihi per parentes non liceret dum me in forum, & ad curiam nolentem trahunt; lutetia amplissima, potentissimaque urbe sponte carens, ad hanc vestram, in voluntarium exilium venire tandē decrevi: ex qua nimirum religiones, leges, literas, omnem denique reru, omnium cognitionem, omnem vitæ elegantiam, ad nos olim effluxisse, cùm librorum lectione cognoveram, tum eadem hæc omnia, nunc sub humanissimo, sapientissimoque Pontifice, in eâ magis magisque vigere, ex eruditis nostris hominibus intelligebam. Quibus potissimum autoribus, cùm Perescium rerum Romanarum gnarissimum, ex itinere convenissem: is me & liberali hospitio atque in intimam accepit amicitiam; & cùm tam præclaris de hujus civitatis instituto præceptis atque ita gravi ad literatos primariosque urbis viros commendatione, Romam ex Provincia decedentem prosecutus est; ut statim sub eum progressum, non solùm populi ingenium, publicosque mores cognoverim, meque eis accommodarim facillimè: sed etiam in vestrûm omnium; eruditissimi Academici; consuetudinem me insinuaverim, & quod maximum est, in summorum virorum rei, & publicæ & literariæ principum familiaritate, eum qui non nisi claris, doctisque hominibus esse solet, locum obtinuerim. Quare, impius profectò, ne dum ingratus, apud

vos, cæterosque omnes haberet; cùm literatissimos quosque, maximè Italos, laudatione post decessum prosequi olim instituerim; si hodierno die omnium doctissimum, mihique patriæ, necessitudinis, & beneficii vinculis conjunctissimum virum, laudandi munus, quantumvis arduum, ac difficile recusarem. Itaque rem aggrediar magni nominis, magni exempli, novitatis, admirationisque plenissimam: & quantum eloquentiæ ad id mihi deest; tantundem cùm à singulari meâ in præstantissimum virum pietate, perceptique ex ejus obitu doloris magnitudine, quæ nonnunquam disertos ac copiosos facit: tum à vestrâ benevolentia; Patres amplissimi, vosque cæteri ornatissimi viri; vestrâque in me attentè audiendo benignitate, mutuari, atque adeò supplere conabor.

Nicolai Claudii Fabricii Perescii vitam, quæ supra hujus ætatis hominum captum, moremque putanda est; cùm illis antiquorum præstantissimis, ac beatissimis comparanti mihi; una præ cæteris Titi Pomponii Attici, par adeò, & similis visa est, ut eam intereà, dum ad alia propero, quæ expectationem de Claudii Fabricii doctrina, literarumque studio, à me ab initio concitatam magis explicant, veluti absolutissimam tabulam vobis proponendam censuerim: in quâ expressam Perescii ingenii, virtutumque imaginem videatis. Ambo siquidem nobilibus literarumque studiosis geniti parentibus, pueritiam in liberalibus doctrinis, sicut adolescentiam in literatâ peregrinatione, apud exteros principes, doctosque viros honoratissimi consumsere. Ambo magnas, & amplas in patria gessere amicitias: bonos viros, & studiosos, tam ab aliena injuria, quàm à multa inter se obtrectatione; nec non ab egestate vindicavere. Domi, in quam uterque omnium ordinum homines literaliter invitavit, plus salis, quàm sumtus in victu; velut in cultu non affluentem affectavere munditiam. Optimis alioquin omnibus rebus usi, familia in primis, ut ne pedissequus quidem quisquam esset, qui non & anagnostæ, & librarii munus pulchrè præstare posset. In Republicâ, quæ utrisque tempo[illegible] ria admodum commutabilisque fuit, [illegible] ut semper optim[illegible] in eâ sibi[illegible] sent, c[illegible]

maximè Philosophiæ, atque antiquitatis; suavissimis, optimisque moribus, ad senectutem bene, beatèque vixere.

Hæc pauca ex multis exempli causâ attuli, ut sic deinceps habeatis; omnium Titi Pomponii virtutum, quarum pulcherrima extant in antiquitate monumenta; maximè temperantiæ, probitatis, atque prudentiæ laudem, cum Perescio esse communem. Quamobrē jā ad illas venio, ad quas dudum festinat animus, quæ Claudii Fabricii adeò propriæ, tamque suæ sunt; ut nemo ex omni ætatum memoria, cum ipso de earum gloria contendere, vel in societatem venire possit. Nimirum assiduis, ac propè incredibilis labor, egregiaque opera, in omnium magnarum rerum, atque artium scientia, literarumque cognitione percipienda: ardens in eas conservandas, amplificandasque cura: perpetua denique, & constans voluntas, in homines literatos ornandos; & regia in ea omnia liberalitatis magnificentia. In quibus persequendis, ea veritatis simul, ac brevitatis ratio à me habebitur; ut remoto omni insigni Orationis ornatu, simplici ac planè historicâ narratione, Perescii studium, liberalitatem, & in commentando, scribendoque diligentiam, rei literariæ præstitas, summatim exponam.

Gens Fabricia, postquam ex equestri ordine, apud quem per tercentos, & amplius annos, militari gloriâ floruerat, in senatum Aquensem cooptata est; ita ingenio, & doctrina excelluit, ut non solùm amplissimæ dignitatis, sed etiam summæ eruditionis in quartam sobolem propagatæ hæreditas, unà cum satis lautâ literariâ suppellectile, ad Nicolaum Claudium Fabricium venerit. Qui cùm avitas studiorum maximè, atque doctrinarum possessionis, non solùm tenere, imò etiam aliquid, atque adeò multum illis addere de suo decrevisset: omnem curam sumtumque posuit, in ornando potissimùm, atque amplificando eo instrumento, quo in optimis artibus compar[illegible] no pro[illegible]st. Quamobrem ubi optim[illegible]os [illegible]bi undique colligendos: dei[illegible]a,[illegible] leganti, & [illegible] per[illegible] gr[illegible] ui suæ do- [illegible] d[illegible], [illegible] diligentiùs [illegible] h[illegible], quàm ut [illegible] ad homi- [illegible] n[illegible] que instituta noscen-

noscenda: sed ut tanquam in rem præsentem veniens, eaque demũ subiiciens oculis, quæ auditione, vel lectiõe acceperat; vetustiora antiquitatis monumenta acerrimè contemplaretur: ac quæcunque inde auferri possent, domum secum in bibliothecam transferret. Quò primum iter dirigeret, Italia se obtulit: in qua cum ingenia præstantissima, & elegantissima, humanissimi, optimique mores, leges denique præclaræ, atque salutares nunc vigent; tum verò pristinæ fortunæ, illorumq; omnibus artibus florentissimorum temporum, reliquiæ plurimæ supersunt. Lustratis igitur Liguriæ Etruriæq; oppidis, ad hanc vestram urbem, velut ad divini, humaniq́ue imperii domicilium, & antiquitatis atque humanitatis sedem, magno itinere contendit: ubi fora, theatra, templa thermas, arcus, & cryptas; oculis pedibusque diligentissimè perlustravit; sicut obeliscos, columnas, statuas, æra, marmora, gemmas atque codices; omnia denique priscæ magnificentiæ, artiumque monumenta; quæ in vestrorum murorum ambitu, plura quàm in reliquo terrarum orbe, atque illustriora reperiuntur, attrectavit, excussit, & quæcunque potuit, domum abstulit. partim maximo pretio emta; partim oblata, dataque à doctis hominibus, qui, ut semper Romæ, tum maximè studiosissimorum munificentissimorumque Principum Aldobrandinorum, tempestate, plurimi atque humanissimi fuere. Quos omnes, præcipuè Fulvium Vrsinum, & Lælium Pasqualinum, viros in colligendis, colendisque antiquitatum reliquiis diligentissimos, & maximè industrios; ad admirationem, atque amicitiam adolescens Perescii virtus, eximiaque doctrina traduxit. Eandem expectationem, favoremq; Roma Neapolim secum attulit, dum versatur cum Mattheo Capuano Conchanorum Principe, magis literarum amore, atque scientia, quàm summâ dignitate generis fortunæq; claro, ac Matre Gurgustiola, in supremo consilio IV. viro apprimè docto: qui ambo locupletissimos omnium rerum antiquarũ thesauros domi habebant. Celebres præterea Joannis Baptistæ Portæ, atque Ferrantis Imperati ædes ibi frequentavit: quorum ille rerum occultarum, & quasi a naturâ involutarum acerrimus investigator, atque interpres: hic custos & conservator diligentissimus fuit. Et cùm hisce rebus, non minus quàm antiquitati studium suum, laboremque Perescius impertiret, reconditissimum quemque investigavit angulum, non solùm amplissimæ, pulcherrimæque urbis, sed & totius felicissimi illius agri Campani; in quo jucundum, naturæ mirabilibus illi

maxi-

maximè gaudentis operibus, & antiquæ Græcorum, Romanorumque magnificentiæ, ac luxuriæ, certamen spectaret. Italiam reliquam, omnemque Galliam Cisalpinam pari diligentia lustravit: Ravennam ex itinere divertens, ut inviseret, cùm funesta illa Gothicæ barbariæ trophæa, Romani imperii ruinis imposita; tum maximè Hieronymum Rubeum, istarum antiquitatum, ac medicinæ scriptorem luculentum. Inde Patavium se contulit, invitatus præsertim famâ, quæ de eximia Joannis Vincentii Pinelli doctrina, ejusque refertissimo omnibus omnium linguarum, atque scientiarum voluminibus Musæo, ita tum Europam peragrabat: ut docti homines, antiquos libros in bibliothecam collecturi, vel suos edituri; ex longinquis locis illuc ad eum consulendum venirent. Ibi Perescius aliquandiu moratus est, non tantùm ut in Pinelli domum, ac bibliothecam, sed etiam in illius consuetudinem penetraret: in quam se demum totum dedit; ad eximium ejus in literas, hominesque literatos ornandos studium, & cæteras omnes viri præstantissimi virtutes cognoscendas, percipiendasque; quas scilicet imitaretur, & cunctas ipse aliquando rei literariæ, cum maximâ ad singulas accessione præstaret. Eamque de se spem adeò magnam, ac propè exploratam, jam tum illic dederat, ut Paulus Gualdus, vir & suopte ingenio, atque doctrina, & intima Joannis Vincentii familiaritate clarus; in commentariis, quos de ejus vitâ satis elegantes conscripsit, de Perescio affirmaverit: Ætatem nostram, si « quem Pinello parem ferret, non alium ab eo fore, qui Pa- « tavii vix dum plenam pubertatem egressus, eo ardore Pi- « nellum, Pinelliique studia fuerit complexus, ut ipsi Gualdo, « cæterisque doctioribus viris, miraculo esset. Qui qui- « dem homines eruditi, quotquot Patavii tunc ætatem in literis beatissimè agebant; in primis Pinellus ipse, & Hieronymus Alexander, atque Laurentius Pignorius, limato judicio, sicut polita doctrina excellentes, gravissimum hoc egregiæ indolis, à Gualdo tributum Peiresco testimonium, adeò approbaverunt, eamque in illo admirati ita amavere, ut præsenti domum quisque suam, maximâ cum hospitalitate patere voluerint, suaque reconditiora, tam quæ in privatis bibliothecis, quàm in publicis tabulariis, Pataviæ & Venetiis, urbe earum, cæterarumque rerum abundantia, florentissima servarentur iidem postea absenti, quod plerique etiam ex reliquis Italiæ, atque adeò Europæ civitatibus fecere de studiis

per literas communicaverunt, librosque suos ab ipso, vel in ejus nomine edendos honoris causa miserunt: Sic florens gratia, & hospitiis clarissimorum, doctissimorumque hominum ubi se locupletavit signis, tabulis, nummis, codicibus, cæterisque vetustissimis Italiæ ornamentis, Germania, ultimaque Britannia peregrinari perrexit. Atque ibi quidem plurimas antiquitatis reliquias collegit, nec non existimationem, ac benevolentiam hominum, non solùm in sapientiæ, ac literarum studiis, sed etiam in pictura, architectura, cæterique elegantioribus artibus excellentium: quos Claudius Fabricius, illorum operum elegans spectator, ut olim in Italia, ita tum in illis regionibus coluit, ac sicut cæteros omnes viros doctos, ad suam adjunxit necessitudinem: præcipuè Petrum Paulum Rubenium, & ob rerum antiquarum cognitionem, & picturæ, scalpturæ, architecturæque scientiam, quas ex Italia ad Belgas, primus cum pristino splendore, atque dignitate, transtulisse videtur: Marcum Velserum rei publicæ apud Vindelicos, & literariæ in totâ Germaniâ constituendæ, studiosissimum Duumvirum: Joannem Barclajum tum in Britannia, magnam ex doctrinæ, ingeniique elegantia laudem adeptum: Danielem Heinsium Batavorum polititissimum omniumque doctissimum ejus doctorem, Josephum Scaligerum, qui Claudium Fabricium, sibi tantum famâ ac nomine notum, ubi primùm secum de literis loquentem audivit, vir acri certoque judicio, ipsissimum Perescium ipsum esse affirmavit. Postrema fuit Parisiensis peregrinatio, quam ob librorum optimorum, doctissimorumque hominum copiam ibi affluentem, iterare ei visum est. Priore, se dedit Jacobo Augusto Thuano, ejusque celeberrimæ bibliothecæ; ad quam Isaacium Casaubonum, Franciscum Pithœum, cæterosque summos viros, ex superiori sæculo, præstantium ingeniorum in Galliâ feracissimo superstites, Claudius Fabricius videbat ventitantes: qui ipsum Thuanum, velut historiæ, ita reliquarum maximarum artium, ac hominum, qui eas profiterentur, principem patronumque optimum, & Gallici imperii, atque majestatis, acerrimum defensorem, quotidie celebrabant. Post decennium domi consumtum, in recognoscendis literarum, antiquitatisque monumentis, ex tota Europa collectis; iisque in Musæum suum, atque in memoriam, quæ ipsi propè divina fuit, redigendis, digerendisque: Lutetiam iterum se contulit, ad versandas vorandasque reliquas bibliothecas: Regiam scilicet, Dionysianam,
Vi-


Victorianam, D. Germani, atque Memmiorum; & studiosos illarum cultores invisendos, quorum veluti nova soboles illic tum florebat. Inter quos, hodie excellunt: Puteani fratres humanissimi, qui apud Thuani filios, patriis ingenii, virtutisque dotibus ornatissimos, cognatos suos, non solùm ejus bibliothecam, sed etiam literas, hominesque iis deditos, veluti suæ tutelæ ac fidei, Jacobi Augusti testamento commendatos, quibuscunque rebus possunt, juvant & mirabiliter ornant: Nicolaus Rigaltius, politiore doctrinæ, judiciique elegantia, & incorrupta Latini sermonis integritate omnibus antecellens: cui nos, si modò in hoc genere literarum aliquid profecimus, id totum debere gloriamur: Claudius Salmasius, & Hugo Grotius, qui literaturæ, optimarumque artium principatum sibi vindicant. Petrum Segnierium, Henricum Memmium, atque Hieronymum Bignomium, viros magis doctrinâ, eximioque suo in literas studio, quàm supremis Gallicæ purpuræ honoribus illustres, brevitatis causâ omitto. Sirmondum relinquo, Petavium, Morinum, Mersenium, Burdelotium, & Valesium, aliosque propè innumerabiles, ex summa doctrina, præclarissimisque suis scriptis, maximè claros: quorum omnium animos, atque voluntates sibi conciliavit Claudius Fabricius, & ad suos id est ad rei literariæ usus conjunxit. Atque unum præterire nequeo Guilielmum Varium, non minus eloquentiæ, ac Philosophiæ studio, cæterisque maximis virtutibus, quàm sanctissima cum hoc nostro Attico amicitia, Marco Tullio comparandum. Is ex quo Perescium in Senatum Aquensem, cujus ipse princeps erat, legit, continuò in consuetudinem ejus dedit, sic ut prorsus unà illic vixerint; nec unquam posteà passus sit eum à se separari. Quare cum in aulam à Rege evocatus esset, ad annuli signatorii custodiam, quod summum est apud Gallos, togati hominis fastigium, eum illuc secum duxit; unum esse in tota Gallia dignum existimans, quem contubernalem, & consiliorum in Republica, atque honorum, adjutorem, sociumque haberet. Hujus porrò gratia, Perescius nullâ ferè in re usus est, nisi in deprecandis amicorum, hoc est doctissimorum virorum, aut periculis, aut incommodis; & studiorũ ratione procuranda: ad quã præter cætera egregia ornamenta, id demum maximum contulit, ut se autore, maxima vetustissimo-

ſimorum codicum copia, Regis nomine compararetur, ad ſupplendam, atque amplificandam Pariſienſem bibliothecam: quæ omni tempore, ad omnium uſus ita patet; ut ex eâ maximè, præclariora antiquarum doctrinarum monumenta, in dies eruantur. Quo autem potiſſimùm beneficio, ſe à Vario ornatum voluit, id unum propè fuit, ut vetuſtiſſima curiarum, templorumque tabularia, in omnibus Galliæ oppidis, ſibi ex autoritate inviſere, atque excutere liceret. Cùm ab opibus alioquin, & honoribus conſectandis tam eſſet alienus, ut ſæpius repudiaverit à Vario, ultro oblatos, qui cùm Claudium Fabricium, in ampliſſimum priſtinæque dignitatis apud Gallos maximè retinentem, Antiſtum ordinem cooptari vellet: vix ab eo tandem impetravit, ut mediocre acciperet ſacerdotium. Mortuo Vario, qui ſuam omnem, ut ita dicam, antiquariam ſuppellectilem, amiciſſimo ſtudioſiſſimoque viro legavit; & teſtamenti tabulas, illius fidei atque authoritati commendavit: Domum, Muſæumq; ſuum diu deſideratum, ſpectabat Peireſcius, cùm ecce ſub ipſum à Parienſi aula diſceſſum, ad Romanam denuò ex itinere invitatur: optatiſſimo nuntio de novi Pōtificis creatione, Maphæi ſcilicet Barbarini Cardinalis. Si quidem hunc ante Pontificalia inſignia, perinde ingenii doctrinæq; ac ſanctitatis in Republica Romanâ principem, ipſe tam bene noverat: procurataq; olim ſimul atq; iterum, divinorum illius poëmatum editione, aliiſq; officiis demeruerat; ut cùm nuntius, qui Regem ante omnes de eâ re certiorem facere vellet, obvio Pereſcio tantùm dixiſſet: virum Romanorum Principum eruditiſſimum, eiq; amiciſſimum, in mortui Pontificis locum ſuffectum; ipſe continuò, Maphæum ad gubernacula Reip. ſedere intellexit; cum incredibili lætitiæ voluptate. Prævidebat enim literarum ſtudia, in lucem atque ſplendorem ſub doctiſſimo Pontifice revocatum iri; ſtudioſosq;, vel ex ultimis terris, ad aulam Barberinam celebrandam, ornandamq; honorum ac præmiorum ſpe advolaturos. Ad quam temporum, literarumque felicitatem oculis ſaltem uſurpandam, ac Pontificem ſui ſtudioſum adornandum, Romam ab amicis non invitus attrahebatur. Sed profectionis cauſam, ambitionem, à cujus vel ſuſpicione abhorrebat, potiùs quàm officium, viſum iri nolebat: & poſtquam ex Circes inſula, tanto labore tandem ſolviſſet, ſi cantibus Sirenum illiceretur, ut apud eas hæreret veritus eſt: quare

in

in suam tandem Ithacam, ad optatissimum studiorum partum, se ex longa peregrinatione recepit. Tunc enimverò Perescii Musæum, ac tota domus, ex præsentis Domini regali propè liberalitate; qua videlicet non solum in literas earumque instrumenta ornanda, sed maximè in studiosos homines juvandos, colendosque deinceps usus est; ipsâ Alcinoi Regiâ, & magnificentior, & hospitalior evasit.

Delectum Romanæ aulæ florem, illuc aliquantò post Cl. Fabricii accessum secum advexerat Franciscus Barberinus Cardinalis; qui à Pontifice ad justissimum, fortissimumque Galliæ Regem, Legatus mittebatur. Porrò autem hunc, & nobilem ejus comitatum lautè adeò atque splendidè accepit Perescius, ut cum ipsis Regibus de magnificentia certare visus sit: admiratus, veneratusque in juventutis Principe, cùm maturã patrui Pontificis prudentiam, atque sanctitatem: tum maximè singularem literarum scientiam, & erga homines studiosos voluntatem. Atque ob illas excellentes primarii juvenis virtutes, ei usque ad extremum vitæ spatium, ita omne officium, cultumque tribuit; ut nullus fermè ex Gallia in Italiam trajiceret, cui non tantùm literas observantiæ, sicut eruditionis plenas, ad eum perferendas traderet; sed & libros, plantas, atq; animalia rara, peregrinaque, ad locupletissimæ bibliothecæ Barberinæ, hortorumque ornamentum. Cui vicissim humanissimus Princeps, maximas semper habuit gratias, & eadem epistolarum frequentia, similibusque muneribus retulit. Haud minori observantia ornatissimos & doctissimos quosque, ex celeberrima Legati cohorte coluit Perescius: Cassianum Putealem ante omnes, virum ob generis, virtutum, atque eruditionis claritudinem, summis laudibus, honoribusque dignum; cũ quo, morum elegantissimorum, & in optimas artes, eorumque cultores, prolixæ naturæ similitudine, sibi conjunctissimo; de omni studiorum suorum ratione, familiariter deinceps communicavit. Item cum Joanne Baptista Donio, qui ob ingenuitatem, aptumque ad omnium magnarum rerum scientiam ingenium, fuit ipsi charissimus. Istarum amicitiarum ibi tum, sicut Romæ demum aliarum, conciliator fuit Hieronymus Aleander, vir optimis artibus, summisq; ornamentis præditus, & ab adolescentia, Fabricii amantissimus, qui nobilem ejus, plenamque dignitatis, atque sapientiæ domum, præstantissimaque studia, tunc ita miratus est; ut unum omnium mortalium maximum atque felicissimũ Perescium, palam deinceps prædicare soleret: sæpiusq; cogitaverit, ex aulâ atque ipsâ urbe, ad ejus suavitatem, pretiosissimum-



LAUDATIO VIRI ILLVSTRIS NICOL. CLAUDII FABRICII DE PEIRESC, Senatoris Aquisextiensis,

Habita in Concione funebri Academicorum Romanorum.

Die 21. Decemb. anno 1637. perorante

JO. JACOBO BUCCARDO PARISINO



Ræclarè à vobis & ex ordinis nominisque vestri dignitate factum est; Academici Romani; quòd Clarissimo viro Nicolao Claudio Fabricio Perescio, Gallorum humanissimo, atque doctissimo publicos in morte honores, funebremque laudationem decrevistis. Si enim prius mos iste à majoribus vestris, maximè ad eos homines, qui de Republica bene meriti essent ornandos, & ad omnem posteritatis memoriam commendandos institutus est: tanta quidem ac tam præclara exstant Perescii merita, atque ornamenta, in eam Romanæ Reipublicæ partem, quæ doctrinæ, atque humanitatis studia complectitur ut non solùm labefactatæ rei literariæ invidiam a Transalpinis nationibus removisse, sed & ipsorum Romanorum gloriam in colendis artibus adæquasse, vel potiùs superâsse videatur. Omnes enim ex omni ætate, qui in hâc civitate disciplinas & scientias vel indnstriâ suâ illustrarunt, vel authoritate, atque liberalitate ornaverunt, si unum in locum conferantur, cum Perescio

Perescio minimè videntur comparandi. Qui cæteris denique omnibus virtutibus adeò excelluit, ut etiam hoc uno ætas nostra potuerit in omni genere laudis, cum antiquitate certare. Quo majus mihi, ac difficilius onus impositum esse video; ut ego scilicet mediocri prorsus ingenio, nullo dicendi usu, aut facultate, homo peregrinus; in hoc ornatissimo Romanorum, id est, disertorum politorumque hominum consessu, de innumeris ac propè incredibilibus summi viri laudibus, verba faciam. Quod quidem à me nec confidentiâ, aut temeritate quâdam susceptum est; eruditissimi Academici; sed tum mea in vos observantia, qui munus istud honorificentissimo vestro decreto ad me detulistis; meoq; in eos obsequio, qui ut summum in me tenent imperium, ita illorum autoritatem, meo de me judicio præferre necesse habui: tum verò maximè benevolentiâ, atque pietate; quæ me ad gratias, quas vivo Perescio magnas semper habui, mortuo demum hoc supremo humanitatis officio referendas; pro ejus in me meritorum magnitudine impulit. Cùm enim in patria vitam studiis, quibus usque à puero deditus fuit, maximè accommodatam, vivere mihi per parentes non liceret dum me in forum, & ad curiam nolentem trahunt; lutetia amplissima, potentissimaque urbe sponte carens, ad hanc vestram, in voluntarium exilium venire tandē decrevi: ex qua nimirum religiones, leges, literas, omnem denique rerum omnium cognitionem, omnem vitæ elegantiam, ad nos olim effluxisse, cùm librorum lectione cognoveram, tum eadem hæc omnia, nunc sub humanissimo, sapientissimoque Pontifice, in eâ magis magisque vigere, ex eruditis nostris hominibus intelligebam. Quibus potissimum autoribus, cùm Perescium rerum Romanarum gnarissimum, ex itinere convenissem: is me & liberali hospitio atque in intimam accepit amicitiam; & cùm tam præclaris de hujus civitatis instituto præceptis atque ita gravi ad literatos primariosque urbis viros commendatione, Romam ex Provincia decedentem prosecutus est; ut statim sub eum progressum, non solùm populi ingenium, publicosque mores cognoverim, meque eis accommodarim facillimè: sed etiam in vestrûm omnium; eruditissimi Academici; consuetudinem me insinuaverim, & quod maximum est, in summorum virorum rei, & publicæ & literariæ principum familiaritate, eum qui non nisi claris, doctisque hominibus esse solet, locum obtinuerim. Quare, impius profectò, ne dum ingratus, apud

vos, cæterosque omnes haberet; cùm literatissimos quosque, maximè Italos, laudatione post decessum prosequi olim instituerim; si hodierno die omnium doctissimum, mihique patriæ, necessitudinis, & beneficii vinculis conjunctissimum virum, laudandi munus, quantumvis arduum, ac difficile recusarem. Itaque rem aggrediar magni nominis, magni exempli, novitatis, admirationisque plenissimam: & quantum eloquentię ad id mihi deest; tantundem cùm à singulari meâ in præstantissimum virum pietate, perceptique ex ejus obitu doloris magnitudine, quæ nonnunquam disertos ac copiosos facit: tum à vestrâ benevolentia; Patres amplissimi, vosque cæteri ornatissimi viri; vestrâque in me attentè audiendo benignitate, mutuari, atque adeò supplere conabor.

Nicolai Claudii Fabricii Perescii vitam, quæ supra hujus ætatis hominum captum, moremque putanda est; cùm illis antiquorum præstantissimis, ac beatissimis comparanti mihi; una præ cæteris Titi Pomponii Attici, par adeò, & similis visa est, ut eam intereà, dum ad alia propero, quæ expectationem de Claudii Fabricii doctrina, literarumque studio, à me ab initio concitatam magis explicant, veluti absolutissimam tabulam vobis proponendam censuerim: in quâ expressam Perescii ingenii, virtutumque imaginem videatis. Ambo siquidem nobilibus literarumque studiosis geniti parentibus, pueritiam in liberalibus doctrinis, sicut adolescentiam in literatâ peregrinatione, apud exteros principes, doctosque viros honoratissimi consumsere. Ambo magnas, & amplas in patria gessere amicitias: bonos viros, & studiosos, tam ab aliena injuria, quàm à multa inter se obtrectatione; nec non ab egestate vindicavere. Domi, in quam uterque omnium ordinum homines literaliter invitavit, plus salis, quàm sumtus in victu; velut in cultu non affluentem affectavere munditiam. Optimis alioquin omnibus rebus usi, familia in primis, ut ne pedissequus quidem quisquam esset, qui non & anagnostæ, & librarii munus pulchrè præstare posset. In Republicâ, quæ utrisque temporibus varia admodum commutabilisque fuit, ita ambo versati sunt, ut semper optimarum partium essent. Honores verò, qui in eâ sibi patebant, non petierunt: sed ordini, quo orti essent, contenti, in veteri vitæ instituto, id est in studiis maxi-

maximè Philosophiæ, atque antiquitatis; suavissimis, optimisque moribus, ad senectutem bene, beatèque vixere.

Hæc pauca ex multis exempli causâ attuli, ut sic deinceps habeatis; omnium Titi Pomponii virtutum, quarum pulcherrima extant in antiquitate monumenta; maximè temperantiæ, probitatis, atque prudentiæ laudem, cum Perescio esse communem. Quamobrē jā ad illas venio, ad quas dudum festinat animus, quæ Claudii Fabricii adeò propriæ, tamque suæ sunt; ut nemo ex omni ætatum memoria, cum ipso de earum gloria contendere, vel in societatem venire possit. Nimirum assiduis, ac propè incredibilis labor, egregiaque opera, in omnium magnarum rerum, atque artium scientia, literarumque cognitione percipienda: ardens in eas conservandas, amplificandasque cura: perpetua denique, & constans voluntas, in homines literatos ornandos; & regia in ea omnia liberalitatis magnificentia. In quibus persequendis, ea veritatis simul, ac brevitatis ratio à me habebitur; ut remoto omni insigni Orationis ornatu, simplici ac planè historicâ narratione, Perescii studium, liberalitatem, & in commentando, scribendoque diligentiam, rei literariæ præstitas, summatim exponam.

Gens Fabricia, postquam ex equestri ordine, apud quem per tercentos, & amplius annos, militari gloriâ floruerat, in senatum Aquensem cooptata est; ita ingenio, & doctrina excelluit, ut non solùm amplissimæ dignitatis, sed etiam summæ eruditionis in quartam sobolem propagatæ hæreditas, unà cum satis lautâ literariâ suppellectile, ad Nicolaum Claudium Fabricium venerit. Qui cùm avitas studiorum maximè, atque doctrinarum possessionis, non solùm tenere, imò etiam aliqtid, atque adeò multum illis addere de suo decrevisset: omnem curam sumtumque posuit, in ornando potissimùm, atque amplificando eo instrumento, quo in optimis artibus comparandis, magno prorsus opus est. Quamobrem ubi optimos quosque libros, primùm sibi undique colligendos: deinde auro, purpura, omni denique eleganti; & magnifico opere ornandos, per egregios artifices, qui suæ domi vivebant, diligenter curasset, illosque omnes diligentiùs evolvisset: nihil quidquam habuit antiquius, quàm ut tota Europa peregrinaretur: non solùm ad hominum qui tum vivebant, mores, civitatumque instituta

noscenda: sed ut tanquam in rem præsentem veniens, eaque demũ subiiciens oculis, quæ auditione, vel lectiõe acceperat; vetustiora antiquitatis monumenta acerrimè contemplaretur: ac quæcunque inde auferri possent, domum secum in bibliothecam transferret. Quò primum iter dirigeret, Italia se obtulit: in qua cum ingenia præstantissima, & elegantissima, humanissimi, optimique mores, leges denique præclaræ, atque salutares nunc vigent; tum verò pristinæ fortunæ, illorumq; omnibus artibus florentissimorum temporum, reliquiæ plurimæ supersunt. Lustratis igitur Liguriæ Etruriæq; oppidis, ad hanc vestram urbem, velut ad divini, humanique imperii domicilium, & antiquitatis atque humanitatis sedem, magno itinere contendit: ubi fora, theatra, templa thermas, arcus, & cryptas; oculis pedibusque diligentissimè perpensus est; sicut obeliscos, columnas, statuas, æra, marmora, gemmas atque codices; omnia denique priscæ magnificentiæ, artiumque monumenta; quæ in vestrorum murorum ambitu, plura quàm in reliquo terrarum orbe, atque illustriora reperiuntur, attrectavit, excussit, & quæcunque potuit, domum abstulit. partim maximo pretio emta; partim oblata, dataque à doctis hominibus, qui, ut semper Romæ, tum maximè studiosissimorum munificentissimorumque Principum Aldobrandinorum, tempestate, plurimi atque humanissimi fuere. Quos omnes, præcipuè Fulvium Vrsinum, & Lælium Pasqualinum, viros in colligendis, colendisque antiquitatum reliquiis diligentissimos, & maximè industrios; ad admirationem, atque amicitiam adolescens Perescii virtus, eximiaque doctrina traduxit. Eandem expectationem, favoremq; Roma Neapolim secum attulit, dum versatur cum Mattheo Capuano Conchanorum Principe, magis literarum amore, atque scientia, quàm summâ dignitate generis fortunæq; claro, ac Matre Gurgustiola, in supremo consilio IV. viro apprimè docto: qui ambo locupletissimos omnium rerum antiquarũ thesauros domi habebant. Celebres præterea Joannis Baptistæ Portæ, atque Ferrantis Imperati ædes ibi frequentavit: quorum ille rerum occultarum, & quasi a naturâ involutarum acerrimus investigator, atque interpres: hic custos & conservator diligentissimus fuit. Et cùm hisce rebus, non minus quàm antiquitati studium suum, laboremque Perescius impertiret, reconditissimum quemque investigavit angulum, non solùm amplissimæ, pulcherrimæque urbis, sed & totius felicissimi illius agri Campani; in quo jucundum, naturæ mirabilibus illi maxi-

maximè gaudentis operibus, & antiquæ Græcorum, Romanorumque magnificentiæ, ac luxuriæ, certamen spectaret. Italiam reliquam, omnemque Galliam Cisalpinam pari diligentia lustravit: Ravennam ex itinere divertens, ut inviseret, cum funesta illa Gothicæ barbariæ trophæa, Romani imperii ruinis imposita; tum maximè Hieronymum Rubeum, istarum antiquitatum, ac medicinæ scriptorem luculentum. Inde Patavium se contulit, invitatus præsertim famâ, quæ de eximii Joannis Vincentii Pinelli doctrina, ejusque refertissimo omnibus omnium linguarum, atque scientiarum voluminibus Musæo, ita tum Europam peragrabat: ut docti homines, antiquos libros in bibliothecam collecturi, vel suos edituri; ex longinquis locis illuc ad eum consulendum venirent. Ibi Perescius aliquandiu moratus est, non tantum ut in Pinelli domum, ac bibliothecam, sed etiam in illius consuetudinem penetraret: in quam se demum totum dedit; ad eximium ejus in literas, hominesque literatos ornandos studium, & cæteras omnes viri præstantissimi virtutes cognoscendas, percipiendasque; quas scilicet imitaretur, & cunctas ipse aliquando rei literariæ, cum maximâ ad singulas accessione præstaret. Eamque de se spem adeò magnam, ac propè exploratam, jam tum illic dederat, ut Paulus Gualdus, vir & suopte ingenio, atque doctrina, & intima Joannis Vincentii familiaritate clarus; in commentariis, quos de ejus vitâ satis elegantes conscripsit, de Perescio affirmaverit: Ætatem nostram, si " quem Pinello parem ferret, non alium ab eo fore, qui Pa- " tavii vix dum plenam pubertatem egressus, eo ardore Pi- " nellum, Pinelliique studia fuerit complexus, ut ipsi Gualdo, " cæterisque doctioribus viris, miraculo esset. Qui qui- " dem homines eruditi, quotquot Patavii tunc ætatem in literis beatissimè agebant; in primis Pinellus ipse, & Hieronymus Alexander, atque Laurentius Pignorius, limato judicio, sicut polita doctrina excellentes, gravissimum hoc egregiæ indolis, à Gualdo tributum Peiresco testimonium, adeò approbaverunt, eamque in illo admirati ita amavere, ut præsenti domum quisque suam, maximâ cum hospitalitate patere voluerint, suaque reconditiora, tam quæ in privatis bibliothecis, quàm in publicis tabulariis, Pataviæ & Venetiis, urbe earum, cæterarumque rerum abundantia, florentissima servarentur iidem postea absenti, quod plerique etiam ex reliquis Italiæ, atque adeò Europæ civitatibus fecere de studiis

per literas communicaverunt, librosque suos ab ipso, vel in ejus nomine edendos honoris causa miserunt: Sic florens gratia, & hospitiis clarissimorum, doctissimorumque hominum ubi se locupletavit signis, tabulis, nummis, codicibus, cæterisque vetustisssimis Italiæ ornamentis, Germania, ultimaque Britannia peregrinari perrexit. Atque ibi quidem plurimas antiquitatis reliquias collegit, nec non existimationem, ac benevolentiam hominum, non solùm in sapientiæ, ac literarum studiis, sed etiam in pictura, architectura, cæterique elegantioribus artibus excellentium: quos Claudius Fabricius, illorum operum elegans spectator, ut olim in Italia, ita tum in illis regionibus coluit, ac sicut cæteros omnes viros doctos, ad suam adjunxit necessitudinem: præcipuè Petrum Paulum Rubenium, & ob rerum antiquarum cognitionem, & picturæ, scalpturæ, architecturæque scientiam, quas ex Italia ad Belgas, primus cum pristino splendore, atque dignitate, transtulisse videtur: Marcum Velserum rei publicæ apud Vindelicos, & literariæ in totâ Germaniâ constituendæ, studiosissimum Duumvirum: Joannem Barclajum tum in Britannia, magnam ex doctrinæ, ingeniique elegantia laudem adeptum: Danielem Heinsium Batavorum polititissimum omniumque doctissimum ejus doctorem, Josephum Scaligerum, qui Claudium Fabricium, sibi tantùm famâ ac nomine notum, ubi primùm secum de literis loquentem audivit, vir acri certoque judicio, ipsissimum Perescium ipsum esse affirmavit. Postrema fuit Parisiensis peregrinatio, quam ob librorum optimorum, doctissimorumque hominum copiam ibi affluentem, iterare ei visum est. Priore, sedebit Jacobo Augusto Thuano, ejusque celeberrimæ bibliothecæ; ad quam Isaacium Casaubonum, Franciscum Pithœum, cæterosque summos viros, ex superiori sæculo, præstantium ingeniorum in Galliâ feracissimo superstites, Claudius Fabricius videbat ventitantes: qui ipsum Thuanum, velut historiæ, ita reliquarum maximarum artium, ac hominum, qui eas profiterentur, principem patronumque optimum, & Gallici imperii, atque majestatis, acerrimum defensorem, quotidie celebrabant. Post decennium domi consumtum, in recognoscendis literarum, antiquitatisque monumentis, ex tota Europa collectis; iisque in Musæum suum, atque in memoriam, quæ ipsi propè divina fuit, redigendis, digerendisque: Lutetiam iterum se contulit, ad versandas vorandasque reliquas bibliothecas: Regiam scilicet, Dionysianam,

Vi-

Victorianam, D. Germani, atque Memmiorum; & studiosos illarum cultores invisendos, quorum veluti nova soboles illic tum florebat. Inter quos, hodie excellunt: Puteani fratres humanissimi, qui apud Thuani filios, patriis ingenii, virtutisque dotibus ornatissimos, cognatos suos, non solùm ejus bibliothecam, sed etiam literas, hominesque iis deditos, veluti suæ tutelæ ac fidei, Jacobi Augusti testamento commendatos, quibuscunque rebus possunt, juvant & mirabiliter ornant: Nicolaus Rigaltius, politiore doctrinæ, judiciique elegantia, & incorrupta Latini sermonis integritate omnibus antecellens: cui nos, si modò in hoc genere literarum aliquid profecimus, id totum debere gloriamur: Claudius Salmasius, & Hugo Grotius, qui literaturæ, optimarumque artium principatum sibi vindicant. Petrum Segnierium, Henricum Memmium, atque Hieronymum Bignomium, viros magis doctrinâ, eximioque suo in literas studio, quàm supremis Gallicæ purpuræ honoribus illustres, brevitatis causâ omitto. Sirmondum relinquo, Petavium, Morinum, Mersenium, Burdelotium, & Valesium, aliosque propè innumerabiles, ex summa doctrina, præclarissimisque suis scriptis, maximè claros: quorum omnium animos, atque voluntates sibi conciliavit Claudius Fabricius, & ad suos id est ad rei literariæ usus conjunxit. Atque unum prætenire nequeo Guilielmum Varium, non minus eloquentiæ, ac Philosophiæ studio, cæterisque maximis virtutibus, quàm sanctissima cum hoc nostro Attico amicitia, Marco Tullio comparandum. Is ex quo Perescium in Senatum Aquensem, cujus ipse princeps erat, legit, continuò in consuetudinem ejus dedit, sic ut prorsus unà illic vixerint; nec unquam posteà passus sit eum à se separari. Quare cum in aulam à Rege evocatus esset, ad annuli signatorii custodiam, quod summum est apud Gallos, togati hominis fastigium, eum illuc secum duxit; unum esse in tota Gallia dignum existimans, quem contubernalem, & consiliorum in Republica, atque honorum, adjutorem, sociumque haberet. Hujus porò gratia, Perescius nullâ ferè in re usus est, nisi in deprecandis amicorum, hoc est doctissimorum virorum, aut periculis, aut incom̃odis; & studiorũ ratione procuranda: ad quã præter cætera egregia ornamenta, id demum maximum contulit, ut se autore, maxima vetustissimo-

simorum codicum copia, Regis nomine compararetur, ad supplendam, atque amplificandam Parisiensem bibliothecam: quæ omni tempore, ad omnium usus ita patet; ut ex eâ maximè, præclariora antiquarum doctrinarum monumenta, in dies eruantur. Quo autem potissimùm beneficio, se à Vario ornatum voluit, id unum propè fuit, ut vetustissima curiarum, templorumque tabularia, in omnibus Galliæ oppidis, sibi ex autoritate invisere, atque excutere liceret. Cùm ab opibus alioquin, & honoribus consectandis tam esset alienus, ut sæpius repudiaverit à Vario, ultro oblatos, qui cùm Claudium Fabricium, in amplissimum pristinæque dignitatis apud Gallos maximè retinentem, Antistum ordinem cooptari vellet: vix ab eo tandem impetravit, ut mediocre acciperet sacerdotium. Mortuo Vario, qui suam omnem, ut ita dicam, antiquariam suppellectilem, amicissimo studiosissimoque viro legavit; & testamenti tabulas, illius fidei atque authoritati commendavit: Domum, Musæumq; suum diu desideratum, spectabat Peirescius, cùm ecce sub ipsum à Pariensi aula discessum, ad Romanam denuò ex itinere invitatur: optatissimo nuntio de novi Pōtificis creatione, Maphæi scilicet Barbarini Cardinalis. Siquidem hunc ante Pontificalia insignia, perinde ingenii doctrinæq; ac sanctitatis in Republica Romanâ principem, ipse tam bene noverat: procurataq; olim simul atq; iterum, divinorum illius poëmatum editione, aliisq; officiis demeruerat; ut cùm nuntius, qui Regem ante omnes de eâ re certiorem facere vellet, obvio Perescio tantùm dixisset: virum Romanorum Principum eruditissimum, eiq; amicissimum, in mortui Pontificis locum suffectum; ipse continuò, Maphæum ad gubernacula Reip. sedere intellexit; cum incredibili lætitiæ voluptate. Prævidebat enim literarum studia, in lucem atque splendorem sub doctissimo Pontifice revocatum iri; studiososq;, vel ex ultimis terris, ad aulam Barberinam celebrandam, ornandamq; honorum ac præmiorum spe advolaturos. Ad quam temporum, literarumque felicitatem oculis saltem usurpandam, ac Pontificem sui studiosum adornandum, Romam ab amicis non invitus attrahebatur. Sed profectionis causam, ambitionem, à cujus vel suspicione abhorrebat, potiùs quàm officium, visum iri nolebat: & postquam ex Circes insula, tanto labore tandem solvisset, si cantibus Sirenum illiceretur, ut apud eas hæreret veritus est: quare
in

in suam tandem Ithacam, ad optatissimum studiorum partum, se ex longa peregrinatione recepit. Tunc enimverò Perescii Musæum, ac tota domus, ex præsentis Domini regali propè liberalitate; qua videlicet non solum in literas earumque instrumenta ornanda, sed maximè in studiosos homines juvandos, colendosque deinceps usus est; ipsâ Alcinoi Regiâ, & magnificentior, & hospitalior evasit.

Delectum Romanæ aulæ florem, illuc aliquantò post Cl. Fabricii accessum secum advexerat Franciscus Barberinus Cardinalis; qui à Pontifice ad justissimum, fortissimumque Galliæ Regem, Legatus mittebatur. Porrò autem hunc, & nobilem ejus comitatum lautè adeò atque splendidè accepit Perescius, ut cum ipsis Regibus de magnificentia certare visus sit: admiratus, veneratusque in juventutis Principe, cùm maturã patrui Pontificis prudentiam, atque sanctitatem: tum maximè singularem literarum scientiam, & erga homines studiosos voluntatem. Atque ob illas excellentes primarii juvenis virtutes, ei usque ad extremum vitæ spatium, ita omne officium, cultumque tribuit; ut nullus fermè ex Gallia in Italiam trajiceret, cui non tantùm literas observantiæ, sicut eruditionis plenas, ad eum perferendas traderet; sed & libros, plantas, atq; animalia rara, peregrinaque, ad locupletissimæ bibliothecæ Barberinæ, hortorumque ornamentum. Cui vicissim humanissimus Princeps, maximas semper habuit gratias, & eadem epistolarum frequentia, similibusque muneribus retulit. Haud minori observantia ornatissimos & doctissimos quosque, ex celeberrima Legati cohorte coluit Perescius: Cassianum Putealem ante omnes, virum ob generis, virtutum, atque eruditionis claritudinem, summis laudibus, honoribusque dignum; cũ quo, morum elegantissimorum, & in optimas artes, eorumque cultores, prolixæ naturæ similitudine, sibi conjunctissimo; de omni studiorum suorum ratione, familiariter deinceps communicavit. Item cum Joanne Baptista Donio, qui ob ingenuitatem, aptumque ad omnium magnarum rerum scientiam ingenium, fuit ipsi charissimus. Istarum amicitiarum ibi tum, sicut Romæ demum aliarum, conciliator fuit Hieronymus Aleander, vir optimis artibus, summisq; ornamentis præditus, & ab adolescentia, Fabricii amantissimus, qui nobilem ejus, plenamque dignitatis, atque sapientiæ domum, præstantissimaque studia, tunc ita miratus est; ut unum omnium mortalium maximum atque felicissimũ Perescium, palam deinceps prædicare soleret: sæpiusq; cogitaverit, ex aulâ atque ipsâ urbe, ad ejus suavitatem, pretiosissimum-

mum-

mumque literaturæ thesaurum fruendum. Aquas Sextias migrare. Quo deinceps omnes principes viri, qui reipublicæ causa, ex Italia in Galliam, vel illinc ad hanc Provinciam traiiciebant, ex itinere diverterunt: ut hominem convenirent, penes quem erant commentarii, acta, & reconditiora regnorum instrumenta; quinque regionum situs, descriptiones temporum, populorum origines, leges, fœdera, bella; Regum victorumque primariorum stirpes, cognationes, atque successiones optimè noverat: sic ut nemini fundi, Domusque suæ ratio fuerit, quàm illi orbis nostri status atque conditio notior, ac nationis homines, magnarum peregrinarumque studiosi, illuc se conferebant, ad ipsum celeberrimumque ejus Musæum invisendum; in quod præclara, raraque omnia collecta, sub uno aspectu cernere erat; quorum conspiciendorum causa, antea mortales universum terrarum orbem peragrabant. Illa siquidem propè cuncta, secum ex peregrinationibus domum attulerat, tam ipse Perescius, quàm frater ejus Palamedes Fabricius Valauesius, vir humanissimus; qui ambo in studiorum, domestici victus, reique familiaris communitate, ita extra simultatem ad senectam vixere; ut nunquam alter cum altero in gratiam redierit. Ad ea porrò, nova quotidie comportabantur, non solum è tota Europa, sed ex Asia, Africa, Indica, atque novo orbe, cùm vetus hic noster, ejus inexhaustæ discendi aviditati non sufficeret: ita ut nemo ex ultimis terrarum oris ad has nostras appelleret, quin illuc inveheret plaustra, atque navigia rerum, naturâ aut arte admirandarum. Has enim in singulos dies ad eum mittebant, homines in celeberrimâ quaq; illarũ provinciarũ urbe, ac portu delecti, quorum opera, ad ea omnia diligentissimè comparanda, infinito sumtu ipse utebatur. Et cùm isti homines, sua quantũvis arguta sedulitate Perescio cumulatè satisfacere nequirẽt, sæpius ipse alios domo misit, ad omnes maris Ægæi insulas, montem Atho, Bysantium, Alexandriam, & ad miserandas illas Memphis, atque Carthagius reliquias suo nomine, atq; ære conquirerent, præter res alias novitate mirabiles, præcipuè vetustissimos codices, Græcos, Hebraicos, Arabicos, Persicos, Coptos, Æthiopicos, denique cùm cætera Asiaticæ, atque Africanæ antiquitatis monumenta, tum maximè priscorum Principum Ægyptiorum corpora, pretiosissimis odoribus, medicaminibusque condita. In quo profectò celebrata illa veterum Pergamenorum, Alexandrinorumq; Regum nec non Gallorum nostrarium, in bibliothecas magnificẽtissimè ornandas studia, regali planè animo æmulatus esse videtur. Ad suam hanc bonarum artium officinam, & sapientiæ, virtutisq; diversoriũ, omnes literarũ elegantiorumque artium studiosos peregrè advenientes, non solũ benignè admittebat Perescius, & bibliothecæ suæ totũ eis explicabat thesaurũ sed diutissimè illic retinebat, honesto, ac maximè liberali acceptos hospi-

hospitio quib⁹ demũ discedentib⁹, aliquot codices, nummos, & alia, quæ ad eorũ studia magis apta videbantur; omnia itẽ, q; ipsis opus fuerant, ex suâ re familiari largissimè dabat: quemadmodũ cæteris propè omnib⁹ literatis hominib⁹ absentibus, sibi nominetenus notis, quidquid in literaria, atque antiquaria sua suppellectile erat, quod ipsis, in lucubrationibus, adjumento fore arbitraretur; ultro nec petentibus, sæpiusque talium rerum ignaris mittebat. Si quid domi non esset, quod alicubi lateret, ut id quoquo modo ad illos perveniret, suaque deinceps quæ præ manibus haberent opera, polita, perfectaq; ederent; nulli labori, aut impensæ parcebat. Quos verò peregrinationes, rerum antiquarum, aut naturalium perquirendarum causâ, parare audiebat; ipsis commendatitias literas, jumenta, atque viaticum, de suo curabat: & ad eas suscipiendas, multos iisdem conditionibus ultro oblatis invitavit. Omnes denique, quos solo literarum, virtutisque studio, & fortunæ injuria calamitosos esse sciebat; quibus rebus indiguerunt, adjuvit, ære alieno oppressos levavit; vel illos optimatibus diligenter commendabat, ac multa illis sæpe impetravit; cùm apud omnes paulò humaniores Europæ Principes, maximam gratiam autoritatemq; obtineret: præsertim apud EMINENTISSIMOS CELSISSIMOSQ; VIROS, QUI GALLICI IMPERII CLAVUM HODIE TENENT, quippe qui, pro suo singulari litearrum amore, atque scientia, Doctos in oculis, auribus, atque complexu habent: & quæ sua est regalis magnificentia, atque magnanimitas; eos omnibus omnium ordinum hominibus, in beneficiis honoribusque tribuendis, anteponunt. Beneficæ, prolixæque adeò, Perescii naturæ testes oculatos, & ab ea ipsa locupletes, citare possum; non tantùm ex hac urbe, istoque consessu; sed vel ex ultima Syria, immensaque Libani altitudine, Amiram doctissimum apud Maronitas Antistitem; ex Magna Græcia magnum Philosophum Campanellam; ex Galliâ eruditum hominem Petitum, & multitudinem aliorũ, ex aliis provinciis infinitã. Innumerabilia itẽ liberaliatis, ac magnificentiæ exempla, vobis referre haberẽ; vix de Rege, nedũ de senatorii ordinis, censusq; homine credibilia. Cũ tamẽ, quod propius miraculo, quã fidei est, ipse quadraginta millia sestertiũ nummûm, hoc est unciã unã ex tota redituũ summa, in hanc solã vestrã urbẽ, singulis annis erogaret; quod & in cæteras Europę celeberrimas, eũ fecisse existimandũ est; partim in libros, aliaque hujus generis munera, huc ad amicos mittenda; partim in codices, statuas, æra, marmora, quæ hic indies eruebantur; vel eorũ saltẽ exemplaria & imagines pictas, fictasve; aut

aut in cerâ, gypso, vel chartâ madente impressas, sibi comparandas. Sed temporis me ratio; eruditissimi Academici; ut vela contraham, portumque tandem respiciam monet. Verumenimverò, vester iste vultuum ardor, animorumque intentio, sine dubio à me contendit, ut munus promissi omne conficiam; quo me vobis probaturum recepi, Claudium Fabricium longè omnes superasse; non solum singulari in literas studio, & largitate; sed quod demũ maximũ est, indefesso labore, incredibilique industria, in commentando, atque scribendo, de maximis quibusque artibus; quarum profectò, nullam partem intactam reliquit.

Historiam Provinciæ Galliæ Narbonensis, hoc est patriæ suæ, pluribus, magnisque voluminibus conscripsit; diligenter adeò, ut sive Antiquitatem, sive leges, pacem, vel bella, & Reipublicæ conversiones spectes; nihil est quod in illis desideres. Nobilium ejusdem Provinciæ familiarum origenes, suæque separatim, aliis voluminibus contexuit: & cùm Gens Fabricia Pisis oriunda esset; unde, annos quadringentos antè, bellica laude florens, in Galliam própagata est; Pisanam, ipsamque adeò Italicam antiquitatem; cujus summus amator semper fuit; iisdem libris præclarè illustravit; multa seorsim recondita, in commentarium referens, de Gothicis Regibus, qui Italiæ imperium obtinuerunt, ex antiquis nummis petita; sicut de Gallicis, quorum originibus, propaginibusq; nimia vetustate obscuratis, maximam attulerat lucem. Omnium denique rerum, quæ magnæ, ac memoriâ dignæ, suâ ætate gestæ sunt; venustissimos, ac plenissimos scripserat commentarios. Philosophiam, cui potissimum naturali, mirificè deditus erat, suis etiam scriptis exornavit atque amplificavit. Siquidem elegantem confecerat librum, de ludicris illis naturæ operibus, quæ certis regionibus è terrâ effodiuntur: scilicet de lignis, rebusque cæteris, à sua in lapidis, vel aliam naturam degenerantibus, de vastis item, immanibusque illis Gigantum, ut vulgus opinatur, ossibus; quorum magnam vim, ex longinquis locis, sibi advehendam curaverat: multa de illis, ut erat homo emunctæ naris, falsa odoratus. Plantarum verò peregrinarum, Indicarum in primis, singularem propè uniuscujusque pertexuerat historiam; nondum tentatis experimentis illustratam: cùm ipsas arbores, non solùm in stirpes generis planè diversi; sed in cornua, capita, aliasq; viventium animalium partes, prospero eventu insevisset. Quorum animalium naturam, modum, & pondus, vel ipsorum elephantorum, diligen-

gentissimè exploraverat; & singula eorum membra, etiam hominum, manu sua dissecuerat: oculos præsertim vastissimarum belluarum, atque cetorum, quos usque ad ultimas Gadeis, homines quæsitum mittebat: unde cùm de cæteris corporis partibus, tum de admirabili oculorum fabrica, atque munere, nova prorsus, & à nemine hactenus visa, literis consignavit. In Mathematicis illustrandis, non minus industriæ ut altissimam turrim, magno illarum artium instrumento refertam exstruxerit; ubi noctes serenas, in astrorum contemplatione pervigilabat: quorum non solùm altitudines, magnitudines, vel motus diligenter observabat; sed in illorum materiem, ipsamque adeò naturam, acri acie penetrabat; per vitrea illa specilla, quæ novo, ac verè cœlesti invento, remotissimas obscurissimasque rerum species, ad oculos dilucidè perspiciendas revocant: quibus perinde verum usum, ac nomen, invenit Galilæus Galileius, Mathematicorum sine controversia Princeps, Fabricioque nostro amicissimus. Eo instrumento Perescius tam cæterarum errantium stellarum, quàm ipsius Lunæ, varias facies, ac tenuissimas quasque, quæ in iis apparent, notas, & quasi maculas, sedulò inspectas, sibi depingi, ac in tabulas incidi voluit: adeò ut noster hic terræ orbis, nemini notior fuerit, quàm fuere Perescio cœlestes; præsertim illius, ut veteres Italiæ sapientes loquebantur, ἀντίχθονος. Cujus præterea defectiones, ipse tam observabat, quàm per omnes Mathematicos, attentiùs observandas curabat, non ut Deæ, cujus veluti alter Endymion, assiduus formæ spectator, atque mirator erat, laboranti succurreret; sed ut urbium, portuum, atque insularum, rata, certaque, & à quatuor extremis cœli cardinibus, & à se invicem intervalla, inde reperire, atque constituere posset: receptosque itinerum, atque navigationum errores tolleret. Res à solis hactenus, iisq; uno aut altero, maximis Regibus tentata: quam ad felicem exitum à Perescio tandem perductum iri spes fuit. Accuratas enim earum defectionum observationes, in celeberrimis veteris, novique orbis oppidis faciendas curavit: quarum omnium accuratissimam, atque ut Perescii verbum usurpem, palmarem, Neapoli à Joanne Camillo Glorioso, homine in Mathematicis disciplinis excellenti, sibique amico, venisse ipse ajebat. Ad hæc autem omnia, assiduè utebatur operâ Petri Gassendi, rerum cœlestium, atque Philosophiæ scientiâ Galliæ facilè primi, & Nicolao Cl. Fabricio intimi; sic ut domi per plures annos, unà cum ipso conjunctissimè vixerit; atque

illic extremum ejus exceperit spiritum: qui demum mortui nomen atque virtutem, gratâ memoriâ prosecutus, animam ad commentarios de Perescii vitâ scribendos appulit: easque partes, quas olim mihi sumseram, ab homine eruditissimo, atque amicitiæ consuetudine, mihi maximè devincto, præoccupatum iri lætor, immo verò etiam de eâ re Fabricii manibus gratulor. Operam ejus in vestra antiquitate, scribendo restituenda, præclarè positam; Academici, non queo silentio præterire, cùm nulla veterum Romanorum utensilia, nulla ornamenta, in ejus manus venerint, habuit porrò domi pleraque, de quibus scribtum non reliquerit; omnium autem uberrimè, atque diligentissimè; de ponderibus, mensuris, tripodibusque antiquorum. Omitto alia, quæ in reliqua literatura effecit opera. Ejus tantùm epistolas, in admirationis cumulum addam, quæ quidem sunt ita multæ, atque eruditæ, ut si nullum aliud scribtionis genus unquam attigisset: universum tamen omnium doctrinarum, & liberalium disciplinarum orbem implevisse, dici potuerit. Nullum enim adeò præclarum, vel rarum, in bonis artibus nasci potest argumentum, de quo Perescius consulens, vel consultus, ad eruditissimum quemque non scribserit; doctè, frequenter, & copiosè admodum, ut omnes omnium provinciarum urbes; suis non dicam epistolis, sed voluminibus opplevisse videatur, Atqui ut sciatis me non laudatoriè, sed Latinè loqui, quales & quantas ad hanc urbem missas habeatis, exempli causâ, nunc adeò ex me cognoscite. Extant propè innumeræ ad URBANUM VIII. Pontificem Maximum, & Franciscum Barberinum Cardinalem, illam bonarum artium cognationem, quam in ambobus optimis, doctissimisque Principibus omnes admirantur, complectentes. Extant ad Cæsarem Baronium, & Joannem Franciscum Vidium Balneum, Cardinales: Josephum Mariam Suaresium, Antistitem: Christophorum Puteanum, & Constantinum Cajetanum, omnes magnarum artium scientia insignes; de religione rebusque divinis: sicut de humanis, atque historia; ad Vidum Beativolum Cardinalem, & Augustinum Mascardum; ejus artis non solùm in hac urbe, sed in tota Italia facilè principes: de naturalibus verò iisque occultioribus, ac magis peregrinis, ad Cassianum Putealem, & Petrem Vallensem; utrumque tam hujusmodi doctrinæ, quàm cæterarum magnarum rerum laude abundantem. Extant de literis, quas humaniores vocant, linguisque tam veteribus, Europæis, Asiaticis, atque

Afri-

Africanis,quàm recentioribus, Gothica, Contabrica, Provinciali,atque perfectos.Item ad Franciscum Boncompagnũ Cardinalem, Vincentium Justinianum Marchionem, Mariam Felicem Zachiam, & Alexandrum Rondavinum ejus maritum,Stephanum Gualdum,& Claudium Menetrium; homines in antiquitatis reliquias investigandis, conservandisque diligentissimos; de statuis,nummis, gemmisque veteribus: tum etiam de codicibus antiquitus scribtis; ad summos pariter viros,Scipionem Cobellutium Cardinalem, & Nicolaum Alemannum : quos unicè dilexerat Perescius; hujusque demum mortui benignitatem,in aperiendis bibliothecæ Vaticanæ thesauris, vehementer posteà desideravit. Homines in omnibus doctrinis præstantissimos agnoscitis, Academici; qui eò libentiùs nunc à me citati,ac veluti recensi sunt,quòd propè omnes,sicut ipse Perescius,in hanc amplissimam lectiolim Academiam; ordinis nostri splendorem, atque gloriam illustrarunt,atque indies amplificant.Porrò eandem,majoremque Epistolarum vim, non solùm ad reliquas Italiæ urbes; Patavium maximè,ad Licetum,Rodium Argolium,& Thomasinum; homines in artibus, quas profitentur magnos: sed etiam Mantuam Carpetanorum,Lutetiam;Oxonium, Lugdunum Batavorum,Lovanium, Augustam, Vindobonã, & ad alias utriusque orbis celeberrimas urbes,claris,doctisque viris maximè florentes,perinde ac Romam,ab eo venisse existimate.Quibus quidem epistolis,non tantùm Transalpinas,atq; Cisalpinas,sed etiã cæteras omnes Europæas,ac barbaras nationes; humanitatis & doctrinæ cõmercio miscuit, atque consociavit: sicut bonas artes,& universa earum instrumenta; quæ in bibliotheca,ac mente sua reposita,ad omnium usus inde promebat; inter illas demum gentes fecerit communia. Quare de Fabricii doctrinæ præstantia,aut Musæi amplitudine, atque dignitate; ex ipsius scriptis,cæterisq; antiquorũ monumentis,quæ in ejus domo extant,minimè est judicandum: sed potiùs sic habendum, nullas in terræ orbe celebres esse bibliothecas, in quibus celeberrimæ illius Peresciana,pars aliqua non reperiatur; nullos libros nostrâ ætate,scriptorũ ad fastidiũ feraci, in lucẽ fuisse editos,qui nõ Perescii doctrinã,sicuti nomẽ præ se ferrent.

FINGITE vobis animo,Academici omniũ studiosorum unũ aliquod veluti corpus,in quo Claudius Fabricius, vice fungeretur partis illius in medio quietæ, cui alendæ reliqua membra,suo labore omnia quærunt; cujusque vicissim haud

ſegne miniſterium eſt,nec magis alitur,quã cætera alit: adeò ut univerſa ſtudii,atque doctrinæ pabula, ab omnibus ſibi undique compoſita, atque congeſta,inſaturabili legendi,diſcendique aviditate vorans,& acri ad meditationem, ſcribtionemque ardore maturè conficiens,in ſuccum, & ſanguinem verteret; quem in omnes demum partes, ad ingeniorum alimenta,pariter diviſum redderet: niſi potiùs Pereſcium, illuſtris illius, atque immortalis corporis animam fuiſſe dicamus; quæ totum moderaretur, ſingulasq; ejus partes,vi,ac numine ſuo conſervaret,atque augeret. Numen dixi, Academici: is enim qui ſat brevis, ſeptem & quinquaginta annorum vitæ partem alteram peregrè,& in aula tranſegit,alteram in curia, ad ſenatoria munera, bis quaque die diligenter obeunda; tot tamen, ac tam illuſtria,ſui in literas ſtudii, atque largitatis,ad æternam poſteritatis memoriam, monumenta reliquit; libroſq; & epiſtolas, operâ manuque ſuâ plures; quàm alii longævi homines,& privato otio abundantes legere ſolent; Latinè,Italicè & Gallicè diligenter conſcribſit: is inquam, mihi ſanè ſupra hominem putandus eſſe videtur. Hanc porrò divinam Nicolai Claudii Fabricii Pereſcii animam,nunc mortalis ſui corporis compagibus recluſam, ſuperas ſedes capeſcere,& in æterna illa,ac cœleſti domo,ætatẽ, quam hìc nobiſcum beatam duxit,inter ipſos divos beatiſſimam agere,vos Academici Romani,exiſtimare par eſt; & eam omni honore, qui Heroibus tribui ſolet,afficere. Præterquam enim quod ſumma integritate,atque innocentia vixit; præterea Romanæ Religionis,Cæremoniarumque maximè colens, & ad extremum ſpiritum retinentiſſimus fuit, pro aris,delubriſque fortiter certavit; ut ad illa plurimos reduxerit,ex iſto hominum genere,qui novis,atque alienis obſtricti religionibus,ab hac antiquiſſima, atque ſanctiſſima declinaverunt; vel apud illos,rei literariæ Triumviros, non ſine ſpe victoriæ adortus. Quamobrem erga hominem,de Romana Republica, tam multis nominibus optimè meritum,in decoranda ejus morte grati eſtote,Academici; & ſicut eam, jam publica laudatione eſſe honorandam putaviſtis; ita quidquid præ ingenii, facundiæque meæ, nec non temporis anguſtiis,minus ex amplitudine,atque dignitate argumenti, oratione exſequi potui; id demum in præſentia, ornatiſſimis,optimiſque veſtris verſibus præſtate: in poſterum verò, Heroi noſtro diuturnam pro brevi vitâ memoriam reddite: & quod ipſi gratiſſimum facturi eſtis,illius ſtu-
dio-

diorum veluti hæreditatem adite, & constanter tenete. Vos autem, Patres amplissimi; ad eam, ad quam vocati estis Reip. procurationem, ut excellentissimas omnes Nicolai Claudii Fabricii virtutes, maximis & omni genere laudis eminentissimis, (quales sanè estis) Principibus imitandas adhibetis: pergite porrò, ut facitis; atque ita in primis divinum ejus studium, regalemque liberalitatis magnificentiam imitamini, in eas artes promovendas, quib⁹ omnis vitæ honestas, elegantia, ipsaque adeò humanitas constituitur, atque continetur; nec non in homines, qui eas colunt, amandos, ornandosque honoribus, ac beneficiis; quæ sancti illi, atque religiosi majores vestri, in ipsos præcipuè collata voluerunt. Indignum siquidē esset eos jacere, quorum opera, atque vigiliis, summum à Deo datum, hominum generi, literarum bonum maximè viget: sed prorsus digni sunt, qui apud vos gratiâ, atque autoritate floreant. Si quidem principes viros, de se, suisque virtutibus bene meritos, æternis scriptorum suorum monumentis, adimortalitatem consecrant: sicuti contrà læsi, vel neglecti, notas ad ignominiam, nullâ temporis diuturnitate, nec armatis tyrannorum manibus eluendas inurunt. Quare à vobis minimè audiendi sunt quidam homines nihili, qui etsi numerus tantùm in aulis vestris, & fruges consumere nati sint, illic tamen ut vacua Belidum dolia, levitate suâ versatiles, & vanitate cassum, atque inane sonantes; maximas faciunt turbas, clamoresque, ac risus edunt; tam in hominum literatorum ingenium, moresque, quàm adversus ipsatum literarum usum, atque dignitatem literatis nihil innocentius, aut temperantius; Patres amplissimi; utpote qui studium, & tempus omne, quod isti vel ambitioni, atque avaritiæ, vel rebus ridiculis, atque turpibus dant, in maximarum, optimarumque contemplatione consumunt; nec sunt, ut isti vocant, difficiles, aut morosi, sed acres rerum æstimatores non contumaces & superbi; sed res homine ingenuo indignas, nec facientes nec perferentes: non obscuri; sed modesti: nō denique rustici, aut agrestes; sed antiqui, & contrà; unde etiam artes, quas profitentur, nomen invenere, humani. Literæ verò, quantum non ornamenti solùm, sed & præsidii in civitatibus bene constitutis afferant, vel ex hac vestra clarè patet: quæ ut olim afflicta, per earum neglectionem fuit; ita nunc doctissimus, sapientissimusque Pontifex verè COELESTI DONO, ac divino munere ipsi donatus causa est; quòd viget hodie vestra Respublica, quòd floret, quòd beata est, quòd deni-

denique, cùm cæteræ terrarum orbis partes, bellorum, aliarumque calamitatum tempestatibus, agitentur; una hæc (quod ei Deus Optimus Maximus proprium, ac perpetuum faxit) in pace, atque in otio conquiescit.

D I X I.


Longè copiosius, & integris quidem sex libris, illustris hujus PEIRESCI Vitam descripsit *Petrus Gassendus*, Diniensis Ecclesiæ Præpositus, & Parisiis Regius Matheseos Professor, cujus jam tertia editio eruditorum manibus assiduè teritur.

EPITAPHIUM.

HIC. SITUS. NICOLAUS. FABR. PEIRESCIUS.
AMPLISSIMI. ORDINIS. IN. AQUAR. SEXT.
CURIA. SENATOR.
CHRISTIANAM. RESURRECTIONEM. EXPECTAT.
RECONDITISSIMOS. ANTIQUARIÆ SUPPELLECTILIS. THESAUROS.
SAGACITATE. CONSILIO. LIBERALITATE.
CUNCTIS. ORBE. TOTO.
DISCIPLINARUM. STUDIOSIS. APERUIT.
DOCTISSIMIS. UNDE. PROFICERENT. SÆPE.
MONSTRAVIT.
MIRA. BEATITATE. FELIX.
SECULO. SATIS. RIXOSO. NOTISSIMUS. SINE.
QUERELA. VIXIT.
VIII. CAL. IUL. ANNO. CHR. CIƆ. IƆC. XXXVII.
ÆTATIS. SUÆ. LVII.
OPTIMO. VIRO. BONOS. OMNES. BENE.
ADPRECARI. DECET.

Posuit.
NICOL. RIGALTIUS.

Catalogum MSS. Propriorum Illustris hujus viri prædictus Gassendus in Auctario subnectit, quò nos Lectorem remittimus.



LAU-



LAUDATIO
Honori & Memoriæ
VIRI CL.
MARTINI OPITII,
paulò post obitum ejus
A. M DC XXXIX.
In actu apud Vratislavienses publico, solenniter dicta
à
CHRISTOPHORO COLERO.



Legimus alumnos Epicuri Magistri sui, qui summum hominis bonum in fluxâ ac periturâ corporis voluptate collocarunt, illam verò veram beatitudinem in virtute positam ne primis labris degustarunt, vicesimum cujusque mensis diem suo deliciarum Præceptori, quòd eo ipso in lucem editus crederetur, singulari ex religione aut potius superstitione celebrasse, ejusque imaginem in annulis, poculis, ac aliis utensilibus expressam, tanquam incitamentum quoddam animi gessisse, adeòq; tanto nomini diebus festis cum summâ veneratione assurrexisse. Christiana Antiquitas, ut aliis de Ecclesia benemeritis sacros dies, ita crastinum MARTINO festum esse voluit. Episcopo Turonensium in Gallia, à modestia, pietate & sanctimonia commendabili, ut qui invitus ad infulæ honores evectus, gregi suo devotionis, pro genio illius seculi, regulâ, & exempli sui perpetuâ censurâ bene laudabiliterq; præfuisset. Fabulas enim hominum otiosorum de piissimo hoc Præsule traditas, cujus nimirũ honori anseres proditiões pœnas luentes, victima quotãnis, more antiquit⁹ recepto, fierẽt, nõ moror. Rectius Orthodoxa Ecclesia hoc die memoriã DIVI *Mart. Luth*: qui tanquam Christianus aliquis Hercules Augiæ illud Stabulũ in cætu Christiano non sine divini miraculi argumẽto purgavit, & tãquã cõmunis germ. Præcept.

viam monstravit, quâ prævià DEI gratia fideque meritum Christi apprehendente rectà ad Thronum Misericordiæ, sine ambagibus per tesqua meritorum nostrorum, iretur. Nos verò in hoc ipso gravissimorum Virorum consessu, posthabitis illis quos dixi, hæc Martinalia non anserina, sed olorina, Memoriæ ac Honori MARTINI OPITII Poëtæ ac Polyhistoris, cum paucis comparandi celebramus; qui in hoc tractu Arctoo veluti quidam Musarum Hercules clavâ, ut ita dicam, ingenii sui, eruditionis atque industriæ, barbariem literarum & elegantioris doctrinæ, juratum olim hostem, per istam bellorum civilium diuturnitatem postliminio quasi redeuntem, acriter & fortiter stitit ac repressit. Is quemadmodum fictus ille Hercules exantlatis tot laboribus, & proditis tot victuris ingenii fœtibus, nuper Gedani in celeberrimo illo septentrionis Emporio, ex hoc mundi exilio, cum ingenti Orbis litterati luctu in cœlestem patriam, non à jove fictitio illo gentilium Deastro, sed à Christo Servatore generis humani, cui etiam in ultimo vitæ articulo verè pœnitens cum lacrumis animam suam commendavit, assumtus est: docens exemplo suo omnia nata mori, & quo illustriora ingenia, eò esse breviora, neque quicquam nobis relinqui præter dolorem ac desiderium. Me certè duo angunt, ut quid facto opus sit, quid minus, mecum hæream: hinc dolor, quòd tanto sidere Patriam, Seculum tanto ornamento, tanto Patrono me, moderatore meorum studiorum ac Amico desideratissimo, orbatum esse sentiam; illinc votum, ut dignum tanto Viro præconium contingeret, cui nunc supremum Christianæ pietatis & popularis humanitatis officium meritissimo suo præstandum esset. Sed tale votum quod vix summi hujus Seculi Oratores, defuncti amici, in Galliâ *Grotius*, in Batavia *Heinsius*, in Alsatia *Berneggerus*, in Saxonia *Buchnerus*, in Silesia *Henelius* pro ingenii & doctrinę suæ ubertate exsolverent, meam mediocritatem vel potiùs tenuitatem longè excedit. Sed velut duo me urunt & suspensum tenent, ita duo pariter in hoc animi angore solantur & reficiunt: Unum est illud, quod licèt verba & sensa magnitudinem argumenti non exæquent, in rebus tamen arduis conatus, etiam impar voluntati, aliquod laudis momentum habeat, quoque officiosa pietas excusationem: alterum vestra æquitas & faventia, tùm in defunctum, tùm in me omnium minimum, quæ me à tanto onere admirationis & stuporis tantùm non occumbentē sustentabit. Metallus, qui à subacta Macedonia cognomentum insigne retulit, cùm

Ei

Ei mors æmuli sui ob virtutis æqualitatem Scipionis Æmiliani nunciaretur, depositâ omni simultate, quam mutuam vivi alebant, Filios suos, quos in summa jam dignatione & auctoritate florentes vidit, memorabili voce ita allocutus est: Ite filii, celebrate exequias, nunquam majoris Civis funus videbitis. Idem nunc liceat mihi sine arrogantiæ aut adulationis specie palàm affirmare: Viri Silesii, Cives Boleslavienses, vix à Luce Literarum hic loci exorta, vel ætas majorum vel præsens vidit, vel postera facile videbit, præsertim hac Ingeniorũ & Studiorum inclinatione, Virũ & Civem in suo genere excellentiorem, poëtica facultate, masculo spiritu, majestate rerum ac verborum, antiquitatis, gentilis & Christianæ, exoticæ & nostratis, historiarum omnium temporum: populorum & locorum, harmonico virtutis & fortunæ concentu majorem. Si gentis dignitas, natale solum & patria divinis animalibus honoris aliquid ac venerationis conciliare potest, quæ Provincia domi & foris extra Germaniam ferè celebrior Silesia, ex qua noster oriundus? Quotacunque enim provinciarum nostræ, cœli indulgentia, soli clementiâ, situs opportunitate, ubertate frugum & metallorum, urbium, arcium & vicorum multitudine, magnitudine & munitione, ingeniis, moribus, studiis formâque Reip. comparanda est: Olim quidem Majores nostri Martis magis quam Phœbi exercitiis dediti, & Enniano verbo, magis bellipotentes quam sapientipotentes fuére: sed ab orthodoxia fidei Lux quoque literis & humanitati in alta illorum temporum pace affulsit. Ex quo olim Philippus Melanchton æquissimus nostratium hominum Censor, apud *Henricum* Ducem Silesiæ Ligium palam testatus est: Nullam gentem plures eruditos Viros in tota Germania habere quam Silesios: & paulò pòst: in nulla parte Germaniæ plures ex populo discere & intelligere doctrinas; nec plures ad Poësin & eloquentiam idoneos esse; produxisse eam provinciam *Ursinos, Logos, Rosinos, Langos*, quorum carmina doctissimi Viri in Italiâ laudassent. Simili pacto nuperis annis alius foris Silesios suum ingenium esse dixit: alius nostrum cœlum beatissimum ingeniorum patrem apud me appellitavit: alius cùm juvenem quendam Silesium cujusdam Principis juventuti præficiendum maximè suaderet, præferendũ esse illũ cæteris, vel propter gentẽ, ex quâ oriundus esset, cujus rei ipse oculatus testis existere possũ. Patriã laudare Rhetores fusè præcipiũt, sed iis, quibus jejũa ad disserẽdũ materia,

aut otii abundantia istud permittit aut persuadet. Laudum tamen tuarum campum alii & peregrini tutiùs pellustrent, quibus longè minus citra obtrectationem est! quàm ut ego faciam, ô dulcissima mea mater Boleslavia. Jactent se aliæ urbes templorum & Curiarum magnificentia, ædificiorum multitudine, mercaturæ abundantiâ, civium hac vel illa civili beatitudine: Ego te sitûs commoditate & amænitate ad nemora & plana camporum porrectam, aëris salubritate, terræ fæcunditate, paucis Silesiæ oppidis; Claritate verò ingeniorum nulli Silesiæ, paucis Germaniæ civitatibus secundam (quod præfiscini tamen dixerim) esse gratulatione & voto prosequor; quod præcipuè foris & domi æterno illo elogio & summâ titulorum prædicari jam tot annis merueris magnorum Virorum genitrix, educatrix, altrix. Tu ex ignobili prosapiâ oriundum in virtutem altiorem, & ex hac in fortunam eminentiorem extulisti excellissimæ ac principalis dignationis *Martinum Gerstmannum*, initiò Augustalibus Maximiliani Filiis in Studiis præfectum, postea in testimonium gratæ memoriæ *Rudolfi II.* feriâ commendatione ab Hierarchia electũ Episcopum Uratislaviensem; ac ut tempora illa permittebant, etiam ante Pontificis hanc electionem approbantis auctoritatem, (quod argumentum est præcognitæ in Viro Virtutis & clementiæ Cæsareæ atque benevolentiæ Procerum in Præsulem propensissimæ) supremæ Provinciæ hujus præfecturæ suffectum. Fuit ille quidem suę religionis retinentissimus, sed tamen in diversa sentientes non iniquus: quippe Silesiam, utut unum Reip. corpus, non ita pari conscientiæ jure retineri posse judicabat. Egregium hujus æquitatis ac moderationis in illo Præsule exemplum videre est, quod *Joachimum Bergium* Trium Impp. postea Consiliarium, virum doctrinâ & exquisita experientia inter sui ordinis homines incomparabilem, Patavii in ædes suas amplissimo Fuggerorum illustrium stipendio conductas, receperit. Quem cùm assiduè quidam hortatus fuisset, ut Romanam Religionem amplectens in patria Canonicatum, ut vocant, honesto studio ambiret, qui gradus sibi foret ad fastigium sedis Episcopalis; se ipsi certè pro amicitia consilio, ope, commendatione & suffragio non defuturum spondens: conscientiâ verò renitente monitis illius Consultoris parere alter non posset! *Gerstmannus* Præsul quem *Bergius* generis nobilitate, & fortassis etiam aliis virtutibus excellentior, sine dubio (ut ille ipse confessus fuit) in ambitu honorum prævertere potuisset, eo animo illum & benevolentiâ post Principatum assumtum, quâ privatus, prosecutus

cutus est. Nec sine piaculo prætereundus *Gerstmanno* tempore superior, sed dignitate inferior, functionibus interim Ecclesiasticis & Legationibus magnus *Henricus Sarstlebius*, Decanus Ecclesiæ Uratislaviensis, & Cancellarius Regis initio Ladislai & deinde Imp. *Frid. III.* Æneæ Sylvio, postea Pio II. Pontifici Romano (qui amicorum etiam lubenti animo ad Episcopatum Olomucensem evexisset, si *Sarstlebii* modestia passa esset) ut patet ex plusculis ad ipsum Epistolis, conjunctissimus; qui à Sylvio praeoccupatus erat, ut Cæsari auctor suasorque serius foret de recuperanda Constantinopoli, Orientalis Imperii Dominâ, quam illo imperante Turcarum tyrannus occuparat. Taceo *Iacobum Sarstlebium*, Godinum de Boleslaviâ, *Nicolaum* & *Petrum* de Boleslavia, à patria potiùs quàm gente, in meliore quàm eruditione ætate ita dictos, quos in fastis Senatorum Uratislaviensiũ comperimus. Prætereo *Hanevvaldus Bartholomæum*, *Carolo Rtemio* J C. ad aulam Turcici imperatoris, Legato à Secretis datum, in itinere fato functum, Paulum Fratris in illo itinere comitem, qui perlustratis Græciæ provinciis redux, modum ex ambitu retinuit, atque Aulicæ vitæ non quidem privatam & umbratieam, sed Consulatum in patria mediocrem dignitatem, præferre maluit. Simonem transeo, heic Uratislaviæ cum laude Cameralem, & bene de Cæsare atque patria meritum. Prætereo *Schavverum*, fabri ferrarii filium, devotionis ac prudentiæ prærogativâ inter suos electum Abbatem Saganensem: *Sebastianum Gerstmannum*. J C. & Antecessor em in Academia Viadrina, ac Sereniss. Electoris Brandeburgici Consiliarium: *Ieremiam Gesnerum*, præcipuum medicum: *Martinum Hilvvigium*, Philosophiæ Professorem Wittebergæ: & quem primo loco laudasse debebam, *Salemonem Gesnerum*, modò laudati Jeremiæ Fratrem, eximium illum Theologum, qui initio Uratislaviæ à Dudithio admirando Viro, Filio suo præfectus postea patriæ Scholę Moderatorem, hinc in illustri Stetinensium Pædagogio Professorem sacrarum Literarum egit; unde ex invidia Aulicorum quorundam, quos de fide suspectos fervido spiritus ac veritatis gladio vehementiùs perstrinxerat, Stralesundum & exinde Wittebergam cessit, fatis ibi concedens nō sine æterno posteritatis elogio, quòd fuerit strenuus incorruptæ Augustanæ fidei assertor. Hæc & plura alia Boleslavia sibi, Silesiæ, Germaniæ, sidera produxit, & posteritati Exempla dedit; inter quæ sorte quidem nascendi & fato aut dignatione, nonnullis impar, sed ingenio ac bonis animi, famæque celebritate OPITIUS eheu noster

vetut

- - - velut inter ignes
Luna minores

omnes supereminere videtur. Parentes Defuncti nostri inter bonos ac probos magis quàm inter nobiles & claros censendi; quippe illud fortunæ casus, hoc virtutis proprium est. Patrem autem habuit *Sebastianum Opitium*, matrem *Martham Rothmannam*, Senatoris Boleslaviensis Filiam. Hanc infanti adhuc lactenti præfestina mors præripuit; vel hôc tamen beatam, quod tantum Cœli depositum, tantum æternitatis pignus, filium ex sua indole corporis forma ac statu quasi figuratum, ut senes, qui matronam norunt, rei fidem faciunt, terrîs dedit. Pater hoc amisso scipione & baculo, senectuti suæ ac exilio infeliciter superstes, vir antiquâ virtute & fide, prudentique simplicitate pollens, à filii fama & æstimatione multum favoris & benevolentiæ non tam apud doctos, quàm apud ipsos lucratus est Principes & magnates, ut à prudentia tam naturali quàm acquisita satis idoneum censerent priores Patriæ Rectores, quem in senatum eligerent. In quo officio licèt laborioso & oneroso, ut ratio status exigebat, fidem suam diligentiamque, quantum & quamdiu licuit, ostendit; donec vicissitudini rerum prudentius cederet quàm pertinaciter, & frustra, ut alii obniteretur. Opitio puero, bella quidem, sed externa, Christiano nomine digniora, ac à plerisque Christianis Monarchis promota, à prudentissimis Viris suasa, contra juratum ac sanguinarium Christiani nominis hostem, Divi *Rudolfi II.* Imp. & totius Imperii auspiciis, ductu ac armis fortiter ac feliciter gesta, gliscebant: Sed in Germania tranquilla erat status publici securitas, ac mutua partium in conscientiæ negotio dissidentium confidentia & concordia; & in beato hoc pacis sinu studia doctrinarum, efflorescentibus undique per Germaniam ac ipsam Silesiam Academiis, Gymnasiis Scholisque, ut vocant, trivialibus spiritum ducebant, obviis magnis Evergetis, Mœcenatibus & Patronis. Sub hac felicitate publica Noster quidem natus est; sub eadem etiam, pueritiam adolescentiamque exegit: sed juventus ejus, & quantum virilis ætatis attigit, inter turbas, tumultus, bella transiit. Illâ itaque ætate Boleslaviensis schola provida Senatus cura, à longâ temporum memoriâ saluberrimis ejus auctoritate Legibus constituta, ac electis per id tempus illarum severis Exactoribus, quales nominatim *Helvvigius* & *Gesnerus*, cum cæteris, quorum mentionem paulò pòst faciam, firmata: minimè tamen rigidis ac crudeli-

bus

bus,qualem legimus in Chronicis patriæ manuscriptis Orbilium plagosum vel potius tortorem aut carnificem bonorum ingeniorum,qui conscius sibi tantæ carnificinæ, & fortitudinem atque justitiam interpretans, superbo & horribili titulo REGEM & MARTYRUM turpissimè gloriatus est. Hac occasione bonus ille Parens,sollicitus de recta filii Educatione & institutione,utendum ratus,in pietatis morumque domestica cura præcultum, patriæ Scholæ plenius erudiendum commisit,arbitrans,non sufficere nasci,nisi accederet bene nasci;quod in seminario illo Reip. officina artium,palæstrâ recti,quam Scholam nuncupamus, effici solet. Patri verò de salute tenerrimi sollicito animum erigebat, quod ex longinquo Virum tantum,quantum postea tot annos vidit(& quem utinam diu oculis & animis usurpandum ipsi & nobis DEUS concessisset) certa quædam signa prævia futuræ magnitudinis pollicerentur. Quæ quasi cunabula & elementa virtutis, animique processu temporis ad summum gloriæ culmen perventuri,certo cum naturæ experimento in primis statim annis dant gustũ.In puero statim indoles Opitiãa exsplẽduit,ut qui celeriter ad omnia recta & erecta, ad quæ natus, & à patre destinatus erat,ferretur.Ingeniũ facile,promtũ,& multa simulac magna capax,tam quæ Scholæ,quam vitæ necessaria,à puerili ætate discenda sunt;cujus facilitatis & promptitudinis indicium fuit memoria, omnia percipiens & fideliter custodiens. Tantus erat in puero antequam literas nosset,ardor discendi, ut viso libro tam oblectaretur, ac alii futuri Martis pulli ad equi adspectum, tubarum & tympani clangorem : & hoc argumento erat,illum fore olim vivam aliquam Bibliothecam, & omnem animi oblectationem positurum in colligendis, volvendisque libris. Quemadmodum verò Themistoclis dicterio ex ferocissimis pullis generosissimi evadunt equi: ita Noster venturus in virtutis adoptionem,in lubrico pueritiæ & adolescentiæ,ut ita dicam,freto,exemplo magnorum ingeniorum, titubavit, ac semel,ne semper insaniret,insanivit: sed quem in errorum turbine bona mens, succrescens ætas, parentis ac præceptorum monita à ferocia retinerent. Opportunè tùm ludo Boleslaviensium præfectus erat *Christophorus Opitius* Sebastiani illius frater germanus , Latinæ Græcæque Linguę callentissimus,ac disciplinæ,cujus usum in hac Schola supra laudavi,servantissimus,& in concilianda sibi benevolentia hominum singularis artifex;sed brevioris ævi,cùm sat a

Virum

Virum, patriæ vix ostensum, in primo ætatis flore inter egregios in rectè educanda juventure conatus præriperent. Hinc non tanquam Patruus, sed veriùs alter parens, non corporis, sed mentis, non fraterno, sed planè paterno amore puerum amplexus, fovit, produxit, ac prima ei pietatis & doctrinæ rudimenta instillàvit, donec decurso brevioris vitæ curriculo Lampadē Successori suo ac Civi paris laudis *Valentino Sanftlebio* traderet, ac quasi moriens illa bonarum mentium examina, formandos patriæ cives, proferenda Seculo ingenia & sidera in manum concederet? qui pœna & præmiorum indissolubili vinculo juventutum in cursu recti retinuit, ut quæ Rex ille à suis subditis conjuncta requirebat, à suis discipulis & timeretur & diligeretur. Atque ut Socrates sibi satis honori duxit, unicum habuisse Platonem Auditorem, quem pluris videlicet fecit, quam innumeros alios: ita *Sanftlebius* hanc gloriam secum in sepulcrum abstulit, quòd hoc miraculum & portentum Germaniæ primis artibus ac elementis præfinxerit; qui etiam lætis oculis hoc recens exortum sidus vivus vidensque usurpavit, uti ipse gaudium suum de educto hoc magno discipulo minor præceptor candidè inter amicos confessus est. Tantus inter utrumque mutuus amor ac singularis affectus, ut Patris & Filii nomina charitates invicem reciprocarent. Utique plusquam paternum *Sanftlebii* meritum erga se Opitius gravissimus discipulorum, honori & memoriæ defuncti Præceptoris publicè hac appellandi formulâ testatus est:

Scribere quod valui, Pater ô Charissime, vatem
Indigitat quòd me publica fama, tuum est.
Tu mihi vix puero Musarum sacra sequenti
Monstrasti fidâ culmina docta manu.
Nunc sileo, & lacrumis, quas solas fundere possum
Aspergo tumuli gramina mœsta tui.

Quemadmodum verò Præceptores & artifices excolendæ mentis, puerum peculiari curâ habuerunt, raram ejus indolem hortando acuerunt, pro virili suâ principia doctrinæ instillarunt, immò universa transfundere cupiverunt, suo in docendo abundè officio functi: ita quoque, generosus ille pueri animus se præbuit docilem, acrem, alacrem auscultando, ediscendo, retinendo, fideliter reddendo, interrogando, respondendo, legendo, scribendo, ac se totum ad doctrinam & exemplum præceptorum conformando. Inprimis puerum laus excitavit, gloria accendit, honor allexit. Itaq; ab Antagonista

nista (nam in schola Boleslaviensi crebræ commissiones de prærogativa loci & honoris certantium in alimentum honestæ æmulationis instituebantur) victus flevit, nec acquievit, donec victori suum locum extorqueret, aut in superiorem amisso eluctaretur. Alit enim æmulatio ingenia, & nunc invidia, nunc admiratio imitationem accendit. Noster ille in Schola commilites primarios & amicos progressu ætatis in privato lare & aulæ Ligiæ luce perpetuos coluit & peculiari affectu prosecutus est *Casp. Kirchnerum & Bernh. Guilhelm. Nüsslerum*: quorum ille non magis sanguine (quippe amitini erant) quàm æquâ virtute ipsi propinquus; hic ortu Fridlandus ad fines Bohemiæ, qui meam tamen patriam priore longè potiorem æstimans à primo literarum cultu illic percepto jus civitatis honestè ambiens assecutus est: Opitio nostro ex genuina ingenii, morum, studiorum ac vitæ aulicæ & litteratæ similitudine omnium, quantum scio, ad extremum vitæ spiritum longè conjunctissimus permansit: cujus candorem & fidem cum cæteris animi ingeniique dotibus passim Noster in suis monumentis posteritati testata fecit. Enimverò nactus indefesso studio aliquam legendi, & scribendi facultatem in liberâ & numeris adstrictâ oratione, jactis probè fundamentis plus superstructurus, ex parentum & præceptorum consilio Vratislaviam, & urbis & exemplorum celebritate incensus, tanquam in ampliorem bonarum artium mercatum missus est, ac statim in *Magdalenæam* concessit: cui tum dexterrimus ille Palæmon aut Epicharmus *Iohan Hœkelshafius* præfectus erat, qui statim cognitum adolescentis ingenium ad summa quæq; natum, & ad id domi præparatum amavit, fovit, amplexus, ac cæteris condiscipulis in exemplum digito quasi monstravit, idemque in lucem & conspectum summorum virorum produxit. Ejus verò potissimum commendatione magni nominis eâ ætate Medicis, Poëtis ac Philologis *Dan. Bucretto & Casp. Cunrado* innotuit. Quorum ille probatâ adolescentis magna spe & profectibus, dignum deprehendit, quem lectissimo suorum filiorum pari Danieli & Theodoro pædagogum præficeret: in cujus ædes, vel potius templum quoddam Oraculi, admissus, viro magno Patrono domestico aspecto, audito atque tacente etiam mirum quantum incendebatur, atque adolescens se ingenio, studiorum diligenti culturâ ac cupiditate gloriæ non tam commendabilem quàm admirabilem brevi fecit. Quemadmodum enim periti Aquileges ei loco conjiciunt aquas subesse,

ubi

ubi conspexerint vaporem mane attolli: ita ex prævio adolescentis ardore studiorum non immerito magnus ille magni hujus ingenii conjector spem maximam de luculentæ eruditionis & maximarum virtutum inexhaustâ scaturigine concepit. In hac prolusione ætas interea adulta allabitur, quâ in maturos annos cogitandum erat, cui studio se potissimum addiceret, & an vitæ, an Scholæ disceret. Usus itaque domestici hujus patroni & aliorum magnorum virorum, præcipuè *Henelii*, qui adolescentem ex musteo carmine ante amplexus est, consilio & judicio, atque expensis in utramq; partem consultorum rationibus, tandem Musas cum Gratiis, suavissimâ harmoniâ miscuit; cum studiis accuratæ Sapientiæ, non trivialis & spinosæ illius sophisticæ aut insipientis Epicureæ, sed Socraticæ, masculæ, cumque justo Christianæ temperamento sociatę, Eloquentiam non umbraticam & intricatam, sed gravem ac Politico homini convenientem, verbis splendidam, sensu validam atque auribus nostri seculi accommodatam conjunxit: planè ad mentem eorum, qui ut significarent, Mercurii ac Palladis studia conjungi oportere, effinxêre olim Hermathenam. Jam cùm magni sit res momenti, quibus aliquis Doctoribus ac ductoribus profecerit, & vel audita lectis, vel lecta auditis prætulerit: Noster ille audita cum lectis conjunxit; doctores in Gymnasiis & academiis publicos, sapientiâ & Eloquentiâ celebres audivit, ac inprimis admonitus Cl. Belgarum scriptoris Scriverii symbolo, legendo & scribendo omnem antiquitatem Græcam & Latinam, Christianam & gentilem sibi familiarem fecit, eruditionem excellentem sibi comparavit, comparatam cum publico communicavit. A Poësi, ad quam sorte nascendi, cœlesti mente ac Spiritu animoso & alto raperetur, præmetiũ famæ exorsus, fructum studiorum suorum ad patriam primã, ad Vratislaviam alteram magistram, detulit: donec tandem matura ac viro digna opera Augustissimo Cæsari, Sereniss. Regibus, Illustriss. Principibus ac Magnatibus Imperii & Silesiæ cum magnâ Cæsareæ, Regiæ ac Principalis Clementiæ ac gratiæ usurâ dignissimus Cliens & præco tantorum Dominorum consecrata dedicata offerret. Sed nescio quâ occasione, felici tamen, Vratislaviâ Bethaniam Illustris Schonaichii, studiorum olim insignis nutritii, concessit, ut studia & mores in Academiam magis magisque præpararet. Ibi commendatione tam propriarum virtutum quàm *Caspar. Dornavii*, in ædes seu potius quandam potentioris aulam receptus,

receptus; ac filio Magnifici Viri *Tobiæ Sculteti* de Schvvanentee in Brego-Schiz (quem tempore interregni Bohemici, postquam illustris Burghusius opportunâ morte incendio rerum publico ereptus esset, prudentia insignis, cum experientiâ, usuque rerum singulari conjuncta, in Cameram Silesiæ admoverat,) datus est Ephorus. Sed paulò post mutatus status nostri fortunam quoque involvit: qui exinde in Academiam Francofurtanam concedens per annum illic cum *Nüslero* suo vixit. Quâ occasione uterque, ille carminibus, hic eleganti & politissimo scripto, Laude Araneæ (credo ad æmulationem similis operis, in quo magnus *Gruterus* arcana Rerump. & Principum secreta moresque delineaturus erat, concepto,) Proxenetâ *Andrea Geislero* tum Cancellario Ligio, viam ad aulam & gratiam Illustriss. Celsissimique Principis *Georgii Rudolfi* invenit, sub cujus tutelâ ac umbra suavissimum illud par olorum postea securè vixit & cantavit. Hinc Orestes & Pylades in tempus distracti sunt; *Nüslerus* Lignitium in contubernium *Andreæ Geisleri* admissus, & per hunc, explorato ejus ingenio ad Principalem amicitiam nato, in aulam Piasti, Civilium ingeniorum veram palæstrâ, commisso sibi Epistolarum secretarum commercio, evectus est: Opitius verò in patriam redux, à parente cum necessariis sumtibus Heidelbergam in Nobilissimum illud Myrtiletum ablegatus est, tam ob Academiæ & Bibliothecæ, inæstimabilis illius thesauri, quàm Aulæ magnificentiam & decorum splendorem, ac inprimis Electoris eo tempore beatum ac tranquillum Regimen, Consiliariorum prudentiam & auctoritatem, domi pariter & foris in Imperio latè florentem. Quæ omnia quanta fuerint bona, nunc demum post amissa intelleximus. Sed istud opus plenum aleæ transmitto, ac ad Opitii fortunam ill c spirantem revertor. Heidelbergæ itaque tum maturioris ætatis ac judicii suffragio, tum ex aspectu & usu maximorum exemplorum, ingenii fertilitas, doctrinæ ubertas, judicii maturitas, ac, Varronis verbo, auctumnitas omnes vires cordis ac oris opes explicare cœpit: occurrentibus materiâ, occasione, fautoribus commendatoribusque, sine quibus nullum magnum ingenium emergere potest. Inter illos verò familiam duxit *Georgius Michael Lingelshemius*, Palatinatus verus Nestor, vitæ integritate & morum censurâ Christianus aliquis Cato. Hic est, qui olim *Frederici IV.* Electoris ante summum Principatum cum *Grünradio* quasi Burrho, ipse tanquam Seneca, juventutem rexit, postea ab

Ff ipso

ipso in Consilium Status adscitus, & ab eodem decedente Filio Successori paternus amicus instar pretiosi thesauri commendatus. Cujus divini senis, seu potius præmonentis oraculi, non fortunæ Principis, sed ipsi Principi consultum cupientis, moderata consilia si præ calidis illis, quæ primâ specie læta erant, tractatu dura fiebant, eventu tristia desinebant, valuissent, res florentiore loco essent. Hic ergò *Lingelshemius*, quo erat judicio & prudentiâ, & humanitate, Opitium Filiis suis in palæstrâ bonæ mentis exercendis, præ aliis præficiendum delegit, quem vel ipsa fama dignum monstrarat. Hic dubium & incertum est, utrum plus Patronus ille domesticus juvenem amarit, foverit, promoverit, in lucem & aspectum Aulicorum summorumque Virorum produxerit; an ille Cliens Mæcenatem suspexerit, extulerit, seque ad incomparabile exemplum composuerit, atque auctoritate illius omnia dixerit, fecerit, cogitaverit. In hujus sinu indulgentiaque Opitius lacertos ac toros ingenii movere cœpit, & ludicra, seria, vorsa, prorsa, Latina, Germanica, ubique ambidexter, lusit, condidit, publicavit. Egregios tanti ingenii fœtus non tam ipsi genitori, quàm seculo novum hoc sidus gratulatus est *Ianus Gruterus* (sed quis & quantus Vir! cujus ingenio, consilio, bibliothecâ publicâ ac suâ per biennium non sine fœnore usus est Opitius, qui etiam id beneficium reverenter, quamdiu vixit, agnovit, & mirificis laudibus extulit. Noster etiam illic loci non solùm vetera miratus extulit, sed etiam recentium speculator curiosus fuit, nec tam mortuis quam superstitibus ævi luminibus concolor fieri optavit, quorum copiâ Palatinatus & Alemannia tunc in alta pace luxuriabat. Quis *Hippolyto à Collibus* acutior, festivior, elegantior & prudentior, ac foris negotiis dexterior? Virum si nescis, ut Leonem ex ungue, ita ex monumentis perpetuò victuris, nominatim Principe Aulico, Rerump. incrementis ac decrementis, Arte silendi & aliis, ex legationibus item, potissimum illâ ad ordines Fœderati Belgii de tractandis duodecennalibus induciis, in qua multum ejus consiliũ & opera apud partes valuit, abunde cognoscere licebit. Quis in rebus imperii & Cameralis justitiæ peritior *Nicolao Cisnero* & *Petro Denaisio* JCtis? Quis antiquæ Eruditionis, rerum Germanicarum & arcanorum imperii ac sigilatim Palatinorum scientior *Marquardo Frehero*? Taceo cæteros in Aula & Academiâ, *Evenium, Reuberum, Vrsinum* & *Pareum* Silesios, *Gothofredum, Pacium, Xylandrum, Melissum*, utrumque ab Electorali Bibliothecâ, illum Græcæ eruditionis, hunc Lyrici carminis in Germaniâ
Prin-

Principes ac Signiferos. Ut verò Noster magnos Amicos invenit, ita etiam familiares ejusmodi, in quibus sua ipsius natura ipsum delectaret, quæsivit & invenit, quales erant, alter ille secundùm Turnebum Adversariorum scriptor *Caspar Barteus*, helluo Librorum & Eruditionis, cujus ille contubernio aliquandiu usus est; *Henricus Albertus Hamilton* speratum Daniæ suæ decus, nisi fato præventus fuisset; Julius *Zincrefius*, Emblematum & Germanicorum Apophthegmarum collectione clarissimus; Janus *Gbebardus* apud *Gröninganos* Historicus; & quem præ cæteris genio planè suum interiori affectui seposuerat, *Balthasar Venator* variâ per has patriæ suæ calamitates fortunâ jactatus, nunc in aliquem portum apud Bipontinum Principem delatus: qui nuper Epistolis duabus, alterâ Bipontini districtus, alterâ universæ Germaniæ faciem miserabilem graphicè posteritati illacrumaturæ oculis intuendam depinxit. Eo tempore fama *Berneggeri* Thaletis mei sapientissimi, diu velut arbor occulto ævo creverat. Piaculum juvenis noster existimavit, nisi etiam vultu facilem & dictu affabilem omnibus, oculis & auribus usurparet. Hoc igitur in Argentoratensi Academia viso aspectoque non tam virtutes prisci ævi in ipso eminentes, quam modestiam & pudorem viri omnia quietâ industriâ, sine ullâ ostentatione, dicentis & facientis, probè sancti & innocentis admiratus est. Vicissim hic curiosissimus ingeniorum æstimator, statim animadvertit, ut Opitium appellat, exoriens hoc novum sidus, illumque à posteritate, suum cuique decus pendente, Virgilium Germanicum dictum iri ex veri tripode prædixit. Argentoratum, urbem Poëta noster non tantum ab antiquitate & origine Romanâ, amplitudine ac Martis propugnaculis, ac invidenda illa turre, ad quæ vulgus stupet, quantum ab iis, quæ prudentiores suspiciunt, â pulcrâ Democratiæ cum Aristocratiâ mixturâ, ac immortali illic nato *Sleidani* opere studiorum mercatu, doctorũ copia & delectu rotundissimo Epigrammate, quod Galli Sonnettum, Sonnetto Itali vocant, decantavit. Hinc per Tractum Würtenbergicum Tubingæ Professores eximios, *Christoph. Besoldum* ICtum & Politicum, ac *Thomam Lansiũ* salutavit, atq; hic Heidelbergâ ad Patronos, Consiliarios vivos & mortuos, ac familiares & delicias suas revers⁹ est. Sed ut nullũ magnum ingeniũ est sine dementiæ mixturâ, nec compos sui satis quisquã ad Heliconẽ grassatus est, sic adolescẽtia ej⁹ paulũ hæsit ad cantilenas Sirenũ, qui morbus cõmunis ipsi fuit cũ magnis viris, præcipuè cum poëtis amandi magistris.

Quibus tamen Auctoribus invidiam culpæ nolo defendere, sed nævos ingenii ferendos aliquâ parte puto. Tam diu autem Noster Heidelbergæ studiis & civili conversationi operam dedit, quamdiu Germania pacata fuit. Moto rerum statu & incendio Bohemico latè faces spargente, Palatinatuque ex contagio viciniæ attacto, Opitius flammis se his publicis subterduxit, ac cum quodam Equite Dano migravit in Belgium, officinam Martis, domicilium Minervæ, Prytaneũ bonarum mentium & campum illum verè Martium. Pellustratis provinciis Ordd. Fœderatorum, fluviis, propugnaculis & fortissimis munimentis, tandem Leidam devenit, visurus tum urbem tantâ majorũ virtute, inter tot hostes, foris ignẽ, ferrum, undam, domi famem & discordiam civium, divinâ protectione, prudentiâ Senatus ex faucibus incubantis Hispani & jam tantùm non prædâ opimâ potientis ereptam: tum Academiam, illud Palladium Minervæ & templum Musarum, in quo magnus Scaliger oraculi loco consultus est, in quo Lipsius, Merula, Baudius aliique magni Viri docuere: tum verò *Scriverium, Vossium, Barlaum, Ruthgersium*, & inprimis delicium nostri ævi *Heinsium*, quem olim magnus Scaliger tanquam Filium suum tenerrimè amplexus est, & supra omnia ævi sui ingenia extulit, ac noster Carmine Germanico Phœnicem seculi & æternitatis pullum appellavit. Hinc ad alias divertit urbes & oppida, præcipuè Amstelodamum, illud nobilissimum & florentissimum Europæ emporium, quò, ut affirmat Belgicus scriptor, tot unico sæpe die ex diversis oris & regionibus appellunt vela, quot annus integer dies complectitur. Inde Hagam cum Equite suo pervenit, illam Hollandiæ olim Comitum sedem, nunc Ordinum Fœderatorum Curiam toto terrarum orbe celebratissimam, ubi de pace & bello & aliis Reip. negotiis non magis ad Belgii, quàm totius Europæ statum facientibus, interventu tot Regum & Principum sociorum per Legatos agitatur & decernitur. Laborabat autem tum temporis Resp. Batava intestino morbo, à nimiâ *Iacobi Armenii* subtilitate & ejus asseclarum studio novandarum rerum, ut interpretabantur, orto, cui Patres nationali synodo, ut vocabant, Dordrechti instituto, convocatis eò Gallicanis, Anglicis, Palatinis & Hassiacis, in partem cognoscendæ & componendæ controversiæ, ne quid Ecclesia isto dissidio detrimenti caperet, maturè medicari cogitabant. Exitus negotii tandem is fuit, ut nonnullis patriæ hostibus judicatis, nonnullis capite & fortunis, nonnullis carcere perpetuo damnatis, Reip. consuleretur. Quod

magnum

magnum exemplum si forte aliquid ex iniquo habuit: tamen quicquid fuit contra singulos peccatum, utilitate publicâ satis repensum esse videri potest. Hæc & alia documenta Noster intueri ac in animo recondere poterat. unde aliquando, uti pôst factum esse audietis, sibi patriæque Reip. quod imitaretur, excerperet, quodque fœdum incœptu foret, fœdũ exitu, vitaret & in aliis animadversum notaret. Hinc cum Comite suo Dano Equite in Cimbriam citeriorem profectus, in illo nidulo & halcyoniis pacis, cum aliàs in Bohemia exortæ turbæ lento contagio per totam Germaniam, imò Europam serperent, tempus suum scribendis de constantia libris fefellit. Quos & ex aspectu temporum, quibus non liceret scribere ac dicere, quæ sentiret, & tanquam victurum opus, nonum in annum, ut ajunt, domi pressos ante paucos annos in publicum exire passus est. Contigit postea, ut Bohemia a suo Dominô legitimo armis recuperata, Moravia item & Silesia certis conditionibus compositæ, paulisper respirarent, & Imp. *Ferdinandus II. Georgio Rudolfo* præfecturam totius Silesiæ mandaret. Hic Opitius ex Cimbriâ in patriam rediit, ac Pro-Regi diu Juvenilib⁹ cognitus, postmodũ à *Nüssero & Kirchnero* propius commendatus, relicto privato & obscuro vitæ genere in aulam concessit, ut in oculis Principis & prudentissimorum Aulicorum tanquam in verâ & Liberali ingeniorum ad Remp. natorum scholâ tyrocinium poneret publicæ lucis. Ibi pari Musarum & negotiorum studio magis magisque crevit, genio ipsum ac artibus ad istã vitam ferentibus, cùm, quod magnum artis præceptum existimant periti, plurimum faceret, minimum de seipse loqueretur. Hoc tempore duos illos *Heinsii* hymnos, alterum JESU Christi veri DEI & Hominis, quem *Casp. Kirchnero* inscripsit, amitino suo primario, Opitiani ingenii admiratori, alterum fictitii gentilium Deastri Bacchi, quem *Andreæ Geislero* Consiliario Cæsareo, & Cancellario Lignicensi consecravit, è Belgico idiomate in Alemannicum feliciter transtulit. Quibus editis speciminibus non tantùm domesticos Patronos, sed ipsum *Heinsium* sibi obstringebat, immò oculos omnium doctorum latè in se convertebat. Quippe his lectis Hymnis & aliis felicissimis ingenii partubus *Abrahamus Bibranus* Flos Literatæ Nobilitatis & Medulla (quod ornamentum tamen, & Opitio, & mihi, & litterato orbi, & Silesiæ paulò pôst imatura mors eripuit, nostroq; usui subtraxit) unicum Silesiæ ocellum nuncupare ipsum non dubitavit. Præclara de Opitio fama non intra Silesiæ & Germaniæ li-

mites se continuit, sed celeritate sua in ipsum Orientem transvolavit, ad Clarissimum & tum maximè formidabilem Principem *Gabrielem Bethlenium* Daciæ Dynastam, nec tam potentiâ & rebus felicissimè gestis, quâ restitutione Regii sceptri & diadematis, quod oblatum sibi, tandē legitimè electo Regi æquis conditionib⁹ reddidit, eoq; pacto cum Augustali Austriacorum domo, contra quā ipsum æmuli Reges, Principes & Resp. non semel exciverant, amicitiam redintegravit, præglorioſissimū. Is tum compositâ foris pace domi de ornamentis Aulæ & scholarū, ac instrumentis futuri seculi sollicitus, in tractu nostro per suos Actores inquiri curavit in summæ ac diversæ Eruditionis viros, quibus lauto stipendio & digno honore conductis suas ditiones ornaret, stabiliret, firmaret. Inter quos Opitius proxenetâ *Casp. Cunrado* Medico & Poëtâ Uratislaviensium celebertimo, ac illius ingenii & gnarissimo & amantissimo, Magno illi Orientis Principi comendatus fuit, ut esset singulare Albæ Juliæ, ubi Gymnasiū curâ & munificentiâ Principali efflorescere incipiebat, ornamentū & juventutem studiorū nimis ferā ac propè elementariā ad antiquæ Eruditionis & sapientiæ adyta rectâ & compendio deduceret. In functione illâ Professoriâ publicè interpretatus est Horatium & Senecā, illum Epicureæ, hunc Stoicæ sectæ, utrumq; tamen oratione masculâ ac sapienti præpollentem ac exactorē virtutis. Hac industriâ & dexteritate Opitius apud Principem recti censorē æquissimum, benevolentiā ac patrocinium, qui ipsum sæpe in aulā ad colloquiū & mensam doctis viris plenā vocari juberet, apud alios incultos & barbaros invidiā meruit. Maximus verò fructus hujus peregrinationis fuit, quòd Opitius, præmonente ipsum historiâ, latum ita campum habuit cogitandi de origine Gentis Dacicæ, de Decebali formidabilis illic Regis clade, & victoriâ Trajani & coloniis illuc missis: cui historiæ illustrandæ multas inscriptiones Romanas ex ruderibus corrosis & semesis lapidum fragmentis descriptas congessit, postea ex ingenio & ratione defectus in iis quosdā supplevit, falsa & dubia correxit, & ad *Grotium, Gruterum, Berneggerum* horum cimeliorum æstimantissimos transmisit, ut Augustissimo Antiquarū Inscriptionum operi tanquā Appendix addi possent. Ita renovavit noster exemplum *Augerii Giselini Busbequii, & Iohan. Leunclavii* Oratorum Cæsareorum, olim in Græcia veteris ævi cimel[illegible] non tam sibi quam orbi potius literario colligentiū. Hæc occasio & fortuna Opitio nostro animum accenderunt condendi opus illud laboriosum, ac æternitati Veteris Imperii Rom. destinatum, conquisitis hinc inde per omnes Biblio-

thecas publicas & privatas subsidiis? quod toties promissum sed tum desultorio Auctoris vitæ genere, tum mole & obscuritate, post amissos scilicet tot per injuriam vetustatis libros, impeditum & tandem dilatum, demum paulò ante fatalem diem, ut Beatus apud amicos professus est, finitum; desiderio & exspectationi amicorum satis fecisset brevi, nisi emittendi conatum Auctoris mors interrupisset. Cæterum Noster cum ex insolentia aëris Transilvani, soli ac hominum genio invaletudinem corporis & animi nauseam concepisset, permissu Indulgentissimi Principis, in signum principalis Clementiæ ab ipso Muneribus auctus, paulo ante secundū Transilvanicum bellum contra Austriam motum, tempestatem illam effugit, & in patriæ gremium tum transquillioris, ac ad veteres delicias cum fructu non pœnitendo rediit, & in umbram ac tutelam benignissimi sui Piasti se recepit, In Patriam itaque redux, cujus quanto desiderio in remotis illis oris teneretur ex Zlatna Ejus, hoc est, de Tranquillitate mentis composito carmine, apparet, opes illas Orientis & cimelia rara, oculis & auribus Principis, Patriæ, Amicis, sermone & scripto exposuit, ostentavit, publicavit. Inprimis verò Dacia antiqua ipsū totū habuit, in quo opere, omnē famæ suæ, ut ipse scribit, spem & fiduciā reposuerat, in quo extruendo nullis vigiliis, nullis lucubrationibus pepercit in tot volvendis & evolvendis Auctoribus, tot ventilandis, tot examinandis, tot confutandis rationib9 eorū, qui confisi suo judicio sine judicio diversissimas origine situ&genio gentes Getas & Gothos easdē esse voluerunt. Sed illud opus lentius successit, nō ob remissum Auct. animū, sed ob inopiā Col. Trajani, passim diu per Bibl. quæsitam, tandem post aliquot annos, nescio quo Iove inventore reperiam, & Commentario insuper in illam Alfonsi Ciacconii Card. Hispani illustratam. Quemadmodū verò pictores eas picturas ac imagines, in quibus omnes ingenii sui vires & facultates periclitantur, in ipso opere per vices seponunt, ac ad aliud quoddā opus accedunt, postea illud ipsum prius iterum in manus sumunt & diligentius consideratis lineamentis singulis, umbrâ & luce distinctis, emendant & illustrant, quicquid deesse videtur; sic magni Viri opus aliquod victurum condituri, cum intentius laborando remissionem sentiunt animi ac spirituum, telam orsam suspendunt, & aliquod diverticulum in amœnitatibus & lusibus quærentes, ingeniū seriâ curâ defatigatū reficiunt, quo respiramento facto acrius & alacrius opus iterum aggrediuntur, & ut posteriores curæ ac dies magistræ sunt priorū, longè accuratius vident, quę antea ipsorum aciem fugetant. Ad alia itaq; Opitius amœniora & venustiora per intervallū aliquod secessit; in quo Epistolas Dominicales & festivales anni, exemplo Posthii Palatini illius Poëtæ & Archiatri idem de Evangeliis facientis, jussu Principis Lignicensis, versibus reddidit, singulisque singulare carminis genus aptavit, ut melodiis Gandmelæ Galli Musici canerentur, Interea dum Opitio

Ludere quævellet, patrius permisit Apollo.

Iulius Guil. Zincgrefius amicus Nostri ac strenuus patriæ linguæ vindex, adhibitis in consilium aliis harum literarum callentibus, & tanti Poëtę famæ illstrandæ instantibus *Lingelshemio, Berneggero, Venatore*, aliisq; quorum è meliore luto finxit præcordia Titan, errantes longè lateq; Musas in unum corpusculum collectas primus, cum adjunctis aliorum poëmatis, non quidem contemnendis, sed Opitiano tamen genio longè, vel Auctorum ipsorum confessione, inferioribus, Argentorati publicis typis excudi curavit. Quæ Editio post lapsum biennii novam, multis accessibus auctiorem, novâ curâ luculentiorem, & mundicie ac politurâ elegantiorem ipso volente & curante Auctore maturius lacessivit. Porrò ne tædium aut satietas loci, rerũ aut hominum sibi & aliis oriretur, interdum excurrit in urbem patriam, cui quantum se debere fateretur, & quantum eo solo, in quo initia vitæ, doctrinæ & boni omnis accepisset, delectaretur, multis carminibus & Præfatione Libelli, de Germanicâ Poësi ad Ronsardi formam compendiosè scripti, testatum fecit; interdum etiam amicos & patronos animi gratiâ in prædiis suis invisit, ac urbis turbęque fastidium deliciis ruris & solitudine edulcoravit. Immò pedem etiam extra Silesiam ad Hermunduros & Saxones extulit, ut Lusciniam illam ad Albim vultu usurparet, *Buchnerum*, cum quo fermè in contubernio per integrum semestre dies colloquiis eruditis ac Sermonibus Socraticis traduxit, ubi Troades divinam pridem illam Senecæ Tragædiam à se versam publicæ luci dedit. Ea occasione famâ & nominis celebritate allectus in Aulam Potentissimi Electoris Saxoniæ, Amicos *Seuffi-m* Poëtam & Poëtarum studiosissimum, & *Anesorgium* Electorali juventuti præfectum salutandi causâ: ac postmodum in almam magnorum ingeniorum nutriculã continentissimam, Aulam Literatissimi & omni genere cumulatissimi Principis *Ludovici Anhaltini* à *Daniele Eremitâ* Legato Etrusco aliis prælatam, excurrit, tum hunc ipsum Evergetam studiorum & in solvendis Poëtis Augustum aliquẽ veneraturus: tum amicos ejus ornatissimos, *Tobiam Hübnerum* versione Salustii Bartasianarum hebdomadum & Legatione paulò ante Anhaldinæ Illustrissimæ Domus nomine ad Principem Silesiæ Lignicensem susceptâ sibi cognitum, uti etiam *Dietericum VVerderum* versione operis Tassiani de recuperato regno Hierosolymitano celebrem compellaturus. Hinc in patriam redux gratus fuit & Principi de aulicis & amicis

micis omnibus. In hoc absentiæ Opitianæ intervallo Ligius Princeps à parricidâ non nominando, nobilissimæ & in Ligiam domum devotissimæ familiæ excremento, patriæ in his turbis regendæ divinitus servatus est. Ausi nefarii non aliud præmium sibi nequissimus bipedû conciliavit, quàm quòd æternam infamiam sibi ac maculam generi suo inussit. Sed cum Opitius vix è vicina Saxonia in patriam ac in Aulam se recepisset, commodè accidit, ut ab Illustrissimo Principe, boni publici causâ promovendi, in Augustalem Cæsaris Aulam Consilio & Eloquentiâ promtissimus *Casp. Kirchnerus* præ aliis dignus visus esset, qui ablegaretur. Hic Legatus Opitium Comitem itineris & consortem quorundam negotiorum adscivit, ut non tantum Fulmen illud Majestatis Imperatoriæ, ac pariter benignissimum Austriacæ Clementiæ sidus, Serenissimos Filios Augustales spectaret, verum etiam potentes Cæsaris amicos ac magnos Imperii illius maximi Adjutores, quos Oculos, Manum, Mentem Augusti Domini appellare licet, inprimis *Nostitiam* Imperialis Aulæ Consiliarium Amplissimum & Silesiæ tum temporis singularem Patronum salutaret. Ad quem Opitio nostro tum Legati valida commendatio, tum magis excellens juvenis virtus & præcepta passim fama de felicitate carminis scribendi aditum fecit. Ac tunc opportunè gloriosissimæ. Serenissimi Archiducis *Caroli* inter summam futuræ gloriæ spem præerepti memoriæ Epicedium Germanicum condidit, quod in gratiam exterorum quorundam potentiorum, Latinum quoque reddere jussus est. Atque hoc fuit initium & gradus ad Cæsaream clementiam, honores & dignitates, quas paulò post accurante *Dohnano Burggravio* meritissimo suo adeptus est. Post reditum desultorio & vago vitæ genere vixit, cum eum nunc Uratislavia, nunc Brega, nunc Lignitium nunc hæc vel illa Aula, nunc Nobiles amici, nunc docti viri & alienâ musea tenerent, ut verè ipse de hoc statu affirmaret, se domi peregrinari. Sæpe se Aulæ invito Principe subtraxit, in Patriam secedens, ut in tranquillo secessu ac nidulo paterno satur honorum, negotiorum, splendorum, quæ indulgentia Principis ipsi obtulerat, recognosceret, quantum beatitudinis sit momentum, in secreto lare delitescere, & in literis, sine quibus homini sapientiæ studioso vita non vitalis est, tranquillè & securè vivere. Quemadmodum verò puellam virtute, moribus, formâ & dote insignem certatim proci hinc & inde ambiunt: ita Opitius à summis, medioxumis & imis petitus est. Sed suam operam multis negavit, nonnullis addixit. Quanquam enim animo volvebat profectionem in Gal-

 liam,

liam, ut florentissimum illud armis & literis regnum perlustraret, ac sidera non tam Galliæ quàm totius Europæ, quæ hactenus in scriptis & famâ traduce veneratus erat, coram adspiceret & coleret, cujus itineris nullo suo cum sumptu, fructu autem maximo conficiendi pulchram occasionem offerebant quidam Equites Silesiæ, quorum à studiis & moribus esse rogabatur: fata tamen & fortuna hominem negotiis majoribus aptum & commodum luci publicæ destinaverant. Nam dum intra spem metumq; fluctuans, quodnam vitæ genus institueret, Illustris Baro *Dohnanus* cui à *Kirchnero* ab ingenio & expediendi promtitudine pridem fuerat commendatus, annuente Principe, cum Opitio lautis conditionibus transegit, ut esset sibi ab Epistolis secretis, ac iis ad summos Magnates, cum quibus ipsi ratione status publici & muneris à Cæsare commissi multum commercii erat, dirigendis; uteretur interim quâ vellet libertate sentiendi, otio verò frueretur apud se literario. Hæc omnia ex lege Conventionis sanctè inter utrumq; servata sunt. Illustris enim *Burggravius* ex suo ingenio, sideris instar ad omnia celerrimo & igneo, similes ministros requirens, statim Opitium studiis ac rebus gerendis natum, seculi moribus ac auribus accommodatum inter ipsa negotia & dextertima ministeria exploravit, fidemq; ejus & in arcanis silentium deprehendit. Unde ipsum ad Principes & Magnates ablegavit, ut nomine suo quâ valeret concinnâ & decorâ oratione, suis usibus animos inflecteret. Inprimis usus est illo in Epistolis ad Pontificem, Cæsarem, Reges, Principes, & quoscunque alios eminentes exarandis. Quo concordi instituto & Dominus & Minister, quisque suo gradu, summis orbis Monarchis eorum magnis amicis commendatissimos se effecére. Enimverò præter cæteras dotes in Nostro fuit conciliandæ ut omnium hominum ita præcipuè Principum & potentũ gratiæ ac promerendi amoris, comiter se gerendo facundè alloquendo, efficax studium ac planè singulare quoddam artificium: quo non magis Domini sui indulgentiam ac munificentiam provocavit, quam aliorum & interdum odio partium & invidiâ personæ alienorum animos conciliavit, & ad suos usus adjunxit Scipionis quasi Africani exemplo, in quo tantam fuisse legimus comitatẽ atque ad omnia naturalis ingenii dexteritatem, ut barbaros etiam ac hostes infestissimos facundè alloquendo sibi conciliarit. Nec sola hæc virtus aulica suffecisset, nisi etiam tempori ex Politicorum præcepto inservire potuisset, nisi frontem ex aspectu utilitatis publicæ aperire,

glo-

mentem autem tegere didicisset, nisi mores & vultum non in gloriam aut voluptatem, sed rei agendæ causâ fingere, non uno quidem semper gradu, sed unâ viâ iter ambitione & periculis vacuum pergere, adeoque non eundem in mari publico cursum, sed portum tenere scivisset. Quid de modestiâ Ejus dicam? Opitius arte & flexu dextrè utens, nullius sponte servilis sententiæ Auctor, sed quoties necessitas ingrueret, prudentiam attemperans, multa sinistrè ab aliis detorta, in melius pro virili interpretabatur: quo temperamento effecit, ut apud *Dohnanum* & alios, æquabili auctoritate & gratiâ vigeret. Nec gestis, quod alii gloriosuli cum suo damno faciunt, suis exultavit, sed gloriam rei effectæ ad Dominum suum retulit, atque ita virtute in obsequendo gloriam absque invidiâ invenit. Quid de silentio proferam, optimo illo atque tutissimo rerum administrandarum vinculo? Noster & res magnas tacere æquâ arte calluit; arcanus ipse in commissis sibi nec arcanorum curiosus scrutator, cum, monente oraculo Corneliano, abditos Principum sensus & si quid occultius parant, exquirere illicitum æquè ac anceps sit. Cæterùm rogatus, ubicunque res postulabat, fortiter nec obnoxiè sententiam dixit, interdum & joca seriis miscens, ut erat verè Apophthegmaticum ingenium, aut Laconica brevitate, utens verbo sensum expressit, quod in animo haberet illud:

Ridentem dicere verum
quid vetat?

Sed quid aulæ convenit cum privato lare, cujus Opitius antehac tantus erat cultor? quid negotiis cum otio? quid ambitioni honorum cum animo sua sorte contento? illa omnia Opitius antea sprevit, & risit, hæc elegit, amavit & voluit. Apage quisquis ita senserit. Aula non omnis Tranquillitati bellum indicit: Dohnana certè fuit vera palæstra exercendarum virtutum. Licuit illic animum spissâ negotiorum mole, remissione ac otio opportunè reficere. *Burggravius* ipse doctus heros & doctorum admirator, qui ex veneratione eruditionis & ingenii præcipuè Opitium, in suum convictum adsciverat, nonnisi à doctorum, inprimis dilecti Opitii colloquiis, quos in mensâ convictores, in deambulationibus socios, in itineribus comites sibi jungebat, voluptatem & remedium tædiorũ petere solebat; exemplo *Severi* Imperatoris, qui in rebus negotiis imperii arduis à Literatis, iis maximè, qui historiam norunt requirebat, quid in talibus causis, quales in disceptatione versabatur veteres Imperatores vel exterarũ gẽtium fecissent.

Quo-

Quoties mensæ Dohnanę, Proceres, Legati, aut alii in togâ & sago summi viri interessent, & de ratione status discursus reciprocarentur, de Pace, de Bello, deq; omnibus Reip. negotiis: Opitius à Mæcenate suo illis monstratus, deque sententiâ rogatus, liberè semper, quid sentiret, respondit, atque quo erat artificio conciliandæ benevolentiæ, & sagacitate judicii, omnium animos hoc modo sibi conciliavit. Credunt Anniballes & Cleomenes, qui togati sunt & libris addicti, quique serio nunquam hostem, nunquam castra viderunt, nunquam denique partem alicujus bellici muneris attingerunt, eos non posse judicia de bello militiæque muniis ferre: sed noster ille pro suâ prudentiâ judicioque tam naturali, quàm per doctrinam ex historiâ bellorum officinâ acquisito, & longo rerum usu apud Mæcenatem suum, qui in pace & bello, consilio & armis eminebat, aucto, inter sagatos prudenter disseruit, & quid facto, quid non facto opus foret, distinxit. Ubi ille sobriè judicantibus non modò censore suo *Dohnano*, sed aliis etiam summis Ducibus, oracula Martis loqui visus est: non secus, ac *Brissaco* Gallorum Duci *Georgii Buchanani*, qui tum illius filiorum studiis præfectus erat, prudens consilium nec exsors boni eventus arrisit. In circulis omnibus, in conviviis in tonstrinis, in tabernis multi sunt otiosi & curiosi, qui, exercitus quomodo ducendus, ubi castra metandum sit, sciant, quæ loca præsidiis occupanda, quando cum hoste confligendum; quando quiescendum sit, pro opinione suâ consilium somnient, qui vota pro studio aut odio partium præcipiant, qui victoriam ante triumphum canant, aut falsâ nuncient: cur non solidè versatus in literis Politicis & Historicis, negotiisque aulicis probe subactus aliquis de belli statu & militiæ studiis judicare ausit & rectè possit? Ac ut togatis quibusdam judicium de bello & militiam concedimus: ita nec sagatis & militaribus, naturali prudentiâ pollentibus artes pacis, q[illegible] in otio civili sit regendum imperiũ, deesse semper, [illegible] sis jurisdictionis paulò obtusioris petitum, c[illegible] exercere non posse, statuimus Castra quid[illegible] sub summo Præfecto Copia[illegible] *Bechm*[illegible] pitius: sed excursio[illegible] [illegible]o- stremissimi[illegible] factum [illegible] tos illo[illegible] s[illegible]

vineta cæderentur, in his festivis & aculeatis versibus pepercit. Ita postquam castrensem vitam plurimæ fortunæ egentem videret, & quartâ Lunâ natum se, ac Sejano equo, ut facetè jocatur, infelicissimè vehi se putaret: castris valedixit, & procul à Belli fulmine esse maluit: Martem vero divino hymno potius, (si ita cum gentilibus Christiano loqui liceat,) quàm victimâ sui placere voluit. Inde consilio, calamo & linguâ pugnaturus barbariem veterem suum hostem aggressus est; quam certè per ista infelicia bella nostris oris, scholis & cordibus incubantem fortiter adhuc repressit, donec Deus sineret. Quotiescunque enim Burggravius vel in castra, vel ad alia Cæsaris munia peregrè iverat, cum Libris veteribus suis amicis in gratiam rediit, quorum usum etsi nunquam planè dimiserat, tamen paulò majorem nactus, quotiescunque negotiis herilibus solutum aliquâ ratione se videret, cœpit concesso otio totus perfrui. Inprimis verò ad seriam & altam curam Daciæ suæ animum applicuit bona fide. Quod si tot libris legendis, tot monumentis evolvendis falsis emendandis, obscuris illustrandis ac perpoliendis, tot laboribus & lucubrationibus exantlandis defatigatum se persentisceret, ad carminis amœnitatem, tanquam ex jactatione in tranquillitatem, ex oceano in portum refugit; atque ita nullum tempus in negotio & otio sibi frustra elabi passus est, omnesque horas collegit & dispensavit, ac à se officii rationem ex præcepto Samii Philosophi exegit. Quoties etiam pangendi carminis satietate & tædio occuparetur, illud vel foris commercio literarum ad viros aut dignatione aut eruditione celeberrimos & amicos, quos sibi foris claritudo eruditionis & celebritas famæ latè per Germaniam, Belgium, Galliam, Angliam, Poloniam conciliaverat: vel domi civili conversatione, animâ & sale humanæ vi[illegible]erfamiliares, quibus & legendis cautus semper fuit [illegible]is constans, excussit. Foris præcipui erant Lin[illegible]mmunis noster Thales ille. *Gruterus*, *Berne*[illegible], *Heinsius*, *Salmasius*, *Tilenus*, *Rigaltius*, [illegible]iam plurimi alii, quorum nomina in æternita[illegible] famæ ore versantur. Domi erant ipsi conju[illegible]r *Kir*[illegible]*rus*, & *Bernhardus Gui*[illegible]*nus* [illegible]ui[illegible] fata fratres sodales, qui [illegible] pri[illegible]ori[illegible]orum cursu præmessi [illegible]lia[illegible] & hortatu Amplis[illegible]i co[illegible]tque ab altero suo [illegible]etat[illegible]at, quod ille multis aliis

aliis illustribus & amicis officium lubens præstitit. Si hic recensere vellem omnes Patronos, Fautores, Amicos, primi, medii, imi subsellii, Principes, Comites, Barones, Equites, Consiliarios, Senatores, hujus & aliarum urbium, diversa sentientium de religione, Reip. statu, literis hominum; quos ingenti festivitate, sale & Socraticis sermonibus, morum concinnitate & urbanitate quasi licito & honesto excantamento & philtro ad amandum, colendum, fovendum, extollendum Opilium allexerat & sibi devinxerat; citiùs tempus quam sermo ticet in maximâ magnorum nominum copiâ me deficeret. Cæterum otii sibi a *Dohnano* concessi rationem satis lautam reddidit, editis Panegyricis Cæsaris, Principum ac aliorum virorum honori, mortuorumq; memoriæ scriptis, quo pulcherrimo & regio plane scribendi genere plurimum delectatus est, ac eo ipso in gloriam veterum Panegyristarum feliciter assurrexit. Quemadmodum verò volucris non adsueta est in nidulo suo hærere, sed liberrimo per infinitos spatiorum tractus gaudet aëre frui: ita & Opitii cœlestis mens motu gaudens uni Silesiæ, uni Vratislaviæ, uni Musæo se includi pati non poterat. Ac tametsi olim in desultoria illâ & juvenili peregrinatione, cujus supra mentionem fecimus, fructum ejus rei aliquem præceperat: nec plenum tamen illum, nec totum, certè vix doctrinæ non æquè prudentiæ comparandæ aut moribus hominum pernoscendis parem, degustasse sibi visus est posteà, cum communi errore deceptum se diceret, qui lustrandis regionibus adolescentiam potius quàm sagaciorem ætatem occupasset, & quidem illis, quarum maximè mores, & instituta Reip. ac hominum ingenia scire è re patriæ foret, præcipuè Galliis, licet non tàm suâ voluntate, quàm necessitate procul habitis. Jam igitur occurrente opimâ occasione, *Dohnano* sumtus itineris Gallici liberaliter pollicente, maturo ævo, maturò judicio, ad portum variæ prudentiæ cursum directurus, voto suo & desideriis satisfacere decrevit. Antequam verò se huic itineri indultu Patroni sui accingeret, præ gaudio animi per tot spatia terrarum evolaturi, de peregrinatione, in divinâ suâ Herciniâ, Colloquio Bucolico, in quo Trigam lectissimorum & virorum & amicorum Diologistas, *Buchnerum*, *Nüslerum* & *Venatorem* introducit, festivè ita philosophari voluit: Nihil in mundo absque motu & peregrinatione perpetuâ esse: solem illum moderatorem temporum & illustrissimum siderum principem singulis diebus per orbis terræ vastissimum spatium circumvolvi; Lunam & universum siderum,

ſiderum, Lucretiano verbo, ducatum circuitione certa circumagi: atque eadem ſuo jucundiſſimo aſpectu diſcurſantes ſolari, navesque domo illas errantes in curſum rectum dirigere: mare per vices certis horis defluxum & refluxum inſtituere: quadrupedia ex nemore in nemus errare: piſces è mari in flumina deſcendere: volucres vere ineunte gregatim adventare: uno verbo totam naturam nos ad peregrinandum invitare, deque patria tandem non hac caduca tot morbis obnoxia, ſed cœleſti & æterna ut cogitemus, monere. Erant quidem avocamenta, quæ inſtitutum Opitii impedire poterant, patriæ charitas, charitatum omnium maxima, ſtudiorum ac librorum familiaritas, parentis ſuam ſpem in filio unicè figentis ſenectus, tot amicorum conjunctiſſima neceſſitudo, & ut ipſe facetè jocabatur, amicarum blandiſſimarum Sirenum amabilitas: ſed mens altiſſima cupiens, utilitas publica & privata, Galliæ nobilitas, illa humanæ felicitatis epitome, ille delitiarum omnium paradiſus, ille mundi ocellus, illa univerſi gemma, illud ſerenantis fortunæ domicilium & regio, ac præcipuè Burggravii *Dohnani* perſuaſio, de ſtatu illinc cognoſcendo inſtructio, magnorum virorum, quos ſibi ſcriptis & literis amicos pridem conciliaverat, coram intuendorum ſalutatio, maturando itineri auctores & ſuaſores erant. Profectionem itaque aggreſſus è Sileſiâ Dreſdam petiit, tum Electorem Sereniſſimum, cujus gratia pridem fruitus erat, tum etiam amicos ſalutandi causâ, inprimis *Seuſſium* Silentiarium illum, Poetam ipſum & Poetarum amantiſſimum, & *Anesorgium* Principibus juventutis Electoralis præfectum, virum variæ doctrinæ, linguarum hominum & rerum cognitione præſtantiſſimum. Hinc Lipſiam conceſſit, & præter Academicos Profeſſores *Caſparem Barthium*, illum magni nominis Criticum, ſuum olim contubernalem dulciſſimum, amplexus eſt. Inde in Thuringorum illuſtri *Gothano Gymnaſio Iohannem VVeizium* eruditiſſimum Philologum, illic Rei ſcholaſticæ ſummum Præfectum, compellavit: poſte, rectâ Hanoviam, ubi *Iohannem Philippum Pareum* ſalutavit, & Francofurtum, celebratiſſimum illud Europæ emporium, porrexit, & in eo clariſſimæ eruditionis antiquæ & novæ, omnium ætatum rerumque inprimis atque ſecretorum imperialium cum *Hortledero* proditorem fideliſſimum, *Melchiorem Haminsfeldium Goldaſtum*, Trevirenſium Electoris Conſiliarium, Hoſpitem humaniſſimum expertus eſt:

ex

ex quo multa de ſtatu Germaniæ & Europæ, tanquam theſauro inexhauſtæ peritiæ, cognoſcere poterat. Francofurto Argentoratum verſus iter inſtituit, ac illic per menſes aliquot ſubſtitit, tum ut in Romaá illa olim Colonia, Libertatis illibatæ ſede, ac viciná Galliæ non inimicâ ſe ad Gallicum iter accingeret, tum ut magnas illas animas videret, *Lingelshemiū*, cujus divini ſenis ac Neſtoris fruendi causâ, in menſam & cōtubernium ab Hoſpitali illo Jove receptus eſt, & *Berneggerum* virum eruditione & judicio ſummum, modeſtiâ verò & pudore omnium maximum, qui tantopere ſibi de adventu Opitii gratulatus eſt, ut illud gaudium ne apud me quidem in literis diſſimularet; *Joſiam Glaſerum* Reip. Secretarium, atque tum Spes futuris annis, nunc eximiæ ac raræ frugis viros, *Freinshemium*, Generum *Berneggeri*, Flori, Taciti & Curtii curatis editionibus ac Panegyrico magno ſeculi hujus Principi ſcripto clariſſimum, & *Bœclerum*, eloquentiæ claritudine & ſtudiis *turmio* & *Iunio* accenſendum. Horum ipſe quemque pro merito ac loco adoravit, ſalutavit, compellavit. Ab hoc optatiſſimo ſeceſſu & diverticulo, immò ſinu tantorum virorum & amicorum, inprimis *Lingelshemii*, ex quo tanquam Catone aliquo totam Europæ ſcenam, fabulam & modum agendi à multis retrò annis uſque in hoc temporis monumentum ediſcere poterat, divelli ſe vix eſſet paſſus; niſi negotium illud, ad quod à *Dohnano* (qui tum ab Imperatore *Ferdinando II.* in Boruſſiam miſſus Gedani juſſus ſubſtitit, de cognoſcendis ſuſpectorum animis & conſiliis, num pacem, num bellum vellent) deſtinatus, exhibito novo rem aggrediendi ac agendi præſcripto profectionem urſiſſet. Argentorato itaque Lutetiam, dubito an Orbem aut Regnum integrum appellem, (certè quam *Carolus V* Imp. à Franciſco I. Gall. Rege interrogatus, non Urbibus, ſed propter tantam amplitudinem, tantam populi frequentiam, tantam rerum omnium copiam Provinciis accenſuit) tanquam in compendiū quoddam mundi ac divitiarum omnium, recto & citato gradu contendit. Quemadmodum verò in Ceimeliarchio Dresdenſi Ducis Saxoniæ, Monachienſi Bavariæ, aut Stutgardienſi Würtembergiæ tot genuina naturæ miracula, ſubtiliſſima humani ingenii inventa, rariſſima manuum artificia tanta copia ac abundantia oculos curioſi luſtratoris & arbitri quaſi perſtringunt: ita Lutetiam ubi veniſſet Opitius noſter, videri poterat neſcire, quid prius, quid poſterius ſpectaret, tractaret,
obſer-

observaret, admiraretur. Quanquam ut Gallia est Europæ Lumen, ut Lutetia Parisiorum Galliæ oculus; ita supremi Parlamenti, ut suo idiomate antiquitus dixere, Curia Lutetiæ est pupilla; illa Curiarum Gallicarum prima, illa Patrium *Franciæ* Curia, illa illustrissima Majestatis Galliæ Regum effigies, Senatus heroum seu deorum: ut Pyrrhi Legatus de Romana olim judicavit, Concilium, innocentiæ custos, æqui judex, iniqui vindex, Principum arbiter. Hæc Curia, hoc templum justitiæ vel solum dignissimum erat, quod susceptæ in Galliam peregrinationis Opitio scopus esset: quippe hîc prudentiam peregrinatores, si ullibi gentium, addiscunt; hîc omnes Politicorum Tabulas explicatas vident; hîc tanquam in palæstra Rationem, statûs in toto terrarum orbe constituendi, stabiliendi, mutandi, disceptatam cognoscunt; hîc tanquam ad prudentiæ cotem ingenium exacuunt, judicium formant & firmant, & audiendo ac videndo illa admiranda, thesaurum quendam in postusus Patriæ depromendum recondunt. In hoc itaque theatro quot & quanta contemplatus est noster! quot & quanta non tam à libris, quàm ab hominibus politioribus conquisivit, quæ in cœlestis abyssum mentis demitteret, judicio digereret, patriæ communicanda reservaret! Vulgata illa, non vulgaria tamen, quæ initiantes peregrinatores vident & audiunt, ac reponunt, de Galliæ moribus, Legibus, situ, juribus, provinciis, urbibus, Regimine Regio, Curiali, casibus urbanis, bellis eventis veterum, ex libris & conversatione pridem didicerat: sed via ineunda ipsi erat ad arcana præsentis status: an libra Europæ in æquilibrio immota constet, an hæc vel illa lanx mota prævaleat, arbitrandū sibi putabat. Cui arbitrio instituendo erat ipsi opus aliquo versimodo ac sagacissimo Mercurio, quem obvium & ad omnia promtissimum etiam invenit. Is erat ominoso magnitudinis suæ cognomento *Hugo Grotius*, Belga, sed qui Belgicum ingenium elegantiâ, amœnitate ac urbanitate Gallicâ concinnè miscuit, à patriâ exul, Regi Galliarum charissimus cliens, Principibus Regii sanguinis gratissimus, Curialibus ac summis quibusque viris intimæ admissionis amicus ac delicitum. Hic ipse in tanta eruditione, in tantâ dignatione humanissimus, eâ quâ pollebat, comitate Opitium, cum quo jamdudum commercium literarum intercesserat, quique hominem à vindiciis Germanicæ linguæ, & speratâ antiquâ Dacia amare cœperat, tantam miratus in tantillo corpusculo animam, complexus est. Hujus magni viri etiamsi cum

maximis comparetur, domum, quam tanquam Oraculum quoddam Delphicum Legati maximorum Regum & Principum, Curiales, Consiliarii Regii ac Regni frequenter invisebant, Hospitali illo Mercurio humanissimè Nostrum invitante, quotidie Opitius frequentavit, nec ab ipso unquam nisi doctior, melior & prudentior abiit. Ex hoc Viro *Scaligeri* manu ita formato, de bellis, fœderibus, pace, & aliis Christianæ Reip. hinc nascentibus incrementis, decrementis, morbis ac remediis, tanquam ex ipso prudentiæ tripode singularia, quantum licuit, arcana didicit. Celebrabatur eo tempore Lutetiæ Parisiorum pulcro instituto & laudabili, acuendis ingeniis & judicio firmando, quot diebus fermè privatorum conventus, in domo Puteanorum, ubi de statu totius Europæ exercitii causâ diventilare & disceptare solebant, cuique conventori liberè & Gallice enunciare, quæ sentiret, liberum. Eò *Grotius*, qui, quotiescunque per graviora negotia vacavit, libenter accessit, Opitium manu quasi adduxit, eumque flori ac medullæ virorum illic congregatorum cum multâ laude ac commendatione stitit. Qui omnes illum Latinè loquentem Gallico idiomate, ut solent, respondentes amplexati, nō tam in Collegium suum receperunt, quam ipsimet invitarunt, sibi de tanto hospite mirificè gratulantes; nec ipsum sine invidendo Elogio dimiserunt, jam se audito Opitio dictitantes credere, Musas etiam trans Alpes sub Arctorum cœlū transvolasse. Porrò non tantùm illo, quem dixi, parario & proxeneta, sed etiam propriâ virtute prævia & fama sibi fores ubique aperiente, accessit in Museo Cl. *Salmasium*, nunc *Scaligeri* apud Batavos optionem, nostri seculi Varronem; in regno suo librario ***Nicolaum Rigaltium*** Bibliothecæ Regiū Præfectum; *Puteanos* magni parentis magnos Filios; ***Hottomannum*** avo & Patri simillimum, patricio apud Uradislavienses genere oriundum; ***Franciscum Thuanum, Iacobi*** Filium, ac ***Danielem Tilenum*** Aurimontii è Silesia oriundum magni nominis Theologum, ac summum planè Silesiæ olim ereptum sidus, aliosque innumeros doctissimos viros, quorum Lutetiæ, in compendio illo Galliæ, tanta copia & tantus delectus, quantus vix usquam alibi gentium & terrarum inveniatur. Hæc simulacra virtutum & effigies omnium amœnitatum Opitius quasi genios quosdam veneratus est, non minore vicissim ab iisdem honore cultus. Interea fallendi temporis causa, Parænetico, (seu Panegyricum potius dixerim, ex utroque certè mixtum est) carmine *Corneli-*

um Grotium quindecennem, ſed cognitione linguarum, loquentiæ profectu, & pangendi carminis felicitate ætatis ſuæ annos exemplo paterno egreſſum, (qui quantus eſſet, vel ex illo Panegyrico, quem Opitio noſtro ſcripſit, oſtendit) ut veſtigiis paternis inſiſtens, Patrem olim æquaret, vel ex ipſo paterno voto ſuperaret, adhortatus eſt. Libros etiam Hugonis de Religione adſtrictos metro Gallico, idiomate Batavo initiò quidem in gratiam Filiæ *Grotiæ* venuſtiſſimo Gallicarum Venerum monſtro, ac communi famæ præconio Charitum Quartæ, ut inde Alemannici Idiomatis callentior fieret, germanicè vertit. poſtea verò in Germaniam reverſus omnium cum applauſu doctiorum Auctore conſentiente publicis typis exſcribendos dedit. Eorum librorum ſenſum proſaico ſermone compendioſè, rogatu *Hieronymi Bignonii* Regii in Parlamento Advocati totidem Libris, quot in carmine erant, expreſſum, à me minimo omnium interprete in noſtrum idioma tranlatum Opitius eodem tempore, qui Dux & Auctor mihi verſionis fuerat, in publicum exire paſſus eſt. Poſtquam Lutetiæ ſatis exercitus in ſpecula illa quaſi omnes nubes futurarum tempeſtatum prævidiſſet, partium conſilia, expeditiones, machinas, ſcenam Europæ apparatum & modum agendi omnem præcognoviſſet: urgentes patriæ neceſſitates, & *Dohnani* deſideria illum à paradiſo omnium deliciarum Gallia ac tot ſuis & ſeculi deliciis vix avulſerunt. Valedicens itaque Amicis, gratiſſimum hoſpitem infinitis votis proſequentibus, è Galliâ in Alſatiam contendit, atque ibi denuò ſalutatis *Lingelshemio & Berneggero*, quos memorato beatiſſimo Lutetiano conſortio mirificè exhilaravit, inter amplexus, inter oſcula reciproca chariſſimorum capitum in patriam feſtinans dimiſſus eſt. Poſtquam Uratislaviam rediiſſet, ipſimet oculati teſtes plurimi ac auriti fuiſtis, quantum omnium oculi & aures tanquam in Ulyſſem aliquem novum converſi. Iuquirebant alii de ſtatu in Galliâ publico, de Regis animo, de *Richelii* & *Capucini* illius celebratiſſimi *Ioſephi* conſiliis, de fœderibus, cum quib⁹ & qua lege ſancitis, de bello in quem hoſtē, in quam oram, unam an plures divertendo, & de aliis. Alii inquirebant de Regni officiis venalib⁹, de juſtitiâ Curiarū, de Ducibus, propugnaculis aut aliis togatis ac ſagatis, quiſque ex ſuo genio: alii de ſummæ eruditionis & famæ præconio celebratiſſimis viris, de ſtudiorū proventu, de

liam, ut florentissimum illud armis & literis regnum perlustraret, ac sidera non tam Galliæ quàm totius Europæ, quæ hactenus in scriptis & famâ traduce veneratus erat, coram adspiceret & coleret, cujus itineris nullo suo cum sumptu, fructu autem maximo conficiendi pulchram occasionem offerebant quidam Equites Silesiæ, quorum à studiis & moribus esse rogabatur: fata tamen & fortuna hominem negotiis majoribus aptum & commodum luci publicæ destinaverant. Nam dum intra spem metumq; fluctuans, quodnam vitæ genus institueret, Illustris Baro *Dohnanus* cui à *Kirchnero* ab ingenio & expediendi promtitudine pridem fuerat commendatus, annuente Principe, cum Opitio lautis conditionibus transegit, ut esset sibi ab Epistolis secretis, ac iis ad summos Magnates, cum quibus ipsi ratione status publici & muneris à Cæsare commissi multum commercii erat, dirigendis; uteretur interim quâ vellet libertate sentiendi, otio verò frueretur apud se literario. Hæc omnia ex lege Conventionis sanctè inter utrumq; servata sunt. Illustris enim *Burggravius* ex suo ingenio, sideris instar ad omnia celerrimo & igneo, similes ministros requirens, statim Opitium studiis ac rebus gerendis natum, seculi moribus ac auribus accommodatum inter ipsa negotia & dexterrima ministeria exploravit, fidemq; ejus & in arcanis silentium deprehendit. Unde ipsum ad Principes & Magnates ablegavit, ut nomine suo quâ valeret concinnâ & decorâ oratione, suis usibus animos inflecteret. Inprimis usus est illo in Epistolis ad Pontificem, Cæsarem, Reges, Principes, & quoscunque alios eminentes exarandis. Quo concordi instituto & Dominus & Minister, quisque suo gradu, summis orbis Monarchis eorum magnis amicis commendatissimos se effecére. Enimverò præter cæteras dotes in Nostro fuit conciliandæ ut omnium hominum ita præcipuè Principum & potentū gratiæ ac promerendi amoris, comiter se gerendo facundè alloquendo, efficax studium ac planè singulare quoddam artificium: quo non magis Domini sui indulgentiam ac munificentiam provocavit, quam aliorum & interdum odio partium & invidiâ personæ alienorum animos conciliavit, & ad suos usus adjunxit Scipionis quasi Africani exemplo, in quo tantam fuisse legimus comitatē atque ad omnia naturalis ingenii dexteritatem, ut barbaros etiam ac hostes infestissimos facundè alloquendo sibi conciliarit. Nec sola hæc virtus aulica sufficiisset, nisi etiam tempori ex Politicorum præcepto inservire potuisset, nisi frontem ex aspectu utilitatis publicæ aperire, glo-

mentem autem tegere didicisset, nisi mores & vultum non in gloriam aut voluptatem, sed rei agendæ causâ fingere, non uno quidem semper gradu, sed unâ viâ iter ambitione & periculis vacuum pergere, adeoque non eundem in mari publico cursum, sed portum tenere scivisset. Quid de modestiâ Ejus dicam? Opitius arte & flexu dextrè utens, nullius sponte servilis sententiæ Auctor, sed quoties necessitas ingrueret, prudentiam attemperans, multa sinistrè ab aliis detorta, in melius pro virili interpretabatur: quo temperamento effecit, ut apud *Dohnanum* & alios, æquabili auctoritate & gratiâ vigeret. Nec gestis, quod alii gloriosuli cum suo damno faciunt, suis exultavit, sed gloriam rei effectæ ad Dominum suum retulit, atque ita virtute in obsequendo gloriam absque invidiâ invenit. Quid de silentio proferam, optimo illo atque tutissimo rerum administrandarum vinculo? Noster & res magnas tacere æquâ arte calluit; arcanus ipse in commissis sibi nec arcanorum curiosus scrutator, cum, monente oraculo Corneliano, abditos Principum sensus & si quid occultius parant, exquirere illicitum æquè ac anceps sit. Cæterùm rogatus, ubicunque res postulabat, fortiter nec obnoxiè sententiam dixit, interdum & joca seriis miscens, ut erat verè Apophthegmaticum ingenium, aut Laconica brevitate, utens verbo sensum expressit, quod in animo haberet illud:

Ridentem dicere verum
quid vetat?

Sed quid aulæ convenit cum privato lare, cujus Opitius antehac tantus erat cultor? quid negotiis cum otio? quid ambitioni honorum cum animo sua sorte contento? illa omnia Opitius antea sprevit, & risit, hæc elegit, amavit & voluit. Apage quisquis ita senserit. Aula non omnis Tranquillitati bellum indicit: Dohnana certè fuit vera palæstra exercendarum virtutum. Licuit illic animum spissâ negotiorum mole, remissione ac otio opportunè reficere. *Burggravius* ipse doctus heros & doctorum admirator, qui ex veneratione eruditionis & ingenii præcipuè Opitium, in suum convictum adsciverat, nonnisi à doctorum, inprimis dilecti Opitii colloquiis, quos in mensâ convictores, in deambulationibus socios, in itineribus comites sibi jungebat, voluptatem & remedium tædiorũ petere solebat; exemplo *Severi* Imperatoris, qui in rebus negotiis imperii arduis à Literatis, iis maximè, qui historiam norunt requirebat, quid in talibus causis, quales in disceptatione versabatur veteres Imperatores vel exterarũ gẽtium fecissent.

Quo-

Quoties mensæ Dohnanę, Proceres, Legati, aut alii in togâ & sago summi viri interessent, & de ratione status discursus reciprocarentur, de Pace, de Bello, deq; omnibus Reip. negotiis: Opitius à Mæcenate suo illis monstratus, deque sententiâ rogatus, liberè semper, quid sentiret, respondit, atque quo erat artificio conciliandæ benevolentiæ, & sagacitate judicii, omnium animos hoc modo sibi conciliavit. Credunt Anni-bales & Cleomenes, qui togati sunt & libris addicti, quique serio nunquam hostem, nunquam castra viderunt, nunquam denique partem alicujus bellici muneris attingerunt, eos non posse judicia de bello militiæque muniis ferre: sed noster ille pro suâ prudentiâ judicioque tam naturali, quàm per doctrinam ex historiâ bellorum officinâ acquisito, & longo rerum usu apud Mæcenatem suum, qui in pace & bello, consilio & armis eminebat, aucto, inter sagatos prudenter disseruit, & quid facto, quid non facto opus foret, distinxit. Ubi ille sobriè judicantibus non modò censore suo *Dohnano*, sed aliis etiam summis Ducibus, oracula Martis loqui visus est: non secus, ac *Brissaco* Gallorum Duci *Georgii Buchanani*, qui tum illius filiorum studiis præfectus erat, prudens consilium nec exsors boni eventus arrisit. In circulis omnibus, in conviviis in tonstrinis, in tabernis multi sunt otiosi & curiosi, qui, exercitus quomodo ducendus, ubi castra metandum sit, sciant, quæ loca præsidiis occupanda, quando cum hoste confligendum; quando quiescendum sit, pro opinione suâ consilium somnient, qui vota pro studio aut odio partium præcipiant, qui victoriam ante triumphum canant, aut falsa nuncient: cur non solidè versatus in literis Politicis & Historicis, negotiisque aulicis probe subactus aliquis de belli statu & militiæ studiis judicare ausit & rectè possit? Ac ut togatis quibusdam judicium de bello & militiam concedimus: ita nec sagatis & militaribus, naturali prudentiâ pollentibus artes pacis, queis in otio civili sit regendum imperiū, deesse semper, aut castrensis jurisdictionis paulò obtusioris petitum, calliditatem fori exercere non posse, statuimus Castra quidem suasu Heri sui sub summo Præfecto Copiarum *Pechmanno* semel adiit Opitius: sed excursione factâ, pulsis *Pechmannianis*, se ex postremissimis inter pugnandum, primum ac principem in fugâ factum posteà commemorans, facetè sub suâ personâ galeatos illos lepores militari scommate, ac castrensi jocandi consuetudine tetigit, ac ne sibi quidem ut domestica quoque

vineta

vineta cæderentur, in his festivis & aculeatis versibus pepercit. Ita postquam castrensem vitam plurimæ fortunæ egentem videret, & quartâ Lunâ natum se, ac Sejano equo, ut facetè jocatur, infelicissimè vehi se putaret: castris valedixit, & procul à Belli fulmine esse maluit: Martem vero divino hymno potius, (si ita cum gentilibus Christiano loqui liceat,) quàm victimâ sui placere voluit. Inde consilio, calamo & linguâ pugnaturus barbariem veterem suum hostem aggressus est; quam certè per ista infelicia bella nostris oris, scholis & cordibus incubantem fortiter adhuc repressit, donec Deus sineret. Quotiescunque enim Burggravius vel in castra, vel ad alia Cæsaris munia peregrè iverat, cum Libris veteribus suis amicis in gratiam rediit, quorum usum etsi nunquam planè dimiserat, tamen paulò majorem nactus, quotiescunque negotiis herilibus solutum aliquâ ratione se videret, cœpit concesso otio totus perfrui. Inprimis verò ad seriam & altam curam Daciæ suæ animum applicuit bona fide. Quod si tot libris legendis, tot monumentis evolvendis falsis emendandis, obscuris illustrandis ac perpoliendis, tot laboribus & lucubrationibus exantlandis defatigatum se persecentisceret, ad carminis amœnitatem, tanquam ex jactatione in tranquillitatem, ex oceano in portum refugit; atque ita nullum tempus in negotio & otio sibi frustra elabi passus est, omnesque horas collegit & dispensavit, ac à se officii rationem ex præcepto Samii Philosophi exegit. Quoties etiam pangendi carminis satietate & tædio occuparetur, illud vel foris commercio literarum ad viros aut dignatione aut eruditione celeberrimos & amicos, quos sibi foris claritudo eruditionis & celebritas famæ latè per Germaniam, Belgium, Galliam, Angliam, Poloniam conciliaverat; vel domi civili conversatione, animâ & sale humanæ vitæ inter familiares, quibus & legendis cautus semper fuit, & retinendis constans, excussit. Foris præcipui erant Lingelshemius, communis noster Thales ille. *Gruterus*, *Berneggerus*, *Grotius*, *Heinsius*, *Salmasius*, *Tilenus*, *Rigaltius*, *Buchnerus*, & quamplurimi alii, quorum nomina in æternitate temporum & famæ ore versantur. Domi erant ipsi conjunctissimi, *Caspar Kirchnerus*, & *Bernhardus Guilielmus Nüslerus*, perpetui usque in fata fratres sodales, qui illius pridem in medio fortunæ & honorum cursu præmessi vitam & res gestas peculiari libello suasu & hortatu Amplissimi *Henelii*, posteritati condita reliquit, atque ab altero suo superstite hoc genus pietatis debitę exspectat, quod ille multis

aliis

aliis illustribus & amicis officium lubens præstitit. Si hic recensere vellem omnes Patronos, Fautores, Amicos, primi, medii, imi subsellii, Principes, Comites, Barones, Equites, Consiliarios, Senatores, hujus & aliarum urbium, diversa sentientium de religione, Reip. statu, literis hominum; quos ingenti festivitate, sale & Socraticis sermonibus, morum concinnitate & urbanitate quasi licito & honesto excantamento & philtro ad amandum, colendum, fovendum, extollendum Opilium allexerat & sibi devinxerat, citiùs tempus quam sermo ticet in maximâ magnorum nominum copiâ me deficeret. Cæterum otii sibi a *Dohnano* concessi rationem satis lautam reddidit, editis Panegyricis Cæsaris, Principum ac aliorum virorum honori, mortuorumq; memoriæ scriptis, quo pulcherrimo & regio plane scribendi genere plurimum delectatus est, ac eo ipso in gloriam veterum Panegyristarum feliciter assurrexit. Quemadmodum verò volucris non adsueta est in nidulo suo hærere, sed liberrimo per infinitos spatiorum tractus gaudet aëre frui: ita & Opitii cœlestis mens motu gaudens uni Silesiæ, uni Vratislaviæ, uni Musæo se includi pati non poterat. Ac tametsi olim in desultoria illâ & juvenili peregrinatione, cujus supra mentionem fecimus, fructum ejus rei aliquem præceperat: nec plenum tamen illum, nec totum, certè vix doctrinæ non æquè prudentiæ comparandæ aut moribus hominum pernoscendis parem, degustasse sibi visus est posteà, cum communi errore deceptum se diceret, qui lustrandis regionibus adolescentiam potius quàm sagaciorem ætatem occupasset, & quidem illis, quarum maximè mores, & instituta Reip. ac hominum ingenia scire è re patriæ foret, præcipuè Galliis, licet non tàm suâ voluntate, quàm necessitate procul habitis. Jam igitur occurrente opimâ occasione, *Dohnano* sumtus itineris Gallici liberaliter pollicente, maturo ævo, maturo judicio, ad portum variæ prudentiæ cursum directurus, voto suo & desideriis satisfacere decrevit. Antequam verò se huic itineri indultu Patroni sui accingeret, præ gaudio animi per tot spatia terrarum evolaturi, de peregrinatione, in divinâ suâ Herciniâ, Colloquio Bucolico, in quo Trigam lectissimorum & virorum & amicorum Diologistas, *Buchnerum*, *Nüslerum* & *Venatorem* introducit, festivè ita philosophari voluit: Nihil in mundo absque motu & peregrinatione perpetuâ esse: solem illum moderatorem temporum & illustrissimum siderum principem singulis diebus per orbis terræ vastissimum spatium circumvolvi; Lunam & universum siderum,

siderum, Lucretiano verbo, ducatum circuitione certa circumagi: atque eadem suo jucundissimo aspectu discursantes solari, navesque domos illas errantes in cursum rectum dirigere: mare per vices certis horis defluxum & refluxum instituere: quadrupedia ex nemore in nemus errare: pisces è mari in flumina descendere: volucres vere ineunte gregatim adventare: uno verbo totam naturam nos ad peregrinandum invitare, deque patria tandem non hac caduca tot morbis obnoxia, sed cœlesti & æterna ut cogitemus, monere. Erant quidem avocamenta, quæ institutum Opitii impedire poterant, patriæ charitas, charitatum omnium maxima, studiorum ac librorum familiaritas, parentis suam spem in filio unicè figentis senectus, tot amicorum conjunctissima necessitudo, & ut ipse facetè jocabatur, amicarum blandissimarum Sirenum amabilitas: sed mens altissima cupiens, utilitas publica & privata, Galliæ nobilitas, illa humanæ felicitatis epitome, ille delitiarum omnium paradisus, ille mundi ocellus, illa universi gemma, illud serenantis fortunæ domicilium & regio, ac præcipuè Burggravii *Dohnani* persuasio, de statu illinc cognoscendo instructio, magnorum virorum, quos sibi scriptis & literis amicos pridem conciliaverat, coram intuendorum salutatio, maturando itineri auctores & suasores erant. Profectionem itaque aggressus è Silesiâ Dresdam petiit, tum Electorem Serenissimum, cujus gratia pridem fruitus erat, tum etiam amicos salutandi causâ, inprimis *Seussium* Silentiarium illum, Poetam ipsum & Poetarum amantissimum, & *Anesorgium* Principibus juventutis Electoralis præfectum, virum variæ doctrinæ, linguarum hominum & rerum cognitione præstantissimum. Hinc Lipsiam concessit, & præter Academicos Professores *Casparem Barthium*, illum magni nominis Criticum, suum olim contubernalem dulcissimum, amplexus est. Inde in Thuringorum illustri *Gothano Gymnasio Iohannem VVeitzium* eruditissimum Philologum, illic Rei scholasticæ summum Præfectum, compellavit: poste, rectâ Hanoviam, ubi *Iohannem Philippum Pareum* salutavit, & Francofurtum, celebratissimum illud Europæ emporium, porrexit, & in eo clarissimæ eruditionis antiquæ & novæ, omnium ætatum rerumque inprimis atque secretorum imperialium cum *Hortledero* proditorem fidelissimum, *Melchiorem Hatminsfeldium Goldastum*, Trevirensium Electoris Consiliarium, Hospitem humanissimum expertus est:

ex

ex quo multa de ſtatu Germaniæ & Europæ, tanquam theſauro inexhauſtæ peritiæ, cognoſcere poterat. Francofurto Argentoratum verſus iter inſtituit, ac illic per menſes aliquot ſubſtitit, tum ut in Romãâ illa olim Colonia, Libertatis illibatæ ſede, ac vicinâ Galliæ non inimicâ ſe ad Gallicum iter accingeret, tum ut magnas illas animas videret, *Lingelshemiũ*, cujus divini ſenis ac Neſtoris fruendi causâ, in menſam & cõtubernium ab Hoſpitali illo Jove receptus eſt, & *Berneggerum* virum eruditione & judicio ſummum, modeſtiâ verò & pudore omnium maximum, qui tantopere ſibi de adventu Opitii gratulatus eſt, ut illud gaudium ne apud me quidem in literis diſſimularet; *Ioſiam G.a.ſerum* Reip. Secretarium, atque tum Spes futuris annis; nunc eximiæ ac raræ frugis viros, *Freinsbemium*, Generum *Berneggeri*, Flori, Taciti & Curtii curatis editionibus ac Panegyrico magno ſeculi hujus Principi ſcripto clariſſimum, & *Bœclerum*, eloquentiæ claritudine & ſtudiis *turmio* & *Iunio* accenſendum. Horum ipſe quemque pro merito ac loco adoravit, ſalutavit, compellavit. Ab hoc optatiſſimo ſeceſſu & diverticulo, immò ſinu tantorum virorum & amicorum, inprimis *Lingelsbemii*, ex quo tanquam Catone aliquo totam Europæ ſcenam, fabulam & modum agendi à multis retrò annis uſque in hoc temporis monumentum ediſcere poterat, divelli ſe vix eſſet paſſus; niſi negotium illud, ad quod à *Dohnano* (qui tum ab Imperatore *Ferdinando II.* in Boruſſiam miſſus Gedani juſſus ſubſtitit, de cognoſcendis ſuſpectorum animis & conſiliis, num pacem, num bellum vellent) deſtinatus, exhibito novo rem aggrediendi ac agendi præſcripto profectionem utſiſſet. Argentorato itaque Lutetiam, dubito an Orbem aut Regnum integrum appellem, (certè quam *Carolus V* Imp. à Franciſco I. Gall. Rege interrogatus, non Urbibus, ſed propter tantam amplitudinem, tantam populi frequentiam, tantam rerum omnium copiam Provinciis accenſuit) tanquam in compendiũ quoddam mundi ac divitiarum omnium, recto & citato gradu contendit. Quemadmodum verò in Ceimeliarchio Dresdenſi Ducis Saxoniæ, Monachienſi Bavariæ, aut Stutgardienſi Würtembergiæ tot genuina naturæ miracula, ſubtiliſſima humani ingenii inventa, rariſſima manuum artificia tanta copia ac abundantia oculos curioſi luſtratoris & arbitri quaſi perſtringunt: ita Lutetiam ubi veniſſet Opitius noſter, videri poterat neſcire, quid prius, quid poſterius ſpectaret, tractaret, obſer-

observaret, admiraretur. Quanquam ut Gallia est Europæ Lumen, ut Lutetia Parisiorum Galliæ oculus; ita supremi Parlamenti, ut suo idiomate antiquitus dixere, Curia Lutetiæ est pupilla; illa Curiarum Gallicarum prima, illa Patrium *Franciæ* Curia, illa illustrissima Majestatis Galliæ Regum effigies, Senatus heroum seu deorum: ut Pyrrhi Legatus de Romana olim judicavit, Concilium, innocentiæ cultos, æqui judex, iniqui vindex, Principum arbiter. Hæc Curia, hoc templum justitiæ vel solum dignissimum erat, quod susceptæ in Galliam peregrinationis Opitio scopus esset: quippe hîc prudentiam peregrinatores, si ullibi gentium, addiscunt; hîc omnes Politicorum Tabulas explicatas vident; hîc tanquam in palæstra Rationem, status in toto terrarum orbe constituendi, stabiliendi, mutandi, disceptatam cognoscunt; hîc tanquam ad prudentiæ cotem ingenium exacuunt, judicium formant & firmant, & audiendo ac videndo illa admiranda, thesaurum quendam in posturus Patriæ depromendum recondunt. In hoc itaque theatro quot & quanta contemplatus est noster! quot & quanta non tam à libris, quàm ab hominibus politiorib⁹ conquisivit, quæ in cœlestis abyssum mentis demitteret, judicio digereret, patriæ communicanda reservaret! Vulgata illa, non vulgaria tamen, quæ initiantes peregrinatores vident & audiunt, ac reponunt, de Galliæ moribus, Legibus, situ, juribus, provinciis, urbibus, Regimine Regio, Curiali, casibus urbanis, bellis eventis veterum, ex libris & conversatione pridem didicerat: sed via ineunda ipsi erat ad arcana præsentis status: an libra Europæ in æquilibrio immota constet, an hæc vel illa lanx mota prævaleat, arbitrandū sibi putabat. Cui arbitrio instituendo erat ipsi opus aliquo versimodo ac sagacissimo Mercurio, quem obvium & ad omnia promtissimum etiam invenit. Is erat ominoso magnitudinis suæ cognomento *Hugo Grotius*, Belga, sed qui Belgicum ingenium elegantiâ, amœnitate ac urbanitate Gallicâ concinnè miscuit, à patriâ exul, Regi Galliarum charissim⁹ cliens, Principibus Regii sanguinis gratissimus, Curialibus ac summis quibusque viris intimæ admissionis amicus ac delicitum. Hic ipse in tanta eruditione, in tantâ dignatione humanissimus, eâ quâ pollebat, comitate Opitium, cum quo jamdudum commercium literarum intercesserat, quique hominem à vindiciis Germanicæ linguæ, & speratâ antiquâ Dacia amare cœperat, tantam miratus in tantillo corpusculo animam, complexus est. Hujus magni viri etiamsi cum ma-

maximis comparetur, domum, quam tanquam Oraculum quoddam Delphicum Legati maximorum Regum & Principum, Curiales, Consiliarii Regii ac Regni frequenter invisebant, Hospitali illo Mercurio humanissimè Nostrum invitante, quotidie Opitius frequentavit, nec ab ipso unquam nisi doctior, melior & prudentior abiit. Ex hoc Viro *Scaligeri* manu ita formato, de bellis, fœderibus, pace, & aliis Christianæ Reip. hinc nascentibus incrementis, decrementis, morbis ac remediis, tanquam ex ipso prudentiæ tripode singularia, quantum licuit, arcana didicit. Celebrabatur eo tempore Lutetiæ Parisiorum pulcro instituto & laudabili, acuendis ingeniis & judicio firmando, quot diebus fermè privatorum conventus, in domo Puteanorum, ubi de statu totius Europæ exercitii causâ diventilare & disceptare solebant, cuique conventori liberè & Gallice enunciare, quæ sentiret, liberum. Eò *Grotius*, qui, quotiescunque per graviora negotia vacavit, libenter accessit, Opitium manu quasi adduxit, eumque flori ac medullæ virorum illic congregatorum cum multâ laude ac commendatione stitit. Qui omnes illum Latinè loquentem Gallico idiomate, ut solent, respondentes amplexati, nō tam in Collegium suum receperunt, quam ipsimet invitarunt, sibi de tanto hospite mirificè gratulantes; nec ipsum sine invidendo Elogio dimiserunt, jam se audito Opitio dictitantes credere, Musas etiam trans Alpes sub Arctorum cœlū transvolasse. Porrò non tantùm illo, quem dixi, parario & proxeneta, sed etiam propriâ virtute prævia & fama sibi fores ubique aperiente, accessit in Museo Cl. *Salmasium*, nunc *Scaligeri* apud Batavos optionem, nostri seculi Varronem; in regno suo librario *Nicolaum Rigaltium* Bibliothecæ Regiū Præfectum; *Puteanos* magni parentis magnos Filios; *Hottomannum* avo & Patri simillimum, patricio apud Uradislavienses genere oriundum; *Franciscum Thuanum, Iacobi* Filium, ac *Danielem Tilenum* Aurimontii è Silesia oriundum magni nominis Theologum, ac summum planè Silesiæ olim ereptum sidus, aliosque innumeros doctissimos viros, quorum Lutetiæ, in compendio illo Galliæ, tanta copia & tantus delectus, quantus vix usquam alibi gentium & terrarum inveniatur. Hæc simulacra virtutum & effigies omnium amœnitatum Opitius quasi genios quosdam veneratus est, non minore vicissim ab iisdem honore cultus. Interea fallendi temporis causa, Parænetico, (seu Panegyricum potius dixerim, ex utroque certè mixtum est) carmine *Corneli-*

um

um Grotium quindecennem, sed cognitione linguarum, loquentiæ profectu, & pangendi carminis felicitate ætatis suæ annos exemplo paterno egressum, (qui quantus esset, vel ex illo Panegyrico, quem Opitio nostro scripsit, ostendit) ut vestigiis paternis insistens, Patrem olim æquaret, vel ex ipso paterno voto superaret, adhortatus est. Libros etiam Hugonis de Religione adstrictos metro Gallico, idiomate Batavo initiò quidem in gratiam Filiæ *Grotiæ* venustissimo Gallicarum Venerum monstro, ac communi famæ præconio Charitum Quartæ, ut inde Alemannici Idiomatis callentior fieret, germanicè vertit. postea verò in Germaniam reversus omnium cum applausu doctiorum Auctore consentiente publicis typis exscribendos dedit. Eorum librorum sensum prosaico sermone compendiosè, rogatu *Hieronymi Bignonii* Regii in Parlamento Advocati totidem Libris, quot in carmine erant, expressum, à me minimo omnium interprete in nostrum idioma tranlatum Opitius eodem tempore, qui Dux & Auctor mihi versionis fuerat, in publicum exire passus est. Postquam Lutetiæ satis exercitus in specula illa quasi omnes nubes futurarum tempestatum prævidisset, partium consilia, expeditiones, machinas, scenam Europæ apparatum & modum agendi omnem præcognovisset: urgentes patriæ necessitates, & *Dohnani* desideria illum à paradiso omnium deliciarum Gallia ac tot suis & seculi deliciis vix avulserunt. Valedicens itaque Amicis, gratissimum hospitem infinitis votis prosequentibus, è Galliâ in Alsatiam contendit, atque ibi denuò salutatis *Lingelshemio* & *Berneggero*, quos memorato beatissimo Lutetiano consortio mirificè exhilaravit, inter amplexus, inter oscula reciproca charissimorum capitum in patriam festinans dimissus est. Postquam Uratislaviam rediisset, ipsimet oculati testes plurimi ac auriti fuistis, quantum omnium oculi & aures tanquam in Ulyssem aliquem novum conversi. Inquirebant alii de statu in Galliâ publico, de Regis animo, de *Richelii* & *Capucini* illius celebratissimi *Iosephi* consiliis, de fœderibus, cum quib⁹ & qua lege sancitis, de bello in quem hostē, in quam oram, unam an plures divertendo, & de aliis. Alii inquirebant de Regni officiis venalib⁹, de justitiâ Curiarū, de Ducibus, propugnaculis aut aliis togatis ac sagatis, quisque ex suo genio: alii de summæ eruditionis & famæ præconio celebratissimis viris, de studiorū proventu, de

Academiâ Parisiensi, de Sorbonâ, controversiis Theologorum, causidicinâ Advocatorum, otio sapientum, aliis. Alii ex ignorantia rectiorum, & vanitatum studio magis inquirebant de externis, more & modo vestium, gestuum, gladiorum, linguæ cultu, virginum indole, moribus, amoribus. Quibus omnibus satisfacturus Opitius, tanquam versutus & versimodus ac duplex Ulysses, singulorum auribus accommodatè locutus est; prudentibus prudenter, reservatis tamen secretis respondit, vanis vana & inania festivo commento interpretatus est. *Dohnano* tamen præcipuè ac aliis, quorum scire intererat, arcana visa, audita, quæ in præsens, in futurum utilia & observatu maximè digna de statu Europæ erant, bonâ fide exposuit. Quamvis verò repertarum in Gallia rerum pretiosissimarum thesaurus vel ille solus inæstimabilis esse potuisset, quem animo ac memoriâ reportabat Opitius: tamen opportunâ occasione utendum ratus varios quoque libros, rarissimæ notæ, ac in nostris Bibliothecis planè incognitos, MSS. editos, ineditos, Græcos, Latinos, & exoticos, varios item nummos variarum gentium, Cæss. Regum, Principum, Rerump. aureos, argenteos, æneos, ac gemmas veterum quã plurimas ex illo Lutetiano tantarum divitiarum & cimeliorum fundo secum domum retulit: ut jam domi suæ cimeliarchium quoddam ordinatis illis omnibus constituerit, quo amicis spectaturis melius atque commodiùs gratificari posset. Ab hoc reditu Opitius per integrum biennium, & quod excedit, stationem suam non prius deseruit, quàm tempestatibus nostræ patriæ ingruentibus *Dohnanus* castra Cæsaris secutus, paulò post Pragæ febri occubuisset. Tùm demum morte Patroni quasi in bivio destitutus fuit ancipiti consilio distrahente animum deliberantis, utrum missos faceret honores, nec Remp. attingeret amplius, an tutius foret in portu aquiescere, maritimisque fluctibus se subducere. Sed quia existimavit in otio sibi vix tutum fore in tantis tumultibus nidulum, cùm occurreret insuper, dignitati esse serviendum, officiique rationem in omni vitâ esse ducendam: vitæ genus mutare noluit, in eo verò patriæ potius Procerum, ac Ligiorum Principum, quàm exterorum partes sequi maluit, quorum urgente ministerio in Prussiam, beatam illam publicâ felicitate terram, quæ ex finiti ante aliquot annos belli sui incendio, ac vicinæ Germaniæ contagio, aureæ pacis gratiam & bonum suo precio æstimare tùm cœperat, secedens inter aulica Ligiæ domus officia tempus suum hactenus fefellit. Ac ut quælibet

bet terra alit doctos, & virtus facile fautores suos invenit, ac cœpta difficulter dignitas facilius crescit: ita dotes Opitii, quem alias in multorum Principum propensionem & sinum pridem fortuna respiciens detulerat, ex fama publica Regi ac Regno Poloniæ utrique prudentissimo innotuere; cujus eloquentia & sapientia, vel è literis illis, quas *Burggravii* nomine de jure Civitatis Polonæ impetrando, quod indigenatum vocant, expedivit, Regi ac Senatui satis perspecta pro commendatione primâ & propriâ fuit. Accedebat quòd in Ligia domo, ac Piastarum regia familia, (quorum memoriâ adhuc in eo regno, cui olim optimè laudabiliterque multis annis præfuissent, regiorum aliàs meritorum æstimantissimo nondum emortua est,) tantus esset minister. Interea cum sibi indulgentiâ Illustrissimi Ducis *Ioh. Christiani* potestas esset facta in urbe, quàm vellet, sedem & secessum ab aulâ sibi statuendi: Gedanum, illud maritimum Emporium, atque munitissimum propugnaculum, elegit, ut non tantùm in portu illo sibi viveret, & ad Libros, præcipuè ad opus illud Daciæ immortale, postliminio quasi reverteretur, & hâc occasione otii sui publicè rationem redderet; verùm etiam, ut hac in specula terras, maria, populos, regna arbitrari, foris & domi rationem status cognoscere, & Germaniæ fata non oculorum tenerrimo, sed leniore aurium sensu percipere posset. Ivit itaquè, ac qui aliàs ubique quantum potuit, in contubernio & commercio sapientum vivere assuetus erat, in domicilium se dedit *Nigrini* Theologi Helveticæ sententiæ, moderatione & æquitate tamen in diversa sentientes commendabilis, quibus dotibus ipsi Sereniss. Regi *Vladislao IV.* moderatissimo ac indigentissimo Principi acceptissimus, à quo sæpe in arduis negotiis consultus præmium rei bene actæ tulit. Et hæc fuit occasio cælitus missa Opitio illic loci eminendi, quâ apud alium Hospitem vix gratiorem nancisci potuisset. Nigrinus enim Opitium è convictu & sermonibus, candore, fide & cæteris, quæ in commendando homine requiruntur, virtutibus perspectum satis & exploratum cum habuisset, graduque sibi, non saltu procedendum esset ratus, non Regi quidem ipsi statim ut Jovi, sed Jovis tamen magno cuidam ministro commendavit vel potius fore utile instrumentum illustrandæ scriptis immortalibus Regis & Regni gloriæ ostendit. Is erat Perillustris & Generosiss. *Gerhardus Danhofius*, Aulæ Regiæ Mareschalcus & exercituum Ductor, Regi ob fidem & constantiam tum majorum è Livoniâ

ob id ipsum exactorum tum propriam, eamque spectatam maximè servato *Thorunio*, cui peregrinus miles ad portas incubans frustrà ut prædæ opimæ, vigili ejus curâ impeditus, inhiat, commendatissimus; cui etiam in petendis regni honoribus aspiraturo ad majora matrimonium, quod cum Illustrissimi Principis *Iohannis Christiani* Filia, Heroina Piastæa, non ita pridem contraxit, robur ac Decus inter Poloniæ Proceres, Nobilitatis generosioris admodum studiosos, additurum est. Hunc magnum Patronum, *Nigrini* interventu jam facilem, propensiorem sibi conciliare cogitans Antigonen, Sophoclearum Tragœdiarum facilè principem, certissimum speculum contemplandi nostrum seculum, sub illius nominis auctoritate in publicum cothurno Germanico indutum exire passus est. Hoc monumento *Danbofius* devinctus, gratum se & propensum in tantum sui cultorem exhibiturus nullo alio beneficio se pensare illud posse credidit, quàm si clientem suum Serenissimo Regi ac munificentissimo Sarmatiç Evergetæ, in aures, oculos, sinum, animam, nusquam tutius & beatius victurum, ferret, sisteret, poneret, figeret. Regem verò, dexterrimo *Danbofio* proxeneta faventissimum nactus, Opitius duobus Panegyricis duplici quasi vinculo; altero Germanico, reduci à Moschis sine cæde & sanguine victis, altero Ejusdem Felicitati Augustæ ac Honori nuptiarum cum Augustali Nympha Austriacâ institutarum, dedicatis, consecratis, sibi porrò sic conciliavit, ut fidei suæ, prudentiæ, dexteritati multa apud Reges Galliæ, Angliæ, Daniæ expedienda crederentur. Quibus feliciter expeditis præmium res laudabiliter gestæ Titulos Historiographi ac Secretarii Regii Rege satis splendidos & depenso annuo pretio quoque fertiles, lucrifecit. Ac veluti gentiles non soli Jovi supremo deorum & hominum credito parenti, sed etiam Concilio omnium deorum supplicare solebant: ita noster non Maximi modò Sarmatiæ Rectoris aquilinam umbram, sed prudentissimorum quoque Regni Moderatorum Procerum, Senatorum & Ephororum patrocinium experiri voluit. Cui negotio conficiendo, nec opportunior occasio, quàm in Comitiis, nec opportunior persona ex Proceribus occurrebat, quàm Princeps Togatorum, Arcanorum Reip. servantissimus custos, quem Magnum Regni Cancellarium vocant, *Thomas Samoscius*, Magni illius *Iohannis* armis & literis suâ ætate incomparabilis Herois Filius ac dignissimus successor. Ei Opitius noster singularem Variarum

Le-

Lectionum librum, Sarmaticarum rerum epitomen obtulit, & quantopere *Samosciam* domum Musis extraordinariam patronam coleret, rotundissimo Epigrammate, Duumvirorum in Rep. literaria summorum *M. Antonii Mureti*, & *Hugonis Grotii* adjuncto purpuram purpuræ, non pannum, ut modestè interpretabatur, assuens, testatus est. A quo patrono in singularis benevolentiæ signum eodem munere, quod illis à Parente *Thomæ* illustrissimo contigerat, aureo scilicet nummo *Ibhannis* effigie signato donatus est. Hos duces augendæ dignitatis suæ Opitius nactus, cùm Serenissimo Regi, tum Senatui Reip. Polonæ Amplissimo, è Laudationibus Sereniss. *Annæ* Suecorum & Vandalorum Principis, Divi *Sigismundi III.* Sororis, & aliquod illustrium Senatorum, ut *Raphaëlis* Comitis Lesnensis ac Palatini Comæ, Honori ac memoriæ æternæ dictis, magis magisque innotuit, adeò ut prudentiæ politicæ & eloquentiæ laude, quæ duo maximè Poloni Nobiliores conjungere solent, cymbalum quoddam fuerit. Quēadmodum verò totum Reip. Polonæ corpus, ita etiam primarium illius membrum Prussiam ac Civitates ejusdem primarias, Gedanum, Thorunium, Elbingam sibi devinxit: apud quarum Capita, Præsides dicunt, *Cirenbergium* Gedanensis, *Preussium* Thoruniensis, & *Israelem Hoppium* Elbingensis, singulis aliquid inscribens, illi Rhythmum veteris poëtæ incerti Teutonicum, isti priorem, huic posteriorem Epigrammatum selectissimorum Libros, præfando ac suam innocentiam suspectus excusando se approbavit. In hoc liberali otio, quod Deus & Sarmatiæ Monarcha Opitio fecerat, Operi illi Daciæ suæ tanti laboris, tantarum vigiliarum, tantarum lucubrationum, quod tantæ molis ac ponderis non in nonum tantùm annum, ut Horatius scripta victura premere præcipit, sed in sedecimum usque presserat, jam post tot desideria, exspectationem, & flagitationes doctorum, summam manum imposuit, ac si aliquot mensibus supervixisset, illud in portum judicii publici stitisset. Circa extrema etiam tempora, quibus homini sua mens meliora præsagire solet, ne ingenium suum solà gentilium ac profanâ literaturâ occuparetur, immortale illud Davidicorum Psalmorum ad modum *Clementis Marotti*, & *Theodori Bezæ* Gallico metro concinnatorum & *Gandimelæ* melodiis accommodatorum Opus, longè majore felicitate quã *Ambros. Lobwass.* seculi tamē tùm rudioris in hoc genere vitio excusãdus, inter acutos arthriditis dolores edolatū publi-

publicarat, Christianæ genti aliquod devotæ pietatis suæ monumentum relinquere, atque hoc ipso testari cupiens, spiritum poëticum longè meliùs divinis & sanctis, quàm profanis & sæpe licentiosis occupari. Hanc psalterii paraphrasin, gemmam ceterorum scriptorum pretiosissimam, penu & promptuarium inexhaustæ divinæ sapientiæ ditissimum, fontem vitæ & consolationis limpidissimum, quis no intimâ cum animi voluptate excipiat, devotè legat, psallat, memoriter recitet? Hanc Vestalem, ut ita dicam, virginem castissimam, sacerdotum piissimam, custodem sacri ignis divini ac spiritus poëtici ac Prophetici fidissimam, Deo soli vacantem, pios incitantem, mente ægros & spiritu fractos solantem, sub nullo alio præsidio, quam decantatissimæ pietatis *Piasteæ* tutelâ, & sanctissimæ *Hedvvigianæ* devotionis umbra, hoc est sub Tuę Celsitudinis, Optime & Pientissime Princeps, Nomine & Numine, tuam & securam fore divinus ille ac Christianus Poëta noster sapienter censuit. Sed in medio hoc virtutum ac gloriæ cursu illustre hoc ingenium, literis & rebus gerendis apprimè natum, cum ingenti orbis literarii ac Germaniæ, cujus libertatis, antiquitatis ac linguæ vindex erat incomparabilis, luctu ac damno in hoc effœto excellentium ingeniorum tempore non facilè reparabili, invidia leti præcerpsit. O fatalem mensem Augustum! ô funestum XIII. Cal. Septembres! ô abominandum contagium hoc optimo tanti viri spolio! ô infelicem Silesiam tanto sidere amisso nec ossium & cinerum bene meritissimi sui civis compotem! Finis vitæ Opitianæ ipsi Serenissimo Regi, Ligiis Dynastis, multis Poloniæ ac Silesiæ Proceribus, illustribus, & magnis, tristis, doctrinarum verò studiis in Europæo orbe quaqua versum vere luctuosus, ignotis quoque & incuriosis alias ejusmodi ingeniorum non sine cura fuit. Vulgus etiam sua tantum alioqui, publicis curis omissis, agere suetum, per fora, circulos, trivia, tabernas, tonstrinas, convivia de ejus excessu locutum est, casumque notissimi ac ob comitatem gratissimi hominis indoluit. Hanc miserationem & intestinum dolorem augebat constans rumor intra biduum iteratus, illum ex contagio grassantis luis pestilenti sidere afflatum & uno ictu subito cum impetu interceptum esse. Tibi verò, Cygne suavissime, obitus, vel deprecandæ asperioris formulæ causa, abitus contigit optabilis, qualem sibi *Solon* è Plejadis septenario sapientissimus, & legislator Atheniensium prudentissimus optâsse legitur, testimonio hujus distichi à Cicerone ita versi:

Mors

Mors mea ne careat lacrumis, linquamus amicis
Mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu.

Inhumanum & ingratum foret, tam clari, tam docti, tam prudentis & de Germaniâ tam insigniter meriti viri memoriam incuriosâ nostrorum oblivione sepelire nec vitam mortui hominis in memoria vivorum æternâ reponere. Et Opitius quidem noster medio floridæ ætatis spatio nobis ereptus est, veruntamen si non annos, sed raras virtutes, rara in patriam, in literas, in totum hoc seculum merita, rara fortunæ patrocinantis munera, gloriamque, cui & vivus interfuit, & mortuus eadem florere nunquam desinet, rectè computaverimus, longissimum illum dicemus peregisse ævum. Nam cùm ille vera bona, quæ in virtutibus sita sunt, summâ animi vi, ignei & volucris ingenii vigore, continuæ industriæ contentione, eâ perfectione, quæ non nisi cœlestibus mentibus contingit, sibi comparavisset: quid amplius suo pullo, tot honorum, titulorum à Cæsare, Regibus, Principibus, toto literarii orbis unanimi consensu & judicio collatorum præmiis exornato, fortuna adstruere potuisset? Hoc etiam in parte felicitatis defunctis habuit, quòd eum non paupertas, Germana illa bonæ mentis soror & communis poëtarum inprimis morbus afflaverit, sed præter alia officia & functiones poesis etiam ipsi apud magnates tanta munera pepererit, ut etiamsi nimiis opibus non inhiaret, eæ tamen pro conditione solitarii hominis, satis speciosæ ipsi contingerent. Noster enim Germaniæ Virgilius & Ronsordus à suis Evergetis & Mæcenatibus idem expertus est, quod *Bellajus, Ronsardus, Q. Septimius Florens, Auratus, Pybrachius* à *Carolo IX.* Galliæ Rege, qui hos suarum laudum præcones in sinu fovit. Cujus aliàs facetum dictum annotatum est, cùm illud subinde in ore haberet, Poetas instar generosorum equorum alendos, non saginandos esse: intelligens eos necessario sumtu excitandos, ut spiritu ac animo ad carmen exsilirent, non ut prodigiâ liberalitate ferocirent & luxuriarent. Beatum etiam nostrum dicimus, quod dignitate vigente, famâ florente, salvis rebus suis ac studiis, è portu illo Gedanensi, cui se, quo naufragii metui ac altissimo civilium fluctuum æstui fortunas suas subduceret, credidisse videtur, in cœlestem, tutum, securum, tranquillum, ac omni parte beatissimum portum secesserit. Ac sicut pacis bonum inæstimabile, sub ortum melioris seculi, votis & suspiriis diu optavit: ita festinatæ mortis grande solatium tulit, tempestates istas effugisse. Vana igitur, immò super-

stitiosa foret religio,& pietas magis officiosa, quam generosa, infirmo desiderio, mollibus lacrumis, muliebribus lamentis velle perfungi: cum contemplatio virtutum Opitianarum, quas neque lugeri, neque plangi fas aut pium est, impetrare potiùs id à nobis debeat, ut illi Beatitudinem suam gratulemur. Credite, Auditores splendidissimi, divinam & cœlo receptam Opitii animam, si res humanas despicere posset, cum Rudio illo vate nos esse allocuturam:

Nemo me lacrumis decoret, nec funera fletu
Faxit. Cur? volito vivus per ora virûm.

Admiratione ipsum, æmulatione, imitatione veneremur, honestemus, æquemus. Nondum planè neque effœta est natura, neque cœlum fausto sidere ingenia producere desuetum, neque omnis literatura emortua: sed multa ingenia, quæ jam in hac seculi infidelitate in occulto latent, melioribus temporibus se reservant. Enitimini exemplo Opitii instar echini se contra fluctus marinos erigentis, qui tot Constantiæ exemplis firmatus inter medios belli fluctus, inter arma & extremas sortis minas emersit, & calamitatis publicæ occasione insigniora virtutis suæ specimina exhibuit, quàm sine hâc gravissimâ adversariâ sorte potuisset. Prodite crescentis famæ surculi, spes seculi & posteritatis illustres, *Flemminge, Conrade, Cepeo, Tscherningi*; Opitius nobilissimus ille in bonæ mentis stadio præcursor & decursor vobis lampadem tradit: Opitius ille olor cygneâ voce sua justam vobis canendi materiam reliquit, & vos fore sibi similes aut pares auguratus, vaticinatus est. Et tu, ò mea juventus, ad hoc exemplum, quod ita cœlo tolli audis, te compone, ejus virtutes, scripta, dicta, & facta, næ vis præteritis, quibus nec ille humanitatis infirmitate exsors erat, ad imitandum tibi propone: si quid in scriptis ejus, prosis, vorsis, Latinis, germanicis, legeris, observaveris, in memoriam ad usum futurum ceu fidissimam custodiam repone. Quod si omnes quisque suo ordine, suo loco, omnia Opitii scripta, dicta, facta, gesta revolverimus, ac formam figuramque mentis ex illis æternæ, non materia auri, æris, marmoris, aut artificio quopiam humano, sed modulo ingenii ac animi expresserimus: corpusculi ejus exilis & vultus subpallidi, sed decentis tamen & bene compositi, quod olim augustæ & jam divinæ animæ angustum præbebat domicilium conspiciendi desiderium facile molliverimus. Quanquam & forma ejus ære ad vivum expressa, cui *Barthius* distichon hoc subscripsit:

Talis,

Talis, Lector, erat facie Phœbeia Siren,
Germani Princeps Carminis OPITIVS.

Cæterùm tametsi Opitius, ut alterum ex se Opitium, ceu genuinam sui ingenio & mente effigiem, orbi daret, accedentibus insuper tot amicorum flagitationibus & hortatibus assiduis, ad matrimonium contrahendum consilia aliquoties inclinavit: tamen sive sorte nascendi, sive aspectu temporum, sive metu, ne sibi dissimilem, fato quodam optimorum virorum in educandis liberis frequenti, creaturam, aut inutile aut etiam damnosum terræ pondus gigneret, sive quod nollet necessarium illud malum, uti uxorem Cato appellat, præ liberâ aliquâ & gratâ compede, cœlebs mortuus est, Epaminondæ quasi exemplum secutus, quod melius patriæ consulere se ajebat, quod nullos liberos relinqueret, quam *Pelopidam*, quod filium infamiæ stigmate notatum genuerat. Neque tamen planè stirpis exors obiit. Nam ut idem incompatabilis Thebanorum Dux Leuctricam pugnam ex se natam & superstitem, velut immortalem filiam relinquere se ajebat: ita Opitius verè gloriari poterat, patriæ se suæ duas immortales filias genuisse: alteram Germanicam poësin, à se solo genitam, à tot hactenus procis petitam, tot ab æmulis & rivalibus invisam, tot denegatam, soli alicui Opitio novo aut ejus proximo, destinatam: alteram Daciam, Romano cultu, lingua & mente indutam, maturam añis, & ut ita dicam, nubilē, parente suô orbam, cui tutorem & Curatorem sibi elegit *Nüslerum*, qui ipsam pro paterno amore posteritati perpetuam ac propriam dicabit. Quicquid itaque in Opitio amavimus suspeximus, extulimus, admirati sumus, manet mansurumque est in oculis, auribus ac animis Germaniæ in profundâ æternitate temporum famâ rerum. Beatissimum hominem prædicamus Opitium, qui non ut alii præstantes plerique viri, vel tantùm legenda scripsit, vel scribenda fecit, sed utrumque cum admiratione Seculi præstitit atque ambidexter posteritati in exemptum propositus superstes erit.

In Obitum
Viri æternæ Famæ
MARTINI OPITII.

TE planctu nemo decoret, neq; laudet, OPITI!
Plausus, non planctus te tumulumq; decent.
Quicupit ire tuam in laudem, velut Icarus, alto
Mergitur elogii naufragus amne tui.
Nam numero & cumulo laudū omnigeno omnia vincis,
Quæ vatum numeris ora diserta canunt.

JOH. WEIZIUS

Innumeros annos Phœnicem vivere dicunt,
Unica totius quod sit & orbis avis.
Si quid inest fidei dictis, ut inesse putamus,
Credamus: si non: ficta videtur avis.
Sed sit ficta: aliquid veri in se continet ales:
Scilicet in fictu vera latere solent.
Phœnix rara avis est, rarum quid & indicat inde,
Secula Phœnicem quæq; tulere suum.
Græcorum quondam fuit ingeniosus Homerus
Phœnix, Ausonia Flaccus, itemq; Maro.
Gallis Ronsardus, Batavis est Heinsius: omnes
Carminibus Linguas excoluere suas.
Teutonia ergo parens aliàs facunda Virorum
Doctorum, Sterilis ne videatur eis:
Martinum Opitium Phœnicem, Slesia, tandem
Teutonicæ tandem, tuq; Bolesla dabas.
Sed cur in cineres redigi vult hicce sepultus
Dantisci? Vt pullis esset in orbe locus.

VALEN. SÆNFTLEBIUS.

EPITAPHIUM.

Quis jacet hoc tumulo? Martinus Opitius ille.
Qui posuit? Charitum Pieridumq; dolor.
Quæ tumulum mulier servas? Germana Poësis.
Pectora quid tundis, quid lacerasq; genas?
Hic mea Lux, mea vita fuit, meus ignis; & istbunc
Novi, ceu matrem nosse puella solet.
Quid pauci, qui te retinent? ne condar iisdem
Sedibus, hi faciunt injiciuntq; manus.
Quæ furtim dant verba? minantur se fore junctim.
Ante mihi solus quod meus ignis erat.

ELIAS MAIOR.

MARTINUS OPITIUS.

Anagr.

VIR OPTIMIS NATUS.
IS PROMTUS IN VITA.

VIR OPTIMIS NATUS *viris*	*Vir optimus prudentiâ,*
Et ipse factus optimus:	*In literis Vir optimus,*
Vir optimus Virtutibus:	*Honoribus vir optimus*
Vir optimus verâ fide:	*Et gloria Vir optimus.*

PROM-

PROMTUS *consiliis varioq; poëmate* PROMTUS
IN VITA *lingua flumine promtus eras.*

Ingenii bonitas, studiiq; industria, OPITI,
Promtum te fecit, magne Vir, esse Virum.


Chronosticon.

PatrIa progenVIt Me terra sILesIa, ſparsIt
PVLVerIbVs GeDanI PrVssIa at oſſa sVIs.

J. G. MÆRESIUS.

SCRIPTA.

Sylvarum libri II. Epigrammatum I. *Francof.* 1631. in 8.
Oratio ad Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem, Fridericum, Regem Bohemiæ: *Vratislav.* in 4.
Laudatio funebris Memoriæ ac honori Illuſtr. Ulderici, Daniæ Regis Filii dicata: *Francof.* 1633. in 4.
Incerti Autoris Teutonici Rhythmus de Sancto Annone, Colan, Archiepiſcopo, ante 10. aut circiter annos conſcriptus, ex membrana veteri editus, & animadverſionibus illuſtratus: *Dantiſci* 1639. in 4.
Florilegium Variorum Epigrammatum ? *ibid.* 1640. in 8.
Felicitati Auguſtę honoriq; Nuptiarum Sereniſſimorũ Principum, Uladislai IV. Polon. Sueciæque Regis, & Cæciliæ Renatæ Archiducis Auſtriæ D. D. Martinus Opitius: *ibid.* in 4.
Catonis diſticha Germanicè expreſſa: *Vratisl.* in 8.
Hohes Lied Salomonis: Breßlau 1627. in 4.
Von der Welt Eitelkeit / auß dem Frantzöſiſchen verteutſchet: Brieg. 1629. in 4.
Schäfferey von der Nimfen Hercinie: *ibid.* 1630. in 4.
Hugonis Grotii von der Warheit der Chriſtlichen Religion, auß der Holländiſchen Sprache verteutſchet: *ibid.* 1631. in 4.
Veſuvius, Poëma Germanicum; *ibid.* 1633. in 4.
Proſodia Germanica, oder Buch von der Teutſchen Poëterey: Wittenb. 1634. 1647. in 8. Franckf. 1658. 1668. in 12.
Die Pſalmen Davids und die Sontags-Epiſteln / nach Frantzöſiſchen Weiſen geſetzet: Dantzig 1638. in 24. Baſel 1640. in 12.
Joh. Barclaji Argenis verteutſcht: Amſterd. 1644. in 4.
Opera Poëtica, das iſt / Geiſt- und Weltliche Poëmata: Franckf. 1628. 1644. in 8. Amſterd. 1646. in 12.



VITA
Viri Clarissimi & Celeberrimi,
JOHAN. MEURSII,
JCti primum Historiæ & Græcæ Linguæ in Academia Lugduno-Batav. Deinde Historiarum itidem & Politices in Regia Sorana Profess. Publici, paucis delineata
Cum ex Ipsius Athenis Batavis, tum ex aliis Documentis.



Atus est anno CIϽ IϽ LXXIX. familia *Meursia* & patritia & antiqua. Locus natalis, *Losdunum* est; pagus, *Haga* uno milliari distans, admirabili partu Margaritæ Hollandicæ, Comiti Hennenbergensi nuptæ, celebratus. Vix sexennis primis Latinæ linguæ elementis domestica opera à parente imbutus, ad reliquum literarum tirocinium Septennis Hagam amandatur; ibique exacto quadriennio, sub Rectoribus *Bernardo Bejsma*, & *Folquero VVestervvoltio*, *Lugdunum Batavorum* transiit in disciplinam *Nicolai Stochii*, celebris per id tempus scholæ publicæ Rectoris, sub quo duodecennis orationis scribere cœpit. Ad Græcæ linguæ studium natura pronior vix tredecennis carmen Græcum scribebat. Anno ætatis decimo sexto in *Lycophronem*, obscurissimum totius Græciæ poëtam, commentari instituit; decimo septimo, in *Theocriti Idyllia*, post *Henricum Stephanum*, *Isaacum Casaubonum*, & *Iosephum Scaligerum*, viros in literis omnibus maximos, Spicilegium scripsit. Exin ingenium ad omne literarum genus applicuit. Remotissimam Græciæ historiam, & sepultas penè cum ipso tempore antiquitates, eruit, ac revocavit, in istis studiorum suorum primitiis. Mox ad Latinas literas, ordine præpostero, sed quem D. Hieronymus præscribit, magnus autem vir, *Iosephus Scaliger*, est consecutus, animum adjecit. Et à primis Romæ cunabulis orsus, magnus illic quoq; antiquitatis admirator & cultor fuit: idq; *Curæ Plautinæ* loquuntur, & *Animadversiones Miscellaneæ*, Deinde à rudiore Roma ad admira-

adultam, & cultiorem transiens, hanc quoq; illustrandam sibi proposuit. Atq; hujus sui conatus testes dedit libros *de Funere*; &, *Luxu Romanorum*, Ad Poëtica etiam delatus, plus præstitisset, si ad naturam studium quoq; & curam adjecisset: sed in eo genere ipse se destituit. Nam quos dedit *Iambos Morales, Elegias, Heroidum Epistolas* & *Epigrammata*; ea semestris unius opera sunt, extraordinarium animi oblectamentum, cum totis novem annis ante paucos admodum versus scripsisset. Inde ad Philosophiam se etiam convertit, non scholasticam illam, sed masculam; quæ generosas mentes ad virtutem excitat: &, dum inibi est, *de Gloria* librum edit. Porro nec Theologiam quoq; intactam reliquit; atq; ita *Meditationes Christianas* conscripsit, in Psalmum CXVI. & tres priores partes CXIX. Inde in Græciam studia reduxit, & *Glossarium Græco-barbarum* vulgavit; in quo collecta vocabula cIↄ cIↄ cIↄ Iↄc. ad quæ deinde, iterata editione, cIↄ Iↄ ccc. addidit: eoq; opere imperii orientalis barbariem non parum illustravit. A *Ioanne Berneveldio*, Viro nobilissimo & Amplissimo, Reip. Batavinæ Nestore, ad erudiendos privatim filios evocatus decennium in ejus familia, & consuetudine, egit; &, peregrè cum iis profectus, maximorum totius orbis Christiani principum aulas vidit & Bibliothecas. Atq; ex his præclara monumenta multa, nunquā hactenus edita, depromsit; quorum partem jam reversus publicavit; partem aliquando quoque juris publici faciet; si vitam & otium Deus concesserit. Dum peregrinatur, anno cIↄ Iↄcviii. *Aureliani* summo in *Iurisprudentia Doctoris* titulo cohonestatus est. In patriam redux, Academiæ celeberrimæ anno cIↄ Iↄ cx. operam addixit; & conjunctum à Curatoribus *Historiæ* primum, deinde *linguæ* etiam *Græcæ Professionem*, moxq; anno insequente cIↄ Iↄ cxi. ab Illustrissimis ac Potentissimis Ordinibus fœderatarum Belgii Provinciarum. *Historiæ patriæ conscribendæ* partes suscepit. Inde, animo ad matrimonium applicato, año cIↄ Iↄcxii. uxorem duxit, *Annam Catharinam Bilderbeciam*, è nobilissima in Angrivariis, & antiquissima, Biderbecciorum familia. Ac Professione quidem annos quatuordecim functus, ita se in ea gessit, ut & lectiones omnes ordinarias pari cum collegis reliquis diligentia, atq; fide, semper obierit; libris verò conscribēdis & edendis, qua re fama Academiarū constat, tā insignē operā dedit, ut hic quoq; nullū sibi è collegis, si nō parem, certè Superiorē habeat. Quod si laude ac favore dignū esse nō videri possit, quod auctores itē Græcos, nūquā ātea vulgatos, unus ipse plures dederit, brevi hoc Professiōis suę tēpore; quā à primis Aca-

Academiæ incunabulis, quinquaginta retrò annis, cæteri Professores omnes, quotquot isthic exstiterunt. Anno cIↃ IↃcxxv. à *Christiano* IV. Serenissimo ac potentissimo Daniæ Rege, ad *Historici regii munus*, & *Professionem* item *Historiarum ac Politices*, in *Soranam Academiam* evocatus, eò transiit. Advenientem & sui factum juris, verè regiâ munificentiâ, amplissimisque tum honoribus, tum præmiis constanter cumulavit. Et profectò quis non admiretur variam illam ac diffusam eruditionem in Latinis, Græcis, historia & antiquitate Romana, in primis verò Græca ac posterioris etiam ævi, barbariæ jam sua involuti? Multa utique in hanc rem dicenda forent, & singula suis ornanda encomiis, nisi publica monumenta, quæ, ut erat φιλοπονώτατος, labore maximo, nec sine valetudinis dispendio, perfecit vulgavitque quam plurima, testes horum omnium essent luculenti, orbique erudito jam dudum per illa innotuisset, celebritate maximâ. Aliud est, quod silentiò minimè transmittendum duco, quodque ad ejus commendationem facit vel maximè. Etenim tenet literatorum plerosque æternitatis perpetuæq; famæ cupido, sed inconsulta & plena inanitatis. Quinimo amabilis hæc insania ita nonnunquam misellos dementat, eo redigit loci, ut, dum noti nimis esse student omnibus, ignoti moriantur sibimet ipsis. Ex hoc κενοδοξίας fonte, cujus τροφὴ τιμαὶ ϗ ἔπαινοι, juxta Chrysostomum, duella ista literaria sunt, quibus docti inter sese sæpe numero colliduntur, hinc scaturiunt implacabilia illa & plusquam Vatiniana, quæ gerunt, odia, dum quilibet gloriæ tantummòdo studet suæ, dum ὑπείροχος ἔμμεναι ἄλλων viis omnibus effectat, majorique famæ urgetur siti, quàm virtutis. Nam ubi harum rerum invaluit cupiditas, ibi sanctam servare concordiam difficile, ne dicam impossibile. Æternitatem semper, cogitabat ac spirabat MEURSIUS ὀπίσω, & placidissimi Vir ingenii, sed genuinam illam ac veram, quæ in cœlis obtinetur, quæ bono cuiq; ac probo athletæ Christiano à Deo confertur, quæque solidiori longè innixa est fundamento, quàm perituræ aliquando chartæ, aut nomini inter homines obliterando. Audiat posteritas, quæ olim perscripsit in hanc sententiam ad Amplissimum Theodorum Canterum. *Mortalem me esse novi, & deberi spiritum hunc Creatori & Redemptori meo Deo; quem evocantem me lubens sequar, ita me ille amet. ô dies, quæ me cœlo locabis apud magnum illum Monarcham, quando illucebis?* Exorere, exorere. *Quid enim in immundo hoc corporis foll-*

folliculo (cum Arnobio sic dicam) ex hac lachrymarum valle ad vitam longam optandam hominem Christianum, quæ tamen nihil minus quàm longa, si paullum modo attendas & ad æviternitatem componas, invitetis? Aureæ revera voces, ac votum præclarum, omnibusq; aliis meritò anteferendum, in quo sicuti veræ felicitatis continetur summa ; ita viri pietas singularis elucescit egregiè. Quam virtutum omnium ducem ac reginam ita universa vita ac moribus inculpatis expressit, ut ab hac ipsa laudem mereatur peculiarem. Non enim, quod vulgus facere solet hominum, ex rerum duntaxat multiplici scientia literatos spectandos arbitror, verùm ex vitæ insuper probitate. Imo amplissimè laudari existimo eruditum, ita qui laudatur. Quanquam enim ipsa per se εὐσέβεια possessorem suum apud Deum hominesque gratiosum satis reddat ac commendabilem, si tamen ad hanc rerum ac disciplinarum utilium cognitio, literæq; accesserint humaniores, longè eum faciunt plerumque illustriorem. Summum igitur hunc Virum, sexagenario jam majorem, & lentâ confectum tabe per diram calculi carnificinam, XX. septembris dies anni CIↃIↃCXXXIX. cœlo suo reposuit. Virum, non vitâ modò dignum productiore, sed faciliori insuper exitu ; atque ea inprimis εὐθανασίᾳ, quam sibi suisque Cæsar Augustus precabatur, quoties audisset, citò ac nullo cruciatu defunctum quempiam. Ea enim illius Virtus erat ac probitas, ea eruditio, ut vitioso hoc sæculo, quo ad occasum, fatali quadam ruina, vergunt litteræ, diutius superesse debuisset ; cum in exemplū vitæ emendatioris, tum verò uti remp. litterariam, quàm hactenus editis tot scriptis suis, tot illustratis autoribus auxit ornavitq;, porrò juvaret ac labantem fulciret cum paucis, *quos æquus amavit Iuppiter, atque ardens evexit ad æthera virtus.* Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τοιαῦτα ἐκτὸς ὄντα· ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστι, καὶ θεοῦ ἐν γούνασι κεῖται. ᾧτινι πείθεσθαι ἡμᾶς χρὴ, ὥσπερ διοικοῦντι τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως. Serenissimus autem Rex Daniæ, exstincto Meursio ac morte ejus nunciatâ, non secus fertur indoluisse, ac si damnum illud, quod Remp. litterariam attingebat universam, ad se unum modò pertineret. Nec dedignatus est palam, audiente non uno, profiteri, & Daniæ regno utilissimum hunc, dum viveret, extitisse virum, &, si per fata vim majorem licuisset, id in votis sibi fuisse, uti vitæ finem quam tardissimè potuisset implere. Ita semper, quoties egregia aliqua virtus è medio sublata est, acrius eam impensiusque solemus quærere ac desiderare.

Palladii Historia Lausiaca Græcè cum notis: *ibid.* 1616. in 4.

Philostrati Epistolæ aliquot Græcè, cum dissertatione de Philostratis: *ibid.* 1616. in 4.

Aristoxeni elementa Harmonica, Nicomachi Enchiridion Harmonices, & Alypii Isagoge Musica Græcè: *ibid.* 1616. in 4.

De Populis Atticis liber singularis: *ibid.* 1616. in 4.

Atticarum Lectionum libri VI. *ibid.* 1617. in 4.

Guilielmus Austriacus, sive de rebus toto Belgio gestis, libri X. *ibid* 1614. 1620. in 4. *Amsterod.* 1638. in fol.

Theophylacti, Bulgariæ Archiepiscopi, epistolæ Græcæ cum notis: *ibid* 1617. in 4.

Chalcidius in Timæum Platonis Græcè cum notis: *ibid.* 1617. in 4.

Eusebii, Polychonii & Pselli expositiones in Canticum Canticorum Græcè cum notis: *ibid.* 1617. in 4.

Theodori Metochitæ Historia Romana, à Julio Cæsare ad Constantinum M. Græco-Latina cum notis: *ibid.* 1618. in 4.

Procopius Gazæus in libros Regum & Paralipomenon, Græcè & Latinè cum interpretatione; *ibid.* 1620. in 4.

Variorum divinorum liber, sive Orationes Patrum nunquam editæ, videlicet Anastasij, Antiochiæ Archiepiscopi, in lætum nuntium immaculatæ Deiparæ allatū; Andreæ Hierosolymitani, Cretæ Archiep. in vitam humanam & defunctos; Methodii de libero Arbitrio; Timothei, Presbyteri Constant. de occentibus ad S. Ecclesiam, & de duabus Jesu Christi naturis; Hilarionis Monachi de pane mystico Græcorum & azymo Latinorum, cum notis: *ib.* 1619. 1621. in 4.

Orchestra, sive de Saltationibus veterum: *ib.* 1598. 1616. in 4.

Antigoni Carystij παράδοξα, Historiarum mirabilium collectanea cum notis: *ib.* 1619. in 4.

Græcia feriata, sive de festis Græcorum libri VI. *ib.* 1619. in 4.

Panathenæa, sive de Minervæ festo gemino: *ib.* 1619. in 4.

Eleusinia, sive de Cereris Eleusinæ sacro & festo: *ib.* 1619. in 4.

Æschylus, Sophocles, Euripides, sive de eorum Tragædiis libri III. *ib.* 1619. in 4.

Phlegontis Tralliani Opuscula, de rebus mirabilibus cum notis: *ib.* 1620. in 4.

Apollonii Dyscoli Alexandrini θαυμάσια, sive Historiæ Commentitiæ liber, Græcè cum Commentario & Syntagmate de ejus nominis scriptoribus: *ib.* 1620. in 4.

Por-

Porphyrij Philosophi omnia cum notis: *ib.* 1620. in 4.
Archontes Athenienses; sive de iis, qui Athenis summum illum Magistratum obierunt: *ib.* 1622. in 4.
Fortuna Attica, sive de Athenarum Origine, incremento, magnitudine, potentia, gloria, vario statu, decremento & occasu liber singularis: *ib.* 1622. in 4.
Cecropia, sive de Athenarum arce & ejusdem Antiquitatibus: *ib.* 1622. in 4.
Græcia ludibunda, sive de ludis Græcorum: *ib.* 1622. 1625. in 8.
Pisistratus, sive de ejus liberorumq; vita & tyrannide: *ibid.* 1623. in 4.
Areopagus, sive de Senatu Areopagitico liber singularis: *ibid.* 1624. in 4.
Athenæ Atticæ, sive de præcipuis Atheniensium Antiquitatibus libri III. *ibid* 1624. in 4.
Athenæ Batavæ, sive de Urbe Leidensi & Academia, Virisq; Claris, qui ingenio eam aut scriptis illustrarunt: *ibid.* 1625. in 4.
Ælnothus, Monarchus Cantuariensis, de vita & passione S. Canuti, Regis Daniæ, item Anonymus de Passione S. Caroli Comitis Flandriæ, cum notis: *Hafniæ* 1631. in 4.
Denarius Pythagoricus, sive de Numerorum usq; ad Denarium qualitate ac Nominibus, secundum Pythagoricos: *Lugd. Bat.* 1631. in 4.
Solon, sive de ejus vita, legibus, dictis atq; Scriptis liber singularis: *ibid.* 1632. in 4.
Regnum Atticum, sive de Rebus Atheniensium eorumq; rebus gestis libri III. *Amstelod.* 1633. in 4.
Historicæ Danicæ, sive de rebus Daniæ libri quinq; priores & tres posteriores: *Hafn.* 1630. in 4. *Amsterod.* 1638. in fol.
Theophrastus, sive de illis libris, qui injuriâ temporis interciderunt, liber singularis. Accedit Theophrastearum lectionum libellus: *Lugd. Bat.* 1640. in 12.
Miscellanea Laconica, sive variarum Antiquitatū Laconicarum libri IV. primùm editi curâ Samuelis Puffendorfii: *Amster.* 1661. in 4.
Ceraminus geminus: *Ultraj.* 1663. in 4.
Creta, Rodus, Cyprus, sive de nobilissimarum harum Insularum rebus & antiquitatibus commentarii posthumi, nunc primùm editi: *Amsterod.* 1675. in 4.

Palladii Historia Lausiaca Græcè cum notis: *ibid.* 1616. in 4.

Philostrati Epistolæ aliquot Græcè, cum dissertatione de Philostratis: *ibid.* 1616. in 4.

Aristoxeni elementa Harmonica, Nicomachi Enchiridion Harmonices, & Alypii Isagoge Musica Græcè: *ibid.* 1616. in 4.

De Populis Atticis liber singularis: *ibid.* 1616. in 4.

Atticarum Lectionum libri VI. *ibid.* 1617. in 4.

Guilielmus Austriacus, sive de rebus toto Belgio gestis, libri X. *ibid* 1614. 1620. in 4. *Amsterod.* 1638. in fol.

Theophylacti, Bulgariæ Archiepiscopi, epistolæ Græcæ cum notis: *ibid* 1617. in 4.

Chalcidius in Timæum Platonis Græcè cum notis: *ibid.* 1617. in 4.

Eusebii, Polychonii & Pselli expositiones in Canticum Canticorum Græcè cum notis: *ibid.* 1617. in 4.

Theodori Metochitæ Historia Romana, à Julio Cæsare ad Constantinum M. Græco-Latina cum notis: *ibid.* 1618. in 4.

Procopius Gazæus in libros Regum & Paralipomenon, Græcè & Latinè cum interpretatione; *ibid.* 1620. in 4.

Variorum divinorum liber, sive Orationes Patrum nunquam editæ, videlicet Anastasij, Antiochiæ Archiepiscopi, in lætum nuntium immaculatæ Deiparæ allatū; Andreæ Hierosolymitani, Cretæ Archiep. in vitam humanam & defunctos; Methodii de libero Arbitrio; Timothei, Presbyteri Constant. de occentibus ad S. Ecclesiam, & de duabus Jesu Christi naturis; Hilarionis Monachi de pane mystico Græcorum & azymo Latinorum, cum notis: *ib.* 1619. 1621. in 4.

Orchestra, sive de Saltationibus veterum: *ib.* 1598. 1616. in 4.

Antigoni Carystij παράδοξα, Historiarum mirabilium collectanea cum notis: *ib.* 1619. in 4.

Græcia feriata, sive de festis Græcorum libri VI. *ib.* 1619. in 4.

Panathenæa, sive de Minervæ festo gemino: *ib.* 1619. in 4.

Eleusinia, sive de Cereris Eleusinæ sacro & festo: *ib.* 1619. in 4.

Æschylus, Sophocles, Euripides, sive de eorum Tragædiis libri III. *ib.* 1619. in 4.

Phlegontis Tralliani Opuscula, de rebus mirabilibus cum notis: *ib.* 1620. in 4.

Apollonii Dyscoli Alexandrini θαυμάσια, sive Historiæ Commentitiæ liber, Græcè cum Commentario & Syntagmate de ejus nominis scriptoribus: *ib.* 1620. in 4.

Por-

Porphyrij Philosophi omnia cum notis: *ib.* 1620. in 4.
Archontes Athenienses; sive de iis, qui Athenis summum illum Magistratum obierunt: *ib.* 1622. in 4.
Fortuna Attica, sive de Athenarum Origine, incremento, magnitudine, potentia, gloria, vario statu, decremento & occasu liber singularis: *ib.* 1622. in 4.
Cecropia, sive de Athenarum arce & ejusdem Antiquitatibus: *ib.* 1622. in 4.
Græcia ludibunda, sive de ludis Græcorum: *ib.* 1622. 1625. in 8.
Pisistratus, sive de ejus liberorumq; vita & tyrannide: *ibid.* 1623. in 4.
Areopagus, sive de Senatu Areopagitico liber singularis: *ibid.* 1624. in 4.
Athenæ Atticæ, sive de præcipuis Atheniensium Antiquitatibus libri III. *ibid* 1624. in 4.
Athenæ Batavæ, sive de Urbe Leidensi & Academia, Virisq; Claris, qui ingenio eam aut scriptis illustrarunt: *ibid.* 1625. in 4.
Ælnothus, Monarchus Cantuariensis, de vita & passione S. Canuti, Regis Daniæ, item Anonymus de Passione S. Caroli Comitis Flandriæ, cum notis: *Hafniæ* 1631. in 4.
Denarius Pythagoricus, sive de Numerorum usq; ad Denarium qualitate ac Nominibus, secundum Pythagoricos: *Lugd. Bat.* 1631. in 4.
Solon, sive de ejus vita, legibus, dictis atq; Scriptis liber singularis: *ibid.* 1632. in 4.
Regnum Atticum, sive de Rebus Atheniensium eorumq; rebus gestis libri III. *Amstelod.* 1633. in 4.
Historicæ Danicæ, sive de rebus Daniæ libri quinq; priores & tres posteriores: *Hafn.* 1630. in 4. *Amsterod.* 1638. in fol.
Theophrastus, sive de illis libris, qui injuriâ temporis interciderunt, liber singularis. Accedit Theophrastearum lectionum libellus: *Lugd. Bat.* 1640. in 12.
Miscellanea Laconica, sive variarum Antiquitatū Laconicarum libri IV. primùm editi curâ Samuelis Puffendorfii: *Amster.* 1661. in 4.
Ceraminus geminus: *Ultraj.* 1663. in 4.
Creta, Rodus, Cyprus, sive de nobilissimarum harum Insularum rebus & antiquitatibus commentarii posthumi, nunc primùm editi: *Amsterod.* 1675. in 4.

Palladii Historia Lausiaca Græcè cum notis: *ibid.* 1616. in 4.
Philostrati Epistolæ aliquot Græcè, cum dissertatione de Philostratis: *ibid.* 1616. in 4.
Aristoxeni elementa Harmonica, Nicomachi Enchiridion Harmonices, & Alypii Isagoge Musica Græcè: *ibid.* 1616. in 4.
De Populis Atticis liber singularis: *ibid.* 1616. in 4.
Atticarum Lectionum libri VI. *ibid.* 1617. in 4.
Guilielmus Austriacus, sive de rebus toto Belgio gestis, libri X. *ibid* 1614. 1620. in 4. *Amsterod.* 1638. in fol.
Theophylacti, Bulgariæ Archiepiscopi, epistolæ Græcæ cum notis: *ibid* 1617. in 4.
Chalcidius in Timæum Platonis Græcè cum notis: *ibid.* 1617. in 4.
Eusebii, Polychonii & Pselli expositiones in Canticum Canticorum Græcè cum notis: *ibid.* 1617. in 4.
Theodori Metochitæ Historia Romana, à Julio Cæsare ad Constantinum M. Græco-Latina cum notis: *ibid.* 1618. in 4.
Procopius Gazæus in libros Regum & Paralipomenon, Græcè & Latinè cum interpretatione; *ibid.* 1620. in 4.
Variorum divinorum liber, sive Orationes Patrum nunquam editæ, videlicet Anastasij, Antiochiæ Archiepiscopi, in lætum nuntium immaculatæ Deiparæ allatū; Andreæ Hierosolymitani, Cretæ Archiep. in vitam humanam & defunctos; Methodii de libero Arbitrio; Timothei, Presbyteri Constant. de occentibus ad S. Ecclesiam, & de duabus Jesu Christi naturis; Hilarionis Monachi de pane mystico Græcorum & azymo Latinorum, cum notis: *ib.* 1619. 1621. in 4.
Orchestra, sive de Saltationibus veterum: *ib.* 1598. 1616. in 4.
Antigoni Carystij παραδόξα, Historiarum mirabilium collectanea cum notis: *ib.* 1619. in 4.
Græcia feriata, sive de festis Græcorum libri VI. *ib.* 1619. in 4.
Panathenæa, sive de Minervæ festo gemino: *ib.* 1619. in 4.
Eleusinia, sive de Cereris Eleusinæ sacro & festo: *ib.* 1619. in 4.
Æschylus, Sophocles, Euripides, sive de eorum Tragædiis libri III. *ib.* 1619. in 4.
Phlegontis Tralliani Opuscula, de rebus mirabilibus cum notis: *ib.* 1620. in 4.
Apollonii Dyscoli Alexandrini θαυμάσια, sive Historiæ Commentitiæ liber, Græcè cum Commentario & Syntagmate de ejus nominis scriptoribus: *ib.* 1620. in 4.

Por-

Porphyrij Philosophi omnia cum notis: *ib.* 1620. in 4.

Archontes Athenienses; sive de iis, qui Athenis summum illum Magistratum obierunt: *ib.* 1622. in 4.

Fortuna Attica, sive de Athenarum Origine, incremento, magnitudine, potentia, gloria, vario statu, decremento & occasu liber singularis: *ib.* 1622. in 4.

Cecropia, sive de Athenarum arce & ejusdem Antiquitatibus: *ib.* 1622. in 4.

Græcia ludibunda, sive de ludis Græcorum: *ib.* 1622. 1625. in 8.

Pisistratus, sive de ejus liberorumq; vita & tyrannide: *ibid.* 1623. in 4.

Areopagus, sive de Senatu Areopagitico liber singularis: *ibid.* 1624. in 4.

Athenæ Atticæ, sive de præcipuis Atheniensium Antiquitatibus libri III. *ibid* 1624. in 4.

Athenæ Batavæ, sive de Urbe Leidensi & Academia, Virisq; Claris, qui ingenio eam aut scriptis illustrarunt: *ibid.* 1625. in 4.

Ælnothus, Monarchus Cantuariensis, de vita & passione S. Canuti, Regis Daniæ, item Anonymus de Passione S. Caroli Comitis Flandriæ, cum notis: *Hafniæ* 1631. in 4.

Denarius Pythagoricus, sive de Numerorum usq; ad Denarium qualitate ac Nominibus, secundum Pythagoricos: *Lugd. Bat.* 1631. in 4.

Solon, sive de ejus vita, legibus, dictis atq; Scriptis liber singularis: *ibid.* 1632. in 4.

Regnum Atticum, sive de Rebus Atheniensium eorumq; rebus gestis libri III. *Amstelod.* 1633. in 4.

Historicæ Danicæ, sive de rebus Daniæ libri quinq; priores & tres posteriores: *Hafn.* 1630. in 4. *Amsterod.* 1638. in fol.

Theophrastus, sive de illis libris, qui injuriâ temporis interciderunt, liber singularis. Accedit Theophrastearum lectionum libellus: *Lugd. Bat.* 1640. in 12.

Miscellanea Laconica, sive variarum Antiquitatū Laconicarum libri IV. primùm editi curâ Samuelis Puffendorfii: *Amster.* 1661. in 4.

Ceraminus geminus: *Vltraj.* 1663. in 4.

Creta, Rodus, Cyprus, sive de nobilissimarum harum Insularum rebus & antiquitatibus commentarii posthumi, nunc primùm editi: *Amsterod.* 1675. in 4.

Palladii Historia Lausiaca Græcè cum notis: *ibid.* 1616. in 4.

Philostrati Epistolæ aliquot Græcè, cum dissertatione de Philostratis: *ibid.* 1616. in 4.

Aristoxeni elementa Harmonica, Nicomachi Enchiridion Harmonices, & Alypii Isagoge Musica Græcè: *ibid.* 1616. in 4.

De Populis Atticis liber singularis: *ibid.* 1616. in 4.

Atticarum Lectionum libri VI. *ibid.* 1617. in 4.

Guilielmus Austriacus, sive de rebus toto Belgio gestis, libri X. *ibid* 1614. 1620. in 4. *Amsterod.* 1638. in fol.

Theophylacti, Bulgariæ Archiepiscopi, epistolæ Græcæ cum notis: *ibid* 1617. in 4.

Chalcidius in Timæum Platonis Græcè cum notis: *ibid.* 1617. in 4.

Eusebii, Polychonii & Pselli expositiones in Canticum Canticorum Græcè cum notis: *ibid.* 1617. in 4.

Theodori Metochitæ Historia Romana, à Julio Cæsare ad Constantinum M. Græco-Latina cum notis: *ibid.* 1618. in 4.

Procopius Gazæus in libros Regum & Paralipomenon, Græcè & Latinè cum interpretatione; *ibid.* 1620. in 4.

Variorum divinorum liber, sive Orationes Patrum nunquam editæ, videlicet Anastasij, Antiochiæ Archiepiscopi, in lætum nuntium immaculatæ Deiparæ allatū; Andreæ Hierosolymitani, Cretæ Archiep. in vitam humanam & defunctos; Methodii de libero Arbitrio; Timothei, Presbyteri Constant. de occentibus ad S. Ecclesiam, & de duabus Jesu Christi naturis; Hilarionis Monachi de pane mystico Græcorum & azymo Latinorum, cum notis: *ib.* 1619. 1621. in 4.

Orchestra, sive de Saltationibus veterum: *ib.* 1598. 1616. in 4.

Antigoni Carystij παράδοξα, Historiarum mirabilium collectanea cum notis: *ib.* 1619. in 4.

Græcia feriata, sive de festis Græcorum libri VI. *ib.* 1619. in 4.

Panathenæa, sive de Minervæ festo gemino: *ib.* 1619. in 4.

Eleusinia, sive de Cereris Eleusinæ sacro & festo: *ib.* 1619. in 4.

Æschylus, Sophocles, Euripides, sive de eorum Tragædiis libri III. *ib.* 1619. in 4.

Phlegontis Tralliani Opuscula, de rebus mirabilibus cum notis: *ib.* 1620. in 4.

Apollonii Dyscoli Alexandrini θαυμάσια, sive Historiæ Commentitiæ liber, Græcè cum Commentario & Syntagmate de ejus nominis scriptoribus: *ib.* 1620. in 4.

Por-

Porphyrij Philosophi omnia cum notis: *ib.* 1620. in 4.
Archontes Athenienses; sive de iis, qui Athenis summum illum Magistratum obierunt: *ib.* 1622. in 4.
Fortuna Attica, sive de Athenarum Origine, incremento, magnitudine, potentia, gloria, vario statu, decremento & occasu liber singularis: *ib.* 1622. in 4.
Cecropia, sive de Athenarum arce & ejusdem Antiquitatibus: *ib.* 1622. in 4.
Græcia ludibunda, sive de ludis Græcorum: *ib.* 1622. 1625. in 8.
Pisistratus, sive de ejus liberorumq; vita & tyrannide: *ibid.* 1623. in 4.
Areopagus, sive de Senatu Areopagitico liber singularis: *ibid.* 1624. in 4.
Athenæ Atticæ, sive de præcipuis Atheniensium Antiquitatibus libri III. *ibid* 1624. in 4.
Athenæ Batavæ, sive de Urbe Leidensi & Academia, Virisq; Claris, qui ingenio eam aut scriptis illustrarunt: *ibid.* 1625. in 4.
Ælnothus, Monarchus Cantuariensis, de vita & passione S. Canuti, Regis Daniæ, item Anonymus de Passione S. Caroli Comitis Flandriæ, cum notis: *Hafniæ* 1631. in 4.
Denarius Pythagoricus, sive de Numerorum usq; ad Denarium qualitate ac Nominibus, secundum Pythagoricos: *Lugd. Bat.* 1631. in 4.
Solon, sive de ejus vita, legibus, dictis atq; Scriptis liber singularis: *ibid.* 1632. in 4.
Regnum Atticum, sive de Rebus Atheniensium eorumq; rebus gestis libri III. *Amstelod.* 1633. in 4.
Historicæ Danicæ, sive de rebus Daniæ libri quinq; priores & tres posteriores: *Hafn.* 1630. in 4. *Amstelod.* 1638. in fol.
Theophrastus, sive de illis libris, qui injuriâ temporis interciderunt, liber singularis. Accedit Theophrastearum lectionum libellus: *Lugd. Bat.* 1640. in 12.
Miscellanea Laconica, sive variarum Antiquitatũ Laconicarum libri IV. primùm editi curâ Samuelis Puffendorfii: *Amstel.* 1661. in 4.
Ceraminus geminus: *Ultraj.* 1663. in 4.
Creta, Rodus, Cyprus, sive de nobilissimarum harum Insularum rebus & antiquitatibus commentarii posthumi, nunc primùm editi: *Amstelod.* 1675. in 4.

Academiæ incunabulis, quinquaginta retrò annis, cæteri Professores omnes, quotquot isthic exstiterunt. Anno cIↃ IↃcxxv. à *Christiano* IV. Serenissimo ac potentissimo Daniæ Rege, ad *Historici regii munus*, & *Professionem* item *Historiarum ac Politices*, in *Soranam Academiam* evocatus, eò transiit. Advenientem & sui factum juris, verè regiâ munificentiâ, amplissimisque tum honoribus, tum præmiis constanter cumulavit. Et profectò quis non admiretur variam illam ac diffusam eruditionem in Latinis, Græcis, historia & antiquitate Romana, in primis verò Græca ac posterioris etiam ævi, barbariæ jam sua involuti? Multa utique in hanc rem dicenda forent, & singula suis ornanda encomiis, nisi publica monumenta, quæ, ut erat φιλοπονώτατος, labore maximo, nec sine valetudinis dispendio, perfecit vulgavitque quam plurima, testes horum omnium essent luculenti, orbique erudito jam dudum per illa innotuisset, celebritate maximâ. Aliud est, quod silentio minimè transmittendum duco, quodque ad ejus commendationem facit vel maximè. Etenim tenet literatorum plerosque æternitatis perpetuæq; famæ cupido, sed inconsulta & plena inanitatis. Quinimo amabilis hæc insania ita nonnunquam misellos dementat, eo redigit loci, ut, dum noti nimis esse student omnibus, ignoti moriantur sibimet ipsis. Ex hoc κενοδοξίας fonte, cujus τροφὴ τιμαὶ ϗ ἔπαινοι, juxta Chrysostomum, duella ista literaria sunt, quibus docti inter sese sæpe numero colliduntur, hinc scaturiunt implacabilia illa & plusquam Vatiniana, quæ gerunt, odia, dum quilibet gloriæ tantummodo studet suæ, dum ὑπείροχος ἔμμεναι ἄλλων viis omnibus effectat, majorique famæ urgetur siti, quàm virtutis. Nam ubi harum rerum invaluit cupiditas, ibi sanctam servare concordiam difficile, ne dicam impossibile. Æternitatem semper, cogitabat ac spirabat MEURSIUS ὀπάων, & placidissimi Vir ingenii, sed genuinam illam ac veram, quæ in cœlis obtinetur, quæ bono cuiq; ac probo athletæ Christiano à Deo confertur, quæque solidiori longè innixa est fundamento, quàm perituræ aliquando chartæ, aut nomini inter homines obliterando. Audiat posteritas, quæ olim perscripsit in hanc sententiam ad Amplissimum Theodorum Canterum. *Mortalem me esse novi, & deberi spiritum hunc Creatori & Redemptori meo Deo; quem evocantem me lubens sequar, ita me ille amet. ô dies, qua me cælo locabis apud magnum illum Monarcham, quando illucescis? Exorere, exorere. Quid enim in immundo hoc corporis foll-*

folliculo (cum Arnobio sic dicam) ex hac lachrymarum valle ad vitam longam optandam hominem Christianum, quæ tamen nihil minus quàm longa, si paullum modò attendas & ad æviternitatem componas, invitent? Aureæ tevera voces, ac votum præclarum, omnibusq; aliis meritò anteferendum, in quo sicuti veræ felicitatis continetur summa ; ita viri pietas singularis elucescit egregiè. Quam virtutum omnium ducem ac reginam ita universa vita ac moribus inculpatis expressit, ut ab hac ipsa laudem mereatur peculiarem. Non enim, quod vulgus facete solet hominum, ex rerum duntaxat multiplici scientia literatos spectandos arbitror, verùm ex vitæ insuper probitate. Imo amplissimè laudari existimo eruditum, ita qui laudatur. Quanquam enim ipsa per se εὐσέβεια possessorem suum apud Deum hominesque gratiosum satis reddat ac commendabilem, si tamen ad hanc rerum ac disciplinarum utilium cognitio, litereq; accesserint humaniores, longè eum faciunt plerumque illustriorem. Summum igitur hunc Virum, sexagenariò jam majorem, & lentâ confectum tabe per diram calculi carnificinam, xx. septembris dies anni cIↄIↄcxxxix. cœlo suo reposuit. Virum, non vitâ modò dignum productiore, sed faciliori insuper exitu ; atque ea inprimis εὐθανασίᾳ, quam sibi suisque Cæsar Augustus precabatur, quoties audisset, citò ac nullo cruciatu defunctum quempiam. Ea enim illius Virtus erat ac probitas, ea eruditio, ut vitioso hoc sæculo, quo ad occasum, fatali quadam ruina, vergunt litteræ, diutius superesse debuisset; cum in exemplũ vitæ emendatioris, tum verò uti remp. litterariam, quàm hactenus editis tot scriptis suis, tot illustratis autoribus auxit ornavitq;, porrò juvaret ac labantem fulciret cum paucis, *quos æquus amavit Iuppiter, atque ardens evexit ad æthera virtus.* Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τοιαῦτα ἐκτὸς ὀ: ἐφ' ἡμῖν ἐστι, καὶ θεοῦ ἐν γούνασι κεῖται. ᾧτινι πείθεσθαι ἡμᾶς χρὴ, ὥσπερ διοικοῦντι τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως. Serenissimus autem Rex Daniæ, exstincto Meursio ac morte ejus nunciatâ, non secus fertur indoluisse, ac si damnum illud, quod Remp. litterariam attingebat universam, ad se unum modò pertineret. Nec dedignatus est palam, audiente non uno, profiteri, & Daniæ regno utilissimum hunc, dum viveret, extitisse virum, &, si per fata vim majorem licuisset, id in votis sibi fuisse, uti vitæ finem quam tardissimè potuisset implere. Ita semper, quoties egregia aliqua virtus è medio sublata est, ácrius eam impensiusque solemus quærere ac desiderare.

MEMORIA
IN EFFIGIEM
JOHANNIS MEURSI,
Viri Incomparabilis,
EPIGRAMMA.

Talis erat, famam cui pristina tempora debent,
MEURSIUS, *& debent tempora nostra suam.*
Qui Siculi Vatis, noctemq; Lycophronis atri,
Dispulit; & Phœbus post tria lustra fuit.
Nunc patriæ annales venturos mittit in annos;
Utrumq;, ingenii est; hoc, pietatis, opus.
Losdunum peperit; quod post miracula tanta
Hoc, sed quod credas, conspiciasque, dedit.
DAN. HEINSIUS.

ALIUD,
In quo literæ dictionem inchoantes nomen ejus cum elogio repræsentant, huncin modum:

JOHANNES MEURSIUS, VIR DOCTISSIMUS.
Inclytus, Orbis Honos, Affulgens Nomine Noto,
Et Superas Musas, Et Vincis Robore Sacri
Ingenii, Variis, Semper Virtutibus Ingens.
Restauras Doctrinam Omnem, Contraria Tollens:
In Summa Sede Ipse Manes Utrinq; Supremus.
VINCENTIUS MARINERIUS
VALENTINUS.

EPITAPHIUM.
MEURSIUS *Arctoâ Batavus requiescit in urna,*
Gracia quem civem dicere jure potest,
Qui tot Scriptores perituros reddidit orbi;
Ingens cui pectus bibliotheca fuit.
Ille quidem patria jacet è tellure remotus;
Patria sed forti creditur omne solum.
Spiritus æthereum meritis transcendit Olympum,
Famaq; per populos non moritura volat.
A. BUCHELLIUS J.C.

SCRIPTA.
Ad Theocriti Idyllia Spicilegium & ejus ad Epigrammata notæ: *Lugd. Batav.* 1597. in 8.

Lycophronis Chalcidensis Cassandra commentario illustrata: *ibid.* 1597. 1599. in 8.

Notæ breviores ad Aurelii Macrobii Saturnalia: *ibid.* 1597. 1628. in 8.

Exercitationes Criticæ, sive Curæ Plautinæ & Animadversionum Miscellarum libri IV, *ibid.* 1599. in 8.

Cri-

Criticus Arnobianus & Hypocriticus Minutianus: *ibid* 1599. in 8.

M. Porci Catonis de re rustica liber cum notis: *ibid.* 1598. & *Franekera* 1620. in 8.

De Gloria liber unus, cum Auctario Philologio: *ibid.* 1601. in 8.

Poëmata varia: *ibid.* 1602. in 8.

Panegyricus dictus Jacobo I. Regi Britanniæ, in auspiciis Regni: *ibid.* 1603.

De Funere liber singularis, in quo Græci & Romani ritus explicantur. Item de puerperio Syntagma: *Hagæ Comit.* 1604. in 8.

Roma luxurians, sive de luxu Romanorum, liber singularis, cum Mantissa sive observationibus criticis & notis in Astrampsichi Oneirocriticon, de Somniorum judiciis: *Lugd. Batav.* 1605. in 4. Auctior *Hafniæ* 1631. in 4.

Meditationes Christianæ in Psalmum CXVI. & CXIX. *Heidelb.* 1604.

Georgius Codinus de Originibus Constantinopolitanis cum notis *ibid.* 1607. in 8.

Apuleji Apologia cum notis brevioribus: *ibid.* 1607.

Animadversiones ad Phædri Aug. Liberti fabulas Æsopi: *Lugd. Bat.* 1610. in 8.

Constantinus Imperator Porphyrogeneta, de admirando imperio, Græcè & Latinè, cum notis: *ibid.* 1611. 1617. in 8.

Leonis Imper. Tactica, sive de re militari Græco-Latina, cum notis: *ibid.* 1612. in 4.

Rerum Belgicarum liber primus, de Indiciis Belgicis: *ibid.* 1612. in 4.

Hesychii Milesii opuscula de Originibus Constantinopolitanis, & de viris doctrinâ claris, Græco-Lat. cum notis: *ibid.* 1613. in 8.

Rerum Belgicarum libri IV. de rebus per sexennium, sub Ferdinando, Duce Albano, in Belgio gestis. Additur quintus seorsim antea excusus, in quo induciarum historia & ejusdem belli finis explicatur: *ibid.* 1614. in 4. *Amsterod.* 1628. in fol.

Glossarium Græco-Barbarum: *ibid.* 1610. & multò auctius 1614. in 4. 1652. in fol.

Herodis inscriptio Græca totidem versibus expressa: in 4.

Bessarionis Cardin. epistola Græco-Latina cum notis.

Constantini Manassis Annales Græcè & Latinè cum notis: *Lugd. Bat.* 1616. in 4.

Palladii Historia Lausiaca Græcè cum notis: *ibid.* 1616. in 4.

Philostrati Epistolæ aliquot Græcè, cum dissertatione de Philostratis: *ibid.* 1616. in 4.

Aristoxeni elementa Harmonica, Nicomachi Enchiridion Harmonices, & Alypii Isagoge Musica Græcè: *ibid.* 1616. in 4.

De Populis Atticis liber singularis: *ibid.* 1616. in 4.

Atticarum Lectionum libri VI. *ibid.* 1617. in 4.

Guilielmus Austriacus, sive de rebus toto Belgio gestis, libri X. *ibid* 1614. 1620. in 4. *Amsterod.* 1638. in fol.

Theophylacti, Bulgariæ Archiepiscopi, epistolæ Græcæ cum notis: *ibid* 1617. in 4.

Chalcidius in Timæum Platonis Græcè cum notis: *ibid.* 1617. in 4.

Eusebii, Polychonii & Pselli expositiones in Canticum Canticorum Græcè cum notis: *ibid.* 1617. in 4.

Theodori Metochitæ Historia Romana, à Julio Cæsare ad Constantinum M. Græco-Latina cum notis: *ibid.* 1618. in 4.

Procopius Gazæus in libros Regum & Paralipomenon, Græcè & Latinè cum interpretatione; *ibid.* 1620. in 4.

Variorum divinorum liber, sive Orationes Patrum nunquam editæ, videlicet Anastasij, Antiochiæ Archiepiscopi, in lætum nuntium immaculatæ Deiparæ allatū; Andreæ Hierosolymitani, Cretæ Archiep. in vitam humanam & defunctos; Methodii de libero Arbitrio; Timothei, Presbyteri Constant. de occentibus ad S. Ecclesiam, & de duabus Jesu Christi naturis; Hilarionis Monachi de pane mystico Græcorum & azymo Latinorum, cum notis: *ib.* 1619. 1621. in 4.

Orchestra, sive de Saltationibus veterum: *ib.* 1598. 1616. in 4.

Antigoni Carystij παράδοξα, Historiarum mirabilium collectanea cum notis: *ib.* 1619. in 4.

Græcia feriata, sive de festis Græcorum libri VI. *ib.* 1619. in 4.

Panathenæa, sive de Minervæ festo gemino: *ib.* 1619. in 4.

Eleusinia, sive de Cereris Eleusinæ sacro & festo: *ib.* 1619. in 4.

Æschylus, Sophocles, Euripides, sive de eorum Tragœdiis libri III. *ib.* 1619. in 4.

Phlegontis Tralliani Opuscula, de rebus mirabilibus cum notis: *ib.* 1620. in 4.

Apollonii Dyscoli Alexandrini θαυμάσια, sive Historiæ Commentitiæ liber, Græcè cum Commentario & Syntagmate de ejus nominis scriptoribus: *ib.* 1620. in 4.

Por-

Porphyrij Philosophi omnia cum notis: *ib.* 1620. in 4.

Archontes Athenienses, sive de iis, qui Athenis summum illum Magistratum obierunt: *ib.* 1622. in 4.

Fortuna Attica, sive de Athenarum Origine, incremento, magnitudine, potentia, gloria, vario statu, decremento & occasu liber singularis: *ib.* 1622. in 4.

Cecropia, sive de Athenarum arce & ejusdem Antiquitatibus: *ib.* 1622. in 4.

Græcia ludibunda, sive de Ludis Græcorum: *ib.* 1622. 1625. in 8.

Pisistratus, sive de ejus liberorumq; vita & tyrannide: *ibid.* 1623. in 4.

Areopagus, sive de Senatu Areopagitico liber singularis: *ibid.* 1624. in 4.

Athenæ Atticæ, sive de præcipuis Atheniensium Antiquitatibus libri III. *ibid* 1624. in 4.

Athenæ Batavæ, sive de Urbe Leidensi & Academia, Virisq; Claris, qui ingenio eam aut scriptis illustrarunt: *ibid.* 1625. in 4.

Ælnothus, Monarchus Cantuariensis, de vita & passione S. Canuti, Regis Daniæ, item Anonymus de Passione S. Caroli Comitis Flandriæ, cum notis: *Hafniæ* 1631. in 4.

Denarius Pythagoricus, sive de Numerorum usq; ad Denarium qualitate ac Nominibus, secundum Pythagoricos: *Lugd. Bat.* 1631. in 4.

Solon, sive de ejus vita, legibus, dictis atq; Scriptis liber singularis: *ibid.* 1632. in 4.

Regnum Atticum, sive de Rebus Atheniensium eorumq; rebus gestis libri III. *Amstelod.* 1633. in 4.


Historicæ Danicæ, sive de rebus Daniæ libri quinq; priores & tres posteriores: *Hafn.* 1630. in 4. *Amsterod.* 1638. in fol.

Theophrastus, sive de illis libris, qui injuriâ temporis interciderunt, liber singularis. Accedit Theophrastearum lectionum libellus: *Lugd. Bat.* 1640. in 12.

Miscellanea Laconica, sive variarum Antiquitatū Laconicarum libri IV. primùm editi curâ Samuelis Puffendorfii: *Amster.* 1661. in 4.

Ceraminus geminus: *Ultraj.* 1663. in 4.

Creta, Rodus, Cyprus, sive de nobilissimarum harum Insularum rebus & antiquitatibus commentarii posthumi, nunc primùm editi: *Amsterod.* 1675. in 4.



IN OBITUM
SUMMI VIRI,
MATTHIÆ BERNEGGERI,
ORATIO FUNEBRIS,
publico nomine
dicta,
IN ACADEMIA ARGENTOR.
à
JOANNE HENRICO BOECLERO
Eloq. Prof. Publ.
Anno M DC XL.

Generosi Dn. Barones, Nobilissimi &c.



NUnquam Argentoratensium literarum studiis; vel major constantiæ necessitudo vel justior pietatis occasio venit, quàm cùm summus rerum humanarum arbiter fatorumque moderator, quem ornando politiori sæculo, per annos quinquaginta octo, duos autem & triginta amplificandis hujus Reip. scholis, singulari munere impenderat, expleto feliciter operum gloriæque cursu, ante tres menses ipsos, ad æterna transtulit præmia MATTHIAM BERNEGGERUM. Erant in animis omnium ac oculis, nemini æstimanda soli, tot ingenii, virtutum, artium monumenta, quot in uno usurpata, miraculi æstimationem publicasq; grates; in uno amissa, desiderium grande ac dolorem merebantur. Ita inter beneficium publicum, quod palam erat, & jacturam, quæ abstrusa etiam, mitigari non poterat, suspensæ mentes, sensum præsentis acerbitatis, fortunæ prioris comparatione; luctum fortitudine; memoriam funebrem, faustis recordationibus, sive miscebant, sive solabantur. Apparebat sanè, satis Deo, satis sibi, satis gloriæ vixisse, imò semper & propiùs victurum

ctorum esse qui inter seniles annos,& exhausti molestias corporis,& nemini jam vitalem, tot casibus temporum, vitam, sui Auctoris voluntati cœloque permissus, æternitate, supra ævum beatus,honores meritorum cum ævo omni superstes, prorsus humani voti mensuram implevisset. Neque de exitu ejus queri natura rerum poterat,cui cùm ad fastigium universæ laudis promtè esset ac benignè obsecuta, magnum & incomparabile sui operis præmium,ab industria corporis animi & vivacibus scriptis tulit,quibus & ipsam & humanum orbem latè illustravit. Verumenimvero ea est magnorum casuum importunitas ut inter ipsa constantiæ meditamenta, aliquis ex nec opinato horror, eluctantem per adversa fiduciā interpellet aut lacessat. Etiam cùm à conspectu præsentium, à desiderio ademtorum satis te muniveris, venturæ profectò sortis ut ignorabilior, ita formidabilior interpretatio nullibi magis in promtu est,quàm ubi maximè vitatur. Præcipuè cùm ex propinquo ut indicia, ut omina arripiuntur; quibuscunque vel solertia conjecturam,vel anxietas similitudinem, vel providentia causam induit. Quo factum est,ut cùm probè contra mollitiem se firmasset nostra Academia, non parum tamen hoc tempore videretur ei terribile, quod,si quid secius suo statui immineret, nondum id esset, gravissimo Andreæ Schillingii, viri accuratissimè docti,fato expiatum. Neque præteriit augustas Procerum Reipublicæ mentes hæc cura: quibus tesollum vulnus vulnere plenam ancipitis consilii medelam obvertebat: aggravare mali sensum ea præsertim necessitudine ac cognatione,quam suæ civitati cum magnis viris,nexu publico & supra affinitatū aut sanguinis vincula sollenni,intercedere nunquam dubitarunt. Igitur dum sapientiæ quidem in ipsa sede suâ periclitanti, subsidia opemque,haud minori ac par est solertia, dispiciunt, placuit interim,affectum propinquitatis, quam dixi, ritumq; ,tum aliis modis,tum parentali hâc ceremoniâ explere. Post exequias enim honorifico & frequenti funere deductas, post elatum juventutis delectæ ac in supremum Præceptoris sui cultum æmulæ,humeris corpus; post famam orbis cordati studiis & perenni eruditorum industriæ commissam; nihil restabat, quàm ut ex hoc loco,quem toties illustris eloquentia ac diffusa in immensam varietatem doctrina Varronis nostri, magno cum concursu & applausu auditorum celebraverat, nunc vel nomen tanti viri, & quædam post ipsum meritorum commemoratio,sicut emissæ per convalles vocis ultimæ par-

tes redeunt, denuò audiretur. Quod publicæ voluntatis institutum, quoniam exempli & pietatis esse nemo debet ambigere, sola eas partes obeuntis simplicitas requirenda est. Quā sicut & claritudo Berneggeri, nihil pompæ aut fucati cultus indiga, omnibus facilè commendaverit; ita mihi, præter ingenium ab ampullis pariter & cincinnis rhetorum plane alienum, tot egregiæ conjunctionis nomina, ultro imperabunt, ne de Præceptore, Hospite, Amico, Collega, & quasi Parente, curiosius, quàm verecundius loquar. Qui si aliqua dicendi facultate pollerem, milites potiùs imitatus, accepta ab imperatore arma in ejus funera invertentes aut velantes, ipso orationis, continuisse verum Argentoratensem suadam profiterer. Quare in præsentia ablegatis sæculi & moris inanibus, quæ in sterili argumento inepta, in magno indecora, sine affectu peraguntur. auspicium tanto nostro diei, cęrimonia sanctior & religio dabit, quæ heroicarum originum fastis, cum reverentia inferemus, annum superioris sæculi LXXXII. diē Februarii VIII. non sic Halis Austriacis quas magno cive auxit, non sic earum Senatori & Judici Blasio Berneggero, ac Elisabethæ Paurnfeindiæ, lectissimis conjugibus, quibus suavissimum sui amoris pignus edidit: non sic ornatissimæ familiæ, ut humano orbi, cui tantum ad melioris ævi lucem sidus extulit, lætum, candidum, illustrem. Insigniebat ea tempora Deus immortalis, ut magnarum rerum tractationibus, ita magnorum virorum nativitatibus. Ortique paucis circiter annis, quasi ad consummandam literarum præsertim gloriam fata festinarent, non pauci, qui ostenderent sæculo, quantum supra priores ætates essent amissuri homines, ut primum rursus ingratis barbaries præplacuisset. Inter horum Principes Berneggerus erat. Cujus dum incunabula nos tam seriis cogitationibus imbuunt, eò tanquam omine intelligimus, nil esse causæ, ut pueriles annos, tanquam indignos hujus loci auribus prætereamus. Equidē nunquam pigendi res operis visa est scriptoribus, magnos viros, etiam eâ parte, quâ minores erant, describere. Et licèt nil solidæ certæque laudis prima hominum ætas habeat, videas tamen nescio cujus gratiæ commendatione, libenter eam & attentè, sicut in scenâ primus fabulæ actus solet, ab omnibus spectari, cognoscique. Cujus rei video mihi in ipso mentis humanæ studio affectuq; originem reperisse: quam nihil æquè advertit, adversamq; retinet, ac prætervecti quidem temporis recordatio venturi autem expectatio. Utrumque complectitur

plectitur, instituta in virilibus præconiis adolescentiæ commemoratio: neque complectitur modò, sed miscet, ac dissociabilium quâdam communione rerum ad suavitatem audiendi contemperat. Incundum est, retroverti ad annos, qui significare magnam indolem, strictura quadam radiorum potuere: jucundius etiam, mutato contemplationis habitu, tamquam in re præsenti, quantum hi radii, splendoris, lucis, claritudinis, in posterum robustiori ætati promittant, divinare. habet imò admirationis aliquid, tam evidenter apparuisse ante laudis initia, quantis esset profectibus absolvenda laudis gloria: quæ ut consummata denique, ita tanta æstimatur, quanta olim sperari debuit. Igitur qualia habuerit ætatis principia Berneggerus, ultro docemur incrementis: neq; difficile est, ex viro puerũ interpretari; sicut, quibus videre puerum contigit, de viri præstantia, satis efficaci naturæ prodigio, jam tum admonebantur. Statim humani modestiq; moris comitas, statum in ardua quæ visituri apparuit industria. Ea gaudiorũ prima parentibus seges, prima nõ vulgaris spei coorta occasio. præsertim, ex quo ætatem adolescentuli litterarum cultu excitavit formavitq; Wolfgangus Pichlerus. Cujus disciplinâ fideque per biennium usus, raro vivacis gratiæ exemplo, nunquam postea ex animo beneficii memoriam, nunquam mutuæ benevolentiæ occasionem dimisit: Cùmque acerbitas temporum denique in exilium expulisset virum, intercessit Præceptoris fato discipulus, & receptũ hospitalitio lare, quod superérat vitæ, liberaliter ac securè jussit transigere. Sed hæc viri commendatio erit: nunc ad discentis parvuli gymnasia revertendum est. Quem Welsa primùm, inde Argentoratum publicè erudiit. Dubites autem, an Argentorato Welsa, an hæc illi debeat Berneggerum. Nos enim Welsensi scholæ magistrũ ac rectorẽ præcipuũ dedimus: ille nobis, quẽ educaverat discipulorum præstantissimũ reddidit. Quanquã potius ad Juniani nominis merita, quorũ jam in plerasq; gentes cum usu gloria migraverat, referendum fuerit, quod diximus. Hunc dum sæpe & meritò Weixelbergerus celebrat, injecta Nostro præclarissimæ lubidinis cupiditas; adeundæ visendæque urbis, quam tum cætera felicitas, tum tanti Doctoris fama latè ostentaret. Etenim sicut Aristotelis magisterium & gloriam, Theophrastus quondam; ita Sturmii Junius excepit ac sustinuit. ad hunc properat Berneggerus; venturus, ut ipse quidẽ sperabat, in cõmunionẽ doctrinæ; ut fata destinaverant, successionem insuper laudis habiturus & famæ. Prorsus enim

agnosco hîc secretæ arcanæque quiddam è cœlo constitutionis,quæ vel absolvendo studiorum Argentoratensium circulo,vel exstruendo celebritatis fastigio,causas & viros moliebatur. Hinc profectam intelligo vim illam alacritatis, constantiæ, efficaciæ (nam idoneum nec impar nomen nemo facile protulerit) quâ divinitus induuntur animi,magnarum rerum auctores futuri,ut his tanquam appositis ingenio alis,non ad astrorum imperiosos, quod nonnullis videtur motus,sed ad verenda originis suæ placita, promtè semper ac feliciter subvehantur. Cujus rei grande documentum Berneggerus dedit, quem sicut assiduissima contentio & indefessæ agitationis labor,per insuavia studii severioris rudimenta, per molestas scholarum inferiorum pulveres, celerrimo profectu in Academiæ lucem pariter & exercitationis firmioris palæstram vindicavit: ita auctos ipsa occasione impetus, magni subinde successus in ejusmodi certamen exacuerant, quod tu non cum ingeniis condiscipulorum, cum votis præceptorum,cum parentum spe,sed cum ipso,quod inexsuperabile omnes credunt,tempore certari diceres. Quo factum est, ut cum privatus numero studiosi esset, tanquam publicæ dignationis capax,non inter commilitones modò susspiceretur, sed foris innotesceret, atque non spernendis conditionibus invitaretur. Hoc loco subsistere vos mecum paulisper, juvenes eruditi,jubebo: neque tam Rhetorum legibus aut gravitati,quàm vestris obediam utilitatibus, quibus sicut planè dicatas viventis Berneggeri curas scire deberis; ita defuncti memoriam,fecundi perpetuitate exempli,in oculis, in animis vestris,fas est semper revirescere. Nam & alias, Clarorum virorum artes,nomine tenus & specie,sicut in pictura colores, noscere,otiosi res instituti habetur, ut intelligatur quantus fuerit,quem admiramini,ante omnia quid tantum fecerit intelligendum est. Ea est res,ne vos teneam, hodiernis Academiarum moribus oppidò aliena. Quid enim? Erumpit ex gymnasiis,quæ vocant,puer ætate lubricus,infans ore, literis inops,moribus rudis,si quæras,unde,& cur, & quo? honores Academicos memorabit & titulos,& post tertium quartumve annum,publici dignitates officii. Qua viâ,ô bone,quo instructu,quibus præsidiis? Græcis nil magnopere indigeo: Latina ex duobus Lexicis & mille Phrasib⁹, quas mirificas esse,omnes agnoscant,conquirere jussus, magnis propediem opibus abundabo. Artium præcepta partim memoriter teneo, partim facilè discam,quot circulis volvatur cœlum,quot sint

rerum

rerum elementa, quot virtutibus vita describatur. Nam cætera in vilibus & supervacuis habenda, plurimorum mihi exempla persuadent. Hoc primum & maximum agmen, videmus incedere. sequitur pone cohors altera, quam nasutulorum esse, non difficulter judicatis. Hi unam aliquam disciplinam magnis furiis adorti, mox velut ulturi angustia argumenti, totum vanissimarum quæstionum mercatum in quâdam curiosi operis pergulâ prostituunt & gloriosè ostentant. Quos cum ante paucos dies nemo in sapientiæ regno nosci-taret, denique Chinensia esse miracula constitit, postquam reliquos mortales, cœcum sibi bardumque videri genus, ipse prodidere. Jam qui sapientissimè desipiunt, vel orationis copiosæ venustates consectantur, rerum cognitionem spernunt; vel, varietati studiorum imminentes, potissima nihil minus, quàm potissimum tractant. Ne jam dicam, quanta ignavi moris turpitudo, vitam eorum obsederit, qui pro bonis honestisque artibus, quas debebant publico, solam denique temeritatem suam auribus oculisque patriæ inculcant. Abstinuisse tam vesano ritu Berneggerum, non id equidem laudibus ejus inserendum judico, in quibus utique majora & solida spectamus: sed æquum erat, ut cujus vita omnis rectioris disciplinæ fuisset institutio, eadem adversariæ pravitatis esset suggillatio. Interim longè altiora sui fati auspicia singulari & omnino tali obsequio demerebatur; quod in eruditionis consummatæ & antiquæ leges sponte tendebat: ex qua nihil præter nomina quædam disciplinarum, & excogitata cum dispendio sapientiæ compendia hodie retinemus. Non ignoro sanè, periculosè & cum invidiâ, de encyclopædiâ veterum & polymathia, quam vocarunt, sermonem suscipi. Corrupit fidem rei ac favorem nimia quorundam doctissimorum hominum ambitio: qui cùm plurima scirent, nihil videri voluerunt ignorare, quasi terminos mortalitatis excesserit, qui in culmine ejus adhuc subsistit: quasi non plura discenda restarent, quàm cæteros docere potest, qui communis omnium habetur doctor. Utebantur tamen hi juris aliquâ specie: cum plerorumque enim inventis & exemplis, certabant; neque tam rerum amplitudine, quàm cognitionis humanæ modulo sua metiebantur. Longè interim frequentior est eorum jactantia, qui volubilitate quâdam oris, in fortuitam sapiendi audaciam exerciti, bonæ solidæque artes diligenter vacui & expertes, universam scientiarum latitudinem se emensas, neque amplius patere in libellis, qui circumferuntur,

En-

Encyclopædiam, vehementer & cum aspernatione aliorum clamitant: ut agnoscas *in omni scibili versatos*. id enim sibi cognominis in honorem virtutis suæ asciverunt. hos si cum prioribus conferendas, ibi quidem quosdam inter doctos, heroas; hîc quosdam inter ignavos simias aut histriones interpretaberis. nam pleniorem censuram, cui hodiè pares non sumus, Herodi Gelliano, gravi & exercitato judici, delegabimus. Nos ab utroque ancipitis invidiæ metu, tam longè nobis videmur remoti, quam ab omni arrogantiæ suspicioni aut jejunæ vanitatis abfuisse Berneggeriana studia, nemo jam nescire potest. Sequebatur bonâ fide vinculum istud sapientiæ, & connexam aptâ compage rerum ac cognitionis seriem, quam non invenit Plato, sed commendavit: non excogitavit, sed illustravit Aristoteles; non conflavit in fucos & splendorem ambitio, sed formavit in nativum valensque doctrinæ corpus, divinis freta auspiciis recta ratio. Naturæ vices ac fata, siderum cursus & velocitatem, spatia tractusque terrarum, undarum vastitatem & miracula, hominum ingenia, ac mores; venabatur industria, assequebatur sollertia, peragrabat assiduitate, penetrabat constantia, judicio complectebatur. Non orandi gravitate, non subtilitate carebat disserendi quam, sicut cætera eruditionis instrumenta, cum fructu publico & applausu, cœtibus eximiorum juvenum bonas artes strenuè æmulantium, in ipso studiorum suorum cursu, non semel approbavit. quorum præclaris gratisque per omnẽ vitam elogiis honoratus, felicis disciplinæ præ illis fructum tulit, qui, cùm omnem disputandi artem tot ineptiis intricavere, quot ignorari pariter, publicæ utilitatis interesset, nihil denique discipulis ad seria studia provectis, præter seram agnitionem strenuæ inertiæ, & molestiam dediscendi relinquunt. Quæ literarum intemperies, omnes penè doctrinas tanquam contagio corripuit: ex quo, quisque ambitionis suæ aut ignorantiæ spolium miseram juventutem facere cœpit. cui frustra scilicet traduntur studia, nisi & modus studiorum ususque, detersis tandem inquinaturis viram sordibus in cordatam habitudinem & maturitatem commasculetur. sacra quædam & inviolabilis res est, commissa regentis arbitrio ætas, quæ ut sequi ducentem potest, ita, an rectè ducatur, judicare non potest. cujus florem jam tum, quantum in se erat, nunquam passus est noster, per inania deflorari. suis denique periculis docebat, quàm animose essent spernenda, quæ scenæ vix apta, aut umbris tantùm suis tuta, vitam olim dedecerent. Posuerat ipse multum in omni cognitione mathematicâ ope

ræ: adeò ut nec in genethliacis divinationibus quicquam intactum omitteret. In quibus cùm ad peritissimorum laudem pervenisset; generosè cum fortunâ infelicis laboris questus, statim quos nactus est cohortabatur, ut tempori, ut famæ parcerent, nec in sua damna ultrò incauti ruerent. Quemadmodũ enim Mathesin cæteram plurimum humanis rebus conducere, publicisq; morbis accensendum, tam nobilis studii neglectum esse subinde prædicabat: sic innexa sideribus fata, fatalesq; prædictionum vanissimarum præstigias seriò aversabatur, & quas in ipsis adytis suis deprehenderat fallacias, serio graviq; judicio detegebat. Hærent adhuc animo accurati, quos aliquoties inter amicos habuit, sermones, & exempla omni contradictione superiora: quæ referre jucundũ equidẽ, sed angustiæ temporis parum foret accommodatum. Et lucrifecit nobis ipse eam expositionem, cùm inter cygneas cantiones suas, in publico auditorio, capacium ni fallor discipulorum pectoribus altè infixit hanc philosophiã, quam nulla dies delebit, aut apud memores sepeliet. Tanto igitur tanq; accurato paratu, ea studia aggressus est, in quibus haud dubiè concurrit, quicquid uspiam est humanæ sapientiæ. Tractaverat sanè jam antea auctorum utriusq; linguæ plurimos, sed tanquam opportunitates futuri operis specularetur, quod maximis videbat præsidiis indigere, cætera viribus & occasioni reservavit. Antiquitates enim mores, populorũ instituta, gesta temporum, inventa prudentum, totãq; ut sic loquar, prudentiæ historiam; sive omnis historiæ prudentiã, sibi proponere ac disciplinam, præsentissimi, opinor, consilii, amplissimi ingenii, nec minoris eruditionis est negotium. Id quod parum judicant, qui præter propter studia, non in ipsis vivunt. quorum propterea, vix nomina rectè accipiunt. Ordiar à poëtis. hos legit aliquis ad delectationẽ, ut ait: miratur inventiunculas, notat locutiones, laudat compositionem, idest, absolvit quod voluit, neque jam lector poetarum, sed plerumq; eadem operâ poeta est. Simili felicitate geritur res in oratoribus: quàm suaviter hoc dixit, quàm illud graviter, quàm cætera copiosè! Historiâ autem, quid est accommodatius ad fallendum tempus? narrati jucundè eventus, expositi mirificè casus, nõ patientur sanè inter pocula aut in itinere obmutescere, aut ad ostentationis penuriam redigi, quicunque ex hoc penu suam peram instruxere. Accedit facundia, quæ his fontibus derivata, in quædam gloriæ flumina excrescit. Loquar ex animi sententia, Auditores, si nihil haberent hæc studia aliud, ejurassem & ipse dudum

tiam

tam otiosas delicias; neque nunc in Berneggeriana laudatione meminissem verbulo, ad quam nec ista sufficiunt, quæ tamen haud dubiè magnum operæ ac sui pretium ostendunt, emendata eloquentiæ venustas, artis subtilitas, literarum copia & ubertas. Frustra poëtatur cum Homero, qui non cum Homero sapit: frustra carminis ingeniũ cogitat, qui non ad auctoris ingeniũ penetravit: frustra varietate discendi gaudet, qui varietate dicendorum parum est imbutus. Jam in Cicerone aliquo & Demosthene, venerabilis utique sese impingit animo orationis majestas: sed unde & qualis illa? quam ex abdito? quam ex profundo? Picturam laboriosissimi operis omnes mirantur: solus autem æstimat, qui pingendi rationes & scientiam didicit. Planè ut oratoris opes, uni sectantur, qui sapientiæ mysteriis probè sunt initiati. Quod si vobis hic declarandum sit, quomodo historiarum studio usus sit Berneggerus, augusta se & sublimis panderet materies: per cujus amplitudinem circumductos observare juberem, administrationis publicæ privatæque disciplinam, imperiorum fata, fatorum casus, casuum rationes, diffusam per temporum metas, moris humani varietates, rerum bene cognitarum, bene descriptarum experientiam. atque hic subsisterem, imparisque ad cætera linguæ silentium indice digito pensarem, ut cum in remotâ, victus spatiorum mensura oculus se intendit, magnum & singulare aliquid cernit, nec discernit: nisi quòd magnum esse satis conjectat, donec accessu subinde propiori majus judicat: & postquam quo tendebat, pervenit, tantum esse deprehendit, quantum nec contueri imo aspectu, nec nisi per moram contemplationis potest complecti. Nam quæ sunt actionum omnium arcana primordia, agendi consilia, sinus, recessus, & multiformes formæ, denique anima & vita, & indoles rerum, quibus mortalis studii captusque metas, negotiosus orbis definivit, nemo verbis exposuerit, cogitatione attigerit, ingenio dignè illustraverit sola efficationis commentationis exercitatio, adjutaque plurimis doctrinis, plurimo vigore, id est, non quælibet, sed Berneggeriani vis ingenii, intrat illud arcanum, cujus vel stupore alii, vel ignorantia sunt contenti. Erunt forte, dum hæc loquor, qui supra veri fidem & nativæ præstantiæ simplicitatem, existimabunt in speciem talia & verborum pompam adornari: fierique ut quædam rei augustæ insolentia me longiùs abripiat: sicut inassueta oculis spectacula, peregrinitatis potius, quàm cognitionis suæ implere aliquanto minus

minus peritos solet. Quibus ego, ut de me equidem multa hic respondeam aut pollicear, nihil attinet: sed, si verum amas, studiosa juventus, potuisses interprete sui operis Berneggero facilè olim discere, quod quia ratio tua aliter tulit, neque nunc debes in dubium vocare. Quis enim hodie eâ ætate profectuque quo doceri aliquid reconditioris ejusmodi disciplinæ potest, historicis dat operam & aures? nihil disputamus, de cujusquam rationibus, quibus ad alia monetur præverti: illud tantùm suggerimus, non esse admirandum tantopere, si felicioribus etiam ingeniis amplissimæ hujus philosophiæ ratio sit abstrusa: quam nec pucrilis, neque subitæ, neque seræ perceptionis esse, testes habeo, quotquot his sacris unquā seriò sunt operati. Atque hæc est quædam quasi peregrinatio, non Ulyssis alicujus, qui tot errorum ambagibus parvulum orbis spatium emensus, lucrum aliud nullum, quam versutias & subdolam fidem retulit: non hodierni alicujus nepotuli, qui delicatæ discursationis præmium, contemtu patriæ & scientiâ fastus, per quædam mirifici soni cymbala & crepitacula plebejo stupori promulgat: non despecti erronis alicujus, qui cum ab exterorum fastidio nulla bona arte se suaq; potuit redimere, domum reversus venditari amat pro oraculo: non cujusquam, qui cùm unam regionem vidit, mille alias ignorat: Sed illius, qui in universo orbe, quà humanus est, non quà lapideus, aqueus, luteus, vel aureus etiam ac gemmeus apparet; nec inter mensas & pocula, inter salutatores in ario, inter turbam in compitis; verùm in perpetuo quodam sapientiæ penetrali, inter arcanas admissiones & perfectissimas curas ille profecit, quo itineribus & itinerum usu aspirare nemo potest. Is jam erit Berneggerus qui licèt incredibili teneretur desiderio, coràm arbitrandi, quæ in partibus terrarum cultissimis literæ commendarent, suamque viris passim illustribus omni studio ac observantiâ approbatam cuperet industriam, nec deesset occasio (expetiverant enim eximii juvenes complures, suam ætatem contubernio viri per lubrica peregrinationum dirigi fovérique) intercessit tamen sedulò his votis ipsa urbis nostræ Fortuna, nisi quod raptim ad visendam Hungariam, Moraviam, Bohemiam, Palatinatum Neoburgium, Tirolensem Comitatum, dimisso, solatium ex convictu viri magnifici & super cæteras laudes reique metallicæ peritiam, pietatis constantia per ea tempora celebris, Joannis Steinbergeri, quæsivit. Postea reverti jussum docuit, quæcunque metueret ex omissione consilii damna, notitia plurium,

plurium, quam peregrinatores condiscerent, linguarum, virorumque summorum amicitia ac familiaritate mox rependi, fore enim ut Argentorati quidem habitaret, sed ubique terrarum viveret & pervigeret. interim hac via peragrandum, quicquid ad fastigium ejus gloriæ superesset, qua communis non unius terræ spectator, sed humani generis præceptor, publicæque magister disciplinæ censeretur. Et jam Musæ Argentoratenses in cupidos amplexus virum receperant. Præfectus enim supremæ in decem curiis, quinquennali functiones præclarum industriæ publicæ privatimque exemplum dedit: quod secuti, nec juventæ usquam commodis essent. & ad altiora interim consilia, studiis suis consulerent, successus pares par contentio habuit: cùmque alterutri sufficere ad laudẽ insigne esset, amabilis monstri instar erat, suffecisse utriq;. Impleverat jam antea, ut meritis excellentibus institutionẽ scholasticam, ita successorum labores arduæ imitationis studio, memorandus inter Clarissima Urbis nomina vir, Casparus Bitschius. nec videbatur aliquid restare ad fastigium; nisi quòd destinato incrementis literariis Berneggero, per omnia felicioris sæculi fata, non tam implenda expectatio publica quàm superanda erat. Credunt multi, Auditores, ut sunt prona ab eruditione in ambitionem, ab ambitione invecordes fastus hominum ingenia, in vilioribus habendas, quæ erudiendæ juventuti impenduntur, curas: statimque pædagogicas sordes etiam iis obiiciunt, in quibus plus quàm professiorium splendorem admirari debebant. Berneggero apud intactam ea barbariæ posteritatem nunquam hujus operæ gratiâ peribit; qui licèt in Academica potius in gymnasio meditamenta exemplo maximorum ex antiquitate virorum, tractaret; nequaquam tamen quæ minora erant, fastidivit: sed universæ scholæ ope consilioque tantum profuit, quantum freta suo splendore ætas, præsentioribus remediis, ut solet, aliquando aversa, ferre potuit. Rarum sane munus, & inter utilissima publico egregio studia ponendum, provisu, ac sollertia gubernare res scholasticas. quod qui eruditioni tantum deputant, aliquando nebulam in pariete pingunt. quanquam plures sint, qui auctoritatem suam aut gravitatem satis imperiosè allegant: cæteri promiscua temeritate de innocua ætate crudeles ludos faciunt, & dum quisque hic sapit, dediscunt sapere pueri, antequam, quid sit sapere, doceantur. Legat in his moribus, qui volet, descriptos literarũ casus, vices, interit⁹: aut si nimis abstrusa est hæc philosophia,

quæ-

quærat interim, fallendi temporis causa, quot Roma felix, docta, copiosa, Quintilianos numeraverit. nam nos fortassis eâ prosperitate antestamus, quibus post Sturmium, Berneggerus contigit. Qui cùm ex eo, quod dixi, munere ad Historici in Academia cathedram esset translatus, Bitschioque ad Jura docenda progresso, rursum successor datus, difficile est exprimere, quanta studiorum ac temporum strenuitas his auspiciis enituerit. Utilissimam scilicet per se disciplinam, vitæque ac rerum actui verè propriam, auctoritas insuper docentis commendabat: in quo sicut summam eruditionem omnes mirabantur, ita facilitatem erudiendi voluntatemque plurimum amabant. Pendebat à docentis ore in auditoriis publicis ipse flos Academicæ juventutis, generosi prosapia, sagaces eruditione, ingenio præcipui, virtute splendidi (nondum enim puerilis ineptientis juventæ error, veras ac publicas proficiendi rationes damnaverat) atque in Thucydide, Tacito, Suetonio, Sallustio, aliis, non gestorum modò scriptionem, sed scribendi vias, artes, institutum, tanquam ex altero Thucydide, ex altero Sallustio accipiebant. Ita est auditores, ut penetrentur tam exacti operis arcana, opus est simili ingenio: & licèt dispar gloria scriptorem sequatur ac interpretem, meritò tamen & arte citra dubium comparari si non æquari possunt. Hîc, si quid eruditio, arte, prudentia, usu; Oratio, cultu; sententia, invento recondiderat: expromta, explanata omnia. Si quid in antiquitate rarum; in cognitione, arduum; in historia, utile; ita evolvebantur, ut eâdem operâ & ad doctrinæ præstantiam, & ad actus dexteritatem, non selecta modò, sed præparata; non exposita, sed ostensa; non admota, sed applicata viderentur. Nihil exiit ex ore ejus, quod obtunderet auditorem; multò minùs, quod falleret. Professorium minimè arbitrabatur, linguæ quicquam ad ostentationem, quicquam ad negligentiam & volubilitatem indulgere. equidem nisi plus viris approbari, quàm adolescentibus possint, quæ adolescentibus proponuntur; nisi semper & cum augmento fruct9 placere queant, quæ dicuntur semel in cathedra, tum ego rationes publicè docendi parum accuratè subductas meditatasque facilè dixerim. Accendit ea res multorum ingenia, ut de amplitudine scientiam, & severis proficiendi legibus seriò cogitarent: quoties audiverant Berneggerum, totiens non modò cognitorum voluptas, sed cognoscendorum ipsos invadebat desiderium. sive quidam doctrinæ genius, sui apparatus copiam, ubique & aliud agendo capacibus animis

infundit: sive naturas præstantes ingenitus ad exempla illustria impetus rapit, & auctoribus eximiorum operum fatali instinctu conciliat. Sed quod illud desiderium, cui non responderet Berneggeriana facultas, quæ instructissima? cui industriæ non sufficeret comitas, quæ indefessa & incomparabilis? Quod tum ubique aliàs, tum vel maximè cognitũ est, ubi super ordinariam professionem, eloquentiæ, bis orbæ, semel per triennium, iterum biennio amplius, patrocinium gessit. Libri, musæum, & inprimis ipse, omnibus & semper patebant. Vidisses in uno homine, summam temporis avaritiam, & summam liberalitatem: sibi potiùs quietem, quàm aliis operam negabat; & quòd tot salutationes, colloquia, consilia exemerant diei, nocturnus labor repensabat. ita induxerat in animum vir optimus, ignoscere juventuti, quicquid discendi studio, licet sæpe intempestivo, sæpe præpostero, peccaret. generosam præterea jacturam esse si privatim amitteret, quod in publicos usus olim rediret. ad quos non sufficit scriptis orbem excitare, nisi instrumento, auctoritate, ductu, cupientes subvehantur. Igitur exercitationes cuique dispexit, commendavit: exercentibus, prout publicè privatimq; ratio tulit, præfuit, adfuit, interfuit. in suis strenuum quemq; ædibus invisens; hortatu, laude, auspicio efficacissimus monitor. hærentes expedivit, dubitantes confirmavit; quos flagrantior cupiditas incautiùs avexerat, non objurgatione, sed quod omni stimulo fortius est, familiaritatis & colloquii quodam quasi commento recuperavit. Inter hæc multoties patientia viri tentata, nunquam victa; improborum malitiam, imprecatione bonæ mentis, præfractorum arrogantiam, exemplo modestiæ; curiosorum ineptias, gravitate instituti, non tam flagellavit, quàm convicit. Habet hoc quoque vita Academica ex libertate vitium, quod temeritate pro judicio usi præsidentes juvenum, liberè & impune, in clarorum virorum nomina & labores perpetuis censuris incurrunt. si quis tria verba ex Sallustio sublegit, jam Sturmios & Berneggeros fastidiosè judicat, cæteros ex abrupto damnat: si quis juris, divinarum litterarum, medicinæ, artium reliquarum prima rudimenta attigit, aut ea paululum supergressus est, de principibus horum studiorum inter pocula & in circulis arbiter sedet: si quis docentem, semel & negligenter audivit, malè intellexit, statim quæ libet, & quibus cujusque inflari vanitas potest, pronuntiat: si quis omnia hæc pariter ignorat, tum verò ad convitia, probra ludibria, nemo minus rudis est. si quis (faciunt autem hoc plurimi) alia omnia potiùs, quàm

illud

illud ipsum, quod reprehendere audet, didicit, nihil magis interim novisse vult videri. Habemus ergo, quod felix & faustum sit, non jam *quinque eruditionis judices*, Atticæ felicitatis imitatione, sed ex profectu imitantium quinque judicum genera. Quos si *Bacchicos*, itidem antiquitatis exemplo velit quis appellare, quod res est dixerit: nam & histrionali scenæ, ut isti, assident, & plerumque furore Dei, cui serviunt, bacchantur. Nobis, cùm jam pridem satis ad temnendum genus tam infamæ, & nescio cujus transmutationis capax, ut primùm non indignari quidem, sed jocari alicui doctorum libuerit, superſit constantiæ, Berneggeri insuper exemplum placet, qui tenax propositi & invictus, tam diligenter saniorum disciplinæ studuit, quàm insanabiles fugit, & cum aversatione extimuit. Cæterum inter tam strenua, tam assidua juventutis desideria versanti nihil videbatur relinqui ad alias curas temporis. at ille subcisivis operis quot præclara in publicum monumenta edidit? quo ingenio, quâ eruditione illustria? quorum aliqua sæculo & patriæ, & Academicæ existimationi dedit: aliqua Mathematicæ, quam refrixisse propemodum videbat, instaurandę gratificari, tempestivum & sapiente viro dignum existimavit: de cætero ad totam literariam antiquitatem repurgandam animo conversus, ejusmodi institutum primus tenuit, quo (præfiscine dicam) neque ad emendanda hæc studia, quicquam limatius; neque ad amplificanda, copiosius; neque ad tractanda instructius, à quoquam hactenus excogitatum est. Prodierunt antea præclari auctores, magna cum editorum celebritate illi quidem, quam intactam ad posteros perennare jubemus, prout cujusque ingenium, occasio, suppellex tulit, aliquis scriptorem Msc. ope aut per sollertiam emaculavit & correxit: alius varias lectiones collectas diligenter, examinavit ac contendit: nonnemo rituum & prisci moris aliqua exposuit: quidam usum & vitam spectantes, civilis viri institutionem quibusdã notis professi sunt aut dissertationibus. Ut minus dispersa hæc noscerentur, quærebatur consilium. cujus specimẽ meditari Lutetia Parisiorũ cœpit. inde enim procusa sunt ingentia Taciti, Suetonii, Senecæ, volumina. Quos erat reperire doctorum in scriptorem eum curas, in unum corpus conduxerant. Ejus generis etiam alibi exempla usurpata: extantq; ad hanc formã Gruterianæ nonnullæ editiones. Verũ hoc pacto nondũ erat vel tempori vel eruditioni consultum,

quid quisque, & an quod desiderares, annotasset, satis arduus inquirendi labor natus : sine tædio hactenus, nisi toties frustra tolerandus. multi difficiles loci & suspecti ne verbulo memorati, digna illustratu plurima planè prætetita, alia bis terve à diversis posita. Plerique enim non ad editionem Auctoris ista, sed in suis adversariis fortè consignaverant. Jam quantum supereat eorum, quæ aliis magnis viris, huic auctori quidem profutura, sed in aliis operibus, & miscellaneis sæpe commentariis prodita, inveniebantur. Berneggerus ergo inivit rationem, quâ semel perfectioni studiorum & tempori, tum & instituto cujusque, prolixo, ut ita dicam, compendio subveniretur. Quicquid ubique terrarum, inde post renatas literas, ad unumquemque scriptorem felicia publico elaboravere ingenia, quicquid emendationi, illustrationi, dictioni, argumenta ex omni penu doctrinarum seruit, coacta sub unũ conspectum, dispositain promptos usus, locupletata ingenio editoris omnia exhibentur. ita moles libro demitur, copia augetur ordo additur. cujus instituti pars sunt sanè non ignobilis, *Indices*, non tumultuario aut semipleno congestu, non frigida & triphiali philologia, sed planè vivo exemplo, in majores, quàm facilè dixero, opportunitates ac subsidia adornati, quæ experimentis potiùs, quàm elogiis innolescere possunt Hujus operis formam animo complexus Noster, ingenti apparatu, tempore, instrumentoque gravissimo, indigere se intellexit. Comparatæ igitur jam olim Bibliothecæ nobilissimæ, in quam patrimonium satis lautum impenderat, accessere tum quotidiana ex librorum emtione augmenta, tum effecti in omne genus scriptorum indices, sylvæ, notæ, commentarii: quibus ipse partim manum admovit, partim studiosum ære satis largo conductorum opera perpetua, quæ minùs ingenio videbantur opus habere, expedivit. Fidem penè excedit, quantos homo privatus, in hunc usum, sumtus toleraverit. Effectum ergo, ut singuli propemodum libri, neque minus recentiores quàm prisci, suis quibusdam præsidiis sint ornati; & universi communi quodam mutui usus vinculo sibi inter se respondeant. quali paratu fortasse sola censeri Argentina potest. Enimvero quid expectare in posterum ex hoc elegantioris literaturæ domicilio orbis debeat, *Iustinus* & *Tacitus*, quorum editione prælusit tantùm destinatis Berneggerus, facilem conjecturam præbent. Sed & *Suetonio*, *Velleio*, *Livio*, *Ariano*, *Ciceroni*, *Senecæ*, ac imprimis *Sallustio*, *Thucydidi*, *Pachymerio*, propinquus novæ lucis splendor

dor oriebatur: nisi intercepto morte Berneggero omnem hanc industriam & vota sæculi in Freinshemianos humeros supremum numen aptavisset. quibus quàm bene sedeat hoc onus, *Floriano*, pridem, & nuperrimè *Curtiano* opere cognitum abunde ac ostensum est. Illud non omiserim affirmare, dignum esse institutum tam strenuum, quod publicâ omnium eorum munificentiâ foveretur, qui pereuntium in Germaniâ studiorum dignitatem reflorescere optant. cujus tamen voti fiduciam afflictæ domi res, & exhausta sumtibus tempora facilè minuunt. & nescio an verendum habeamus, ne post instrumenta eruditionis bellica vastatione sublata, ipsa in pace eruditio nulla sit futura, nisi quòd Berneggerianis quidem consiliis ostensa velut è machina subsidia, stabiles successus pollicentur: præsertim cùm vel nomen viri ubique noti, ubique amati, benevolentiam rei conciliare possit, quæ suimet commendatione tantum pollet. Nisi fors nimium præclare & sentimus de hac re & loquimur. Jam pridem enim audio quosdam, quibus tot artium instructu, toto verissimæ sapientiæ opibus nondum satis excusavit Berneggerus, quòd bonis auctoribus strenuam & salutarem manum commodavit, quòd linguas tot calluit, quot plerique ignorant. Critica enim hæc sunt, in verbis posita, vitis & rebus seriis aliena. Non sum is Auditores, qui ad prodendam silentio bonam causam ullo me patiar metu adigi; neque in præceptoris fama animus deesse discipulo potest; sed nec servile aliquid à me vel generosus quisquam expectabit, vel iniquus impetrabit: ut respondeam autem his vocibus, nondum inducor. Dividenda potiùs est defensio, rejectoque ad suas ineptias vulgo, miranda eorum voluntas, qui, cum suæ eruditionis, operis, & meriti à lubentibus ferant testimonium, ipsi, nescio quo fastidio, hæc studia pro vilibus aspernantur: eâque re profectò, non sine jacturâ famæ, si incidant in severos, errant. quid enim est omnino, quod eruditus & partium studio liber animus hîc vel humile vel temnendum invenire possit? Rem ad liquidum à maximis viris diductam non instituo repetere: illud tantùm rogo, ne ad unum modò respicientes, quod & ipsum immeritò fastidiunt, (quippe cui omnium debetur scientiarum conservatio) cæteras laudes, eâdem operâ pariter obterant: ne aliorum culpam, aliorum pœnam faciant: ne virtutis & æquitatis posttemam aut nullam in judicando rationem habeant. Fuerunt haud dubiè sicut in aliis, ita in hoc studiorum genere, insigni stultitiâ ac impudentia

homines: qui cum absque idoneis adminiculis, jejuni ac expertes bonarum artium, numerassent syllabas, jugulassent literas, vocem unam & alteram transjecissent; Critici volebant videri, quasi quisquam talis esse, nisi Philosophus posset. Quidam levia omnia ac minuta consectati, syrtibus illis ac scopulis hujus studii, qui plurimi & asperrimi latent aut exstant, nunquam tentatis, cum Varrone de palma contendebant, præque se unis, omnes credebant desipere. Talia possent millia litterarum dehonestamenta memorati: quæ si in ipsarum vertimus injuriam, videndum erit in posterum, quomodo à legulejorum & tabularum probo JCti; ab impostorum odio, Medici; Philosophi à Sophistarum titulo se expediant. Longè aliter de Berneggero, & qui ejus vestigia sequuntur, judicandum est: ex quibus Grammatistas nemo nisi per calumniam fecerit. Nimirum in hoc vertitur omnis iste apparatus, in hoc sudat iste labor, ut efficacia, robur, dignitas, omnibus iis studiis accedat, quibus universæ necessitates vitæ, jusque & fas publicum gubernantur. Huc sana ratio, huc conscientia, huc ipsum, quod ex tam fœdi contemptus omine intelligimus imminere, periculum vocat: ne spoliata suo cultu, & exuta vestibus sapientia, frigore denique ac tempestatibus intercidat. Id quod brevi futurum, timent & vident mecum, quicunque, nescio quarum rerum incitamentis fati publici curam didicerunt anteferre. Sit interea hæc apud modestos & rectè sentientes non minima commendationis Bernegerianæ portio; quod cum omne eruditionis genus tractasset, tantùm in singulis plerisq; progressus, quantum suffecisset sola sectantibus, etiam illi se intendit operi, cujus apparatu universarum usus doctrinarum & specimen debet obtineri. Quemadmodum nec in parvis numeramus, præter linguas doctis proprias, reddita Gallis, Hispanis, Italis, Illyriis, Belgis, sua verba: scriptas promtè, quarum usus veniebat, literas: conversa in Latinum difficillima & vix vernaculis hominibus intelligenda opera. Tale enim fuit, quod à summo nostræ ætatis Mathematico Italicè editum, rerum verborumque abditis supra quàm dixerim plenum Systema Copernicanum, Latinum à Nostro non sine admiratione orbis subtilior recepit. Ne dicam, quantum in amicitiis clarissimorum per orbem Europæum virorum colendis, ea res comoditatis habuerit. Ab illis enim ad Bernegg. ab hoc ad illos frequentia comeabant literarũ comercia. Quærit curiosus aliquis, quo argumento, causa, proposito? Nihil subticebitur. quanquam enim moris parum elegantis habeat fortassis

ſis exemplum illa quæſtio: res tamen ipſa promi videtur dignior, quàm occultari. Invitabat alium ex occaſione ad amicitiam, viri humanitas, ab alio invitabatur: deferebat aliis cultum modeſtia, ab aliis accipiebat: officia rogabatur ſæpius quàm rogabat facilitas: familiaritatem inſtaurabat fides; communes doctrinarum utilitates confovebat eruditio; & dum collatis omnia rationibus geruntur, ſtimuli, auctoritas, præſidium, decus accedit conſiliis elegantiæ & felicitati ſæculi deſtinatis. Conciliatrix autem tam optabilis commercii utrimque fama fuit; non illa quæ rumores architectari, ebuccinare fabulas, adeoque pravas aut otioſas mentes, ſuæ vanitatis implere ſolet; ſed quam virtutis doctrinæque celebritati inter utriusque compotes, veris prædicationibus exponendæ, arcanis gratiæ irritamentis inſtructam, auctor præſtantis naturæ, uſquequaque dimiſit. Ea inter abſentes faciebat præſentia quæcunque publicis ſemel auſpiciis, ullibi terrarum emicuiſſent: ut vel hinc conſtet, non loco virtutem aut tempore concluſam, ſed diffuſam merito, liberrimo præclariſſimoq; cognationis non interruptæ genio definiri. Poſſemus hic prolixam illuſtrium nominum ſeriem adornare, viroſq; nullo non genere dignationis ac laudis eximios memorare, quorum gratia, amore, cultu, literis frequentabatur Berneggerus. Sed relinquemus iſtas tanquam ſecretas opes ſcriniis Muſæi Berneggeriani: donec Filiis tempeſtivum commodumq; videbitur, in paternæ memoriæ peplo, tam ſplendidorum ſeriem titulorum, ſuo arbitrio intexere. Satis interim ad laudem & decus magnificum eſt, quod viri proſapia, loco, munere, doctrina ſummi, hominis pleriſque nunquam viſi, cæteris per eximia bonitatis fideique documenta cogniti, eruditionem & virtutes percolebant. Neque enim doctior quàm melior fuit Berneggerus. quem facti ad virtutem mores, ſtudioſusq; officiis vitæ animus, in eximium ſolidæ laudis ac boni viri exemplum formaverant. Procul omnis fucus, procul erat ſimulatio. Igitur cùm nativa in eo omnia apparerent, plurimum præſtantiæ non apparentis, ad interpretationẽ judicantiũ, ſimplicitas & modeſtia recondiderant. Quæ in eo tã inſignes fuerunt, ut prorſ' ſæculo ſuo major, priſci candoris pariter & ſapientiæ ſpectaculũ rẽovaret. Quod licèt incallidũ hodie & umbraticũ videatur, maluit populo quã virtuti convitiũ facere, neq; comiſit, ut per ipſum quoq; oſtentatio & ſpecies boni moris veræ laudis locũ occuparet. Effecit hoc inſtitutũ, ut officia mortalibus diligenter præſtanda, Deo animũ bona fide dicandũ judicaret. ad hunc enim omnia referẽda

inde vires operi & successus & normam petenda, nulli negligentius credunt, quàm quibus ingenium aut ars sua non ad voluptatem modò, sed ad speciem placere potuit. Hinc & societati humanæ labes accessit: cui nemo rectè studet, nisi qui Dei causâ hæc agit. In cujus perpetuo non conspectu magis, quam reverentia agentes, fas est loqui apertè, amice sentire, consulere utiliter, juvare strenuè, idest, quid aliud quàm Berneggerum imitari? qui neminis vel postulata elusit, vel vota moratus est, vel spem fefellit. Aliena negotia, ut sua procuravit: quorum cùm plurima, pudore recusandi homo facillimus suscepisset, factum est aliquando, ut sub dispendio pollicitandi comitatem sibi luendam existimaret, præsertim juventutis studiosæ desideriis, sicut antea dixi, sine exceptione deditus. hujus, auctoritate & consilio magister, dilectione parens, officio amicus, civilitate commilito erat. Adventâtes humanitatis primo, mox eruditionis suæ implebat, neque faciliùs conciliantur, animi, aut efficacius retinentur. Nulla tristitiæ, nulla fastidii adversus quemquam, in ore, in voce, in gestu indicia: quæ vel ad suspicionem curiosos, vel ad conjecturam delicatos perducerent. Tanta autem in actu suavitas, ut ad amorem quosvis; prudentiores, etiam ad observantiam imbueret. Colloquia sua tam accinctæ attentionis judicio dispensabat, ut ambiguum relinqueret peritis, plusne doctrinæ, an prudentiæ, an bonitatis haberet, quod audiverant. Sententiam de aliis cautius an moderatiùs tulerit haud dixerim: rem in primis religiosam ratus, deprimere famum alterius, aut extollere nisi quod in hanc partem leviùs peccatur. Ut enim quisque est vir optimus & doctissimus, ita alios sibi faciliùs anteponit, aut æquiùs cum cæteris componit. Ergo minimè probabat usitatum, inter doctos quoque, morẽ, quo ex uno forte delicto literario, statim de existimatione hominis, censoria tyrannide pronuntiatur: iisque furoribus libri nunc, & nullo magis quàm æquitate nobilia humanitatis studia; in ominosam publicè rabiem efferantur. Eruit aliquis longâ commentatione, quod alius extemporali studio minùs accurate expressit? causa dicta est, sententia lata: actor reum, novo more, condemnavit, ut ineptum, ut indoctum. Suppeditavit illi Manuscriptus codex aliquid planius, quàm hujus conjectura olim divinavit: nihil obstabit: quò minùs puer virum, tyro veteranum palam traducat. Deniq; non sufficit, disquirere, disputare, dissentire judicare tanquam inter lanionum, aut, siquæ magis commaculata plebs est, globos, rixis & obscœnis con-
cumeliis

cum elitis res geritur. Berneggerus ne ad severitatem quidem verborum progressus est: quod rationis hoc negotium, non certaminis esse diceret. illam, ubi vera allata sit, pro se & adversum alios satis jam valere: incertam verò ac conjecturâ tantùm nixam, aut mutuâ libertate contentam aut mutuo metu tranquillam esse debere. Sciebat præterea partitim mortalibus, ut cætera, sic eruditionis laudem datam: in alio dicendi elegantiam, in quibusdam judicii gravitatem, in cæteris industriam & fidem suo ornabat elogio. Neque ignorari interim poterat, quàm callidi essent suarum imbecillitatum dissimulatores, & bonorum simulatores, qui nullius rei ignorantiam profiterentur. quo fieri solet ut simplicior fors alius, non statim reperiatur deterior. injuriâ deniq; eruditionis fore, si ad unum omnia exemplum tam rigidè exigantur, ut nullus inter poëtas locus Ennii ingenio, aut Lucretii sapientiæ relinquatur; ut ex oratoribus Cato proscribatur, aut Crassus; quod uterq; infra Ciceronis eloquentiam substitit. prope est ut ineptum & humanioris vitæ societati prægravem dicam, qui hac scabie tenetur. quâ foris gentium odia provocantur, domi collegia & publicarum utilitatum conturbantur munia. quibus concordia, æquitate, facilitate nunquam defuit Berneggerus. cui pro amico erat, quicunque publico pro suâ virili inserviret. Interiorem familiaritatem sicut cauto delectu admittebat, ita officiis, supra quàm credi potest, fidelibus, atq; constantia inviolabili conservabat. Beneficus adversum omnes & animosè liberalis. cujus rei documenta plurima & maxima superiorum temporum sævitiæ opposuit: tanquam parens quidam ac nutritius tot exulum, tot mendicantium: quorum aliquando multa millia in nostrã civitatem, deplexæ latissima devastatione circum regiones, ut in unicum atque extremum afflicti ac penè extincti spiritus receptaculum, infuderant. satisque constat, eum extremis temporibus, licèt rem familiarem fortunæ publicæ inopia non parum premeret, tertiam salarii partem pauperibus erogasse: confirmaverat in eo hanc voluntatem, præter comitatem innatam, communis Patriæ miseratio. cujus inauditas calamitates, consecratus publicis curis animus, non potuit insuper habere, aut parca manu juvare. Honestissimum quippe jacturæ genus est, imò ex conditione temporis lucrum, necessitatum suarum parte carere, ne alii omnibus careant: mitigatq; quod intolerabile videtur, victrix adversitatum constantia, & animi magnitudo. Qua egregiè munitus fuit Noster. Duo

enim illa, planè supra exempla veterum, supra humani propositi fidem in eo licuit admirari: Industriam laborisq; assiduitatem portenti simillimam; & invicti ad omnia fortunæ tela roboris patientiam. Fallor an per multas duræ sortis vices exercendo homini inter principia nascendi, illam tam rari exempli firmitudinem, fatorum industria circumdedit. quâ longè plus valeret, quam fictitio Deorum opere clypeati, quos gentilitas heroës jactat. Luctari cœpit cum adversis rebus, sub initium adolescentiæ, paterni ob religionis veritatem indicti exilii damnorumq; pars & comes comprehenderat illam is casus alienissimo tempore: cum instincta Argentoratensi disciplina studia ejus inprimis ferverent, atq; festinarent. igitur quem nulla difficultas retentare, nulla potuisset abstrahere sollicitatio, pietas erga parentes morata est. ad quos maturato itinere feliciter pervectus, utilitatibus eorum, quam debebat, operam dedit. Reversus ad solenne virtutis suæ studium, cùm inclaresceret subinde, non potuit invidiam effugere. Quæ atrociùs etiam in virum, & publico admotum, consurrexit. scilicet non æmuli, non maledici, non iniqui desunt magnis viris: neque certius ingentis meriti indicium, quàm odium & obtrectatores quorum ope præcipuus hostis publici egregii diabolus, virtutum ac bonarum rerum efficaciam nititur intervertere. Atque nequid uspiam reliqui fieret: quod ad tentandam viri magnanimitatem pertineret. etiam cum monstris, ut Hercules, luctandum habuit: exortusque in Apollinem Marsyas, inquinatissimi sine exemplo oris vecordiam, non quidem cutis detractione, ut est in fabulis, aut reste, cujus candidatos probris æmulabatur, sed æterna ad omnem posteritatem luet infamia. Accedebant valetudines neque paucæ, neque modicæ: donec ante hos quatuor annos, exhaustum diuturna laboris curarumque vexatione corpus, morbis confertim incumbentibus cessit, lectumque pro musæo deinceps plerumque habere vir diligentissimus coactus fuit. Verum tantas hominis molestias multa interstinguebant prospera: quasi & illæ in experimentum virtutis, & hæc in præmium, ex æquo dispensarentur. Nam & admiratio eruditionis, publicè nobilem; & officia plerisq; maximis viris, carum; & delati quos Academia usurpat honores cuncti venerabilem reddidere. Multis ad magnam pace belloque clarirudinem princeps exstitit: multos à paupertate, periculo, errore vindicatos, perpetuo gratiæ vinculo sibi obstrictos numeravit. Juventutis benevolentia semper & inter primos floruit

ruit: cujus & magnam partem solâ nominis sui celebritate huc excivit. Copiosissimi autem ad omne doctrinæ genus instrumenti auctorem, verissima prædicatione posteritas colet. cujus felicitatis complementũ ex provisis generi in rempublicam literariam artibus, & ostensis in familiâ subsidiis, sanè quàm luculentum, par est intelligi. Inter quæ conjux, qualis, ut semel dicam, vel levamento, vel adjumento viri tam seriò occupati conveniebat: filiorum major natu, vivo parente, publici honor. muneris ac inito prosperè matrimonio conspicuus; cæteri egregii spei non capaces modò, sed feraces: filiarum altera, maternæ bonitatis exemplar auspicatissimè elocata; altera per signatum tam pulchrè domesticis virtutibus tramitem ad ipsam muliebris decoris metam processura, non vulgaris fortunæ nomina sunt. Quorum reputatio multas ægritudinum acerbitates mitigavit apud nostrum. qui & illud inter prosperitatis suæ elogia, subinde invisentibus commemorabat: quod pertinacis morbi malignitas nec constantiam uxoris piissimæ ac officia, nec fidem medici ac industriam fatigasset. Erat is Nobilissimus Noster *Sebizius*: cujus felicissimæ dexteritati cessisset haud dubiè malum, si humanis artibus, quicquam ultimi vicinitas fati reliquisset. Deficientibus igitur indies viribus, quæ natura jam negabat rerum agendarum instrumenta, nullo defectura momento virtus subministrabat & inexpugnabilis morbo animus. itaque legebat, respondebat, dictabat, anagnostem audiebat: vicissitudine laboris & mutatione, tanquam medicamento utebatur. Quod si inter hæc paulum à doloribus respirare licuit, generosâ carcerem suum fugâ ultus, in mediam immortalitatis æterniq; operis officinam ad sueta munia properabat: juventutem sibi, se juventuti vindicans. quam ubi rursum velut in certamine, morbus prævaluisset, vel domi suæ docebat, vel exportatus vehiculo, in campi apertis & re præsenti, Geometricas demonstrationes exsequebatur. Hæc enim ultima maximi Præceptoris disciplina fuit: tum aliorum tum vel Celsissimi & ad omnem fastigii sui laudem lætissimâ virtutis indole efflorescentis Principis, SYLVII NIMRODI WURTEMBERGICI, quo & auditore, in Tacito, utebatur, desiderio data. In his curis extingui, gloriosum

&

& cujusque veterum votis celebratum erat: nisi quòd imbuto Christi disciplinâ animo, nihil sine Christo vel ad vitam dulce, vel ad gloriam insigne, vel ad mortem beatum potest videri. Hujus ut perpetua, ita postrema in terris, supra terras memoria, non tam finit mortalitatem, quàm æternitatem inchoat: neque interitum viventis comitatur, sed victuri perpetuat solatia. Quorum pignus & fides, ineffabile corporis ac sanguinis Dominici sacramentum, Berneggero, ad sanctissimæ religionis, cujus olim professione, nunc fructu gaudet, supremas metas tendenti, vires & animos & vitales in morte delicias, inspirabat. Quarum penitus compotem pro Argentoratensis dignitate civitatis, cœlorum domicilium; pro cathedra professoria, thronus regalis sacerdotii; pro amplexu necessitudinum, brachia Redemtoris & ter maximi numinis sinus excepere. Atque ita, qui tot gentium linguis mortalibus utilia loquebatur, nunc Angelicis vocibus immortalem Dei gloriam concelebrat qui Prudentiæ arcana è profundo temporum eruebat, nunc arcanorum fontes in immensâ æternitate haurit: qui favore bonorum, judiciis florebat doctorum; nunc sanctissimis cœlitũ sapientissimisq; fruitur consortiis: qui artium & scientiarum attigerat culmina; nunc sublime discit & salutare novæ eruditionis rudimentum, *quòd in terris nihil sciatur*: denique sidus illud humanarum laudum ac splendor, à radiis infiniti Solis veram & perpetuam lucem mutuatur. Balbutientis hæc verba sunt: dum crescente argumento, exundans in speratam nobis gaudia cogitatio, præpeditam suapte imbellia vocem ultro absumit. Itaque ad vos revertor, Auditores optimi, quorum animis (ut in cantorum turba, qui præcinit, cæteris personandum relinquit, quod vocis exordio prælibatum est) rectissimè commendavero quicquid ad laudẽ viri & præclaras recordationes perorandum superest. Vobis enim non judicium, non affectus in salutem publicam deest, ut quantum ejusmodi jactura doloris mereatur, sitis excitandi. Quod si autem apud vestras aures ampliùs loquendum mihi intellexero, ut cum generosis, fortiùs agam, & quæcunque extincta tanto casu videri aut ademta solent, nullo unquam tempore, vel inter æterna hujus urbis decora extingui, vel utilitatibus publicis adimi posse ostendam. Habet hoc illustrium virorum claritudo, at non perpetua minùs quàm gloriosa, ævum pariter ac spacia orbis ementiatur, tam ignara coërceri mortalibus induviis, quàm dedi-

dedignans exuviis commori. Attollitur fatalibus incrementis Reipublicæ hujus celebritas: atque, ne quid ad emendatissimi moris disciplinam, ad consiliorum felicissimorum gravitatem, ad civilem, quæ nescio quibus locis & hominibus propria credebatur, peritiam hactenus deesset, tum civium, auspiciis fortunæ suæ obsequentium, industriâ; tum præclarissimorum ingeniorum varia virtus atque diversarum merita artium effecere. Quòd autem earum literarum cultu, in quibus ad fastigium aliquid superesse, difficulter credebant, qui cupiebant soli eminere, venerabilis esse Argentina incipit, unius Berneggeri munus est. tanto illud quidem nobilius & suavius, quanto cultiorem orbis partem necessitudine quadam nobis conciliat. Quotiescunque enim, qui ubique sunt & semper erunt, docti ac boni, quantum huic viro debeatur, memorabunt, toties in partem gratiæ & famæ Argentoratum veniet: neque jam opere & altitudine admiranda turris, præ eruditionis Berneggerianæ apice; vel horologii mathematicè structi artificium, quæ summi scientia mathematici: vel ubertas soli & amœnitas, præ deliciis, quarum jucunditas fructusque ad omnes terræ angulos pertingit, publico sermone prædicabitur. Stude tandem tuis temporibus favere, civitas nobilissima: nec despectos patere, qui tuo honori se ac sua impendunt. Nihil hìc in utramque partem sine magnis auspiciis geritur: atque, ut studia sapientiæ eorumque professores florentis reipublicæ non indicium modò, quod nec vulgus nescit, sed pignus sunt, cujus custodia publicis fatis longè propius est innexa, quam Palladii imaguncula, aut vigil perpetuò flamma, aut lapsa cœlo scuta, Romanorum statum credebantur sustentare: sic contemtus tam arcani boni neglectusque, id est, perpetuum felicitatis & copiæ malum, ea portendit, quorum etiam vocabulis in hoc consessu mihi abstinendum censeo. Cùm Athenienses decus suum & lumen Solonem clamitarent insanire: mox eversione libertatis & status, quid tam dirum sibi præsagium vellet, cognitum est. Neque plura nunc adduco: quippe qui læta potius & fausta omnia in perpetuum malim ominari. Quid enim non polliceamur nobis, de augusti Senatus prudentiâ, de nobilissimorum Scholarcharum cura, de bonorum civium voluntate? Nam nostri ordinis homines (simpliciter agam & citra arrogantiam) hactenus vitæ fortunarumque securi omnium, in publica vota laborant, sudant, vigilant, & aliquando non molliùs quàm

agunt, patiuntur. Sed & in posteritatis hortamenta ac æmulationem, si alia desint, Berneggeri exemplum ibit. cujus nulla vitæ pars egregii operis laude vacat. Igitur cùm perennis famæ gloria, quæ, ut ab initio ajebamus, infantiam nostram interim solatur, mox supplebit, virum singularis ingenii, incredibilis studii, rectissimi moris, optimarum artium principem, sæculi sive politi splendorem, sive politioris auctorem, efficacis naturæ dicam, an copiosæ virtutis ostentum, admirationi omnium ac venerationi exponet, summa felicis memoriæ in amorem publicum & *Boni communis* cognomentum desinet. Quod non meritorum modò apud universos dignatione, sed officiorum in singulos abundantia eximium, longè supra titulos & ingenium adulationis, supra conatus artis & figmenta, in simplicitatis quodam delubro dedicatum, nulli ætati, nulli hominum ordini vel ignorabitur vel invidebitur. Nam cætera, quibus famam placare aut inflare solent, quos adversum aspernationes aliorum & blanditias, nulla causę aut sui fiducia communivit, nullum hic locum habent: ubi cordatæ posterorum libertati, sine fuco & ambitu, omne prorsus judicium transscribitur. Interim quòd Academici patres, quorum aliqui Berneggero Præceptore, quidam intimo amico, omnes collegâ usi sunt, desideria sua testantur: quod juventus mœsta, luctum ob erepta sibi tot præsidia, tot delicias, recordationibus defuncti emollire quodammodo & egerere perseverat: quod nec humanitatis monumenta publicè, nec privatim pietatis officia, finem inveniunt aut admittunt, ad superstitum potiùs munia, quàm defuncti honorem referendum est. Cui licèt tum doctissimorum preconiis, tum optimorum testimoniis, justa ubique & semper celebrentur, plus erit, quod ex se ad sui æternitatem conferet, abunde sibi sufficiens, nomen & meritum MATTHIÆ BERNEGGERI. De quo, dum pietatis professio spectatur, hactenus loquor non sine plenâ fiduciâ, si ultra, & ad laudes eundum est, reverentiùs egero, si planè conticescam.

In Effigiem Magni Polyhistoris,

MATTHIÆ BERNEGGERI.

Quem Sculptor cœlo, Rhetor sermone, Poëta
Carmine, non poterant, vox notat una virum:
BERNEGGERUS *hic est. Virtutem quisquis & Artem*
Suspicis, exemplum grande utriusq; cape.

In

In Ejusdem Tumulum.

MATTHIÆ BERNEG-GERO,

CL. V.

Argentina conditorium hoc dicavit,
Et bonæ recordationis monumentum,
Imo verò gratitudinis:
qua
D. O. M. SUO STATORI
AC SOSPITATORI,
Unicè deberi profitetur,
Cœleste Viri Ingenium,
Consummatam eruditionem,
fertilemq;
In commoda publica industriam.
Quisquis ergo hæc leges,
Si sapientiam amas aut capis,
fatalem ejus proventum,
vel ex uno
Sed grandi exemplo disce;
Sæculoq; ac optimæ Civitati
gratulare
taræ felicitatis copiam,
cujus quo velocior transitus,
orbis arctior,
eò diffusior meditatio,
nec moras nec intervalla
admittit:
multò minus negligentiam;
per quam pretiosissima rerum
vix vilescunt citiùs humana securitate
quàm divina ultione intercidunt.
Jam & cætera nosce:
quorum memoriam
Officii caussà in propinquis

vulgus;
prudentes in magnis Viris
Secretioris disciplinæ ergò conservare solent.
Patriam nactus est BERNEGGERUS,
Halas Austriacas,
quibus pro brevi incolatu
perennem famam reddidit.
Parentes quoq; non indigi propriæ laudis,
BLASIUS BERNEGGERUS
&
ELISABETHA PAURNFEINDIA,
grandiori nomine sonant,
postquam Dignitatibus publicis,
& matronalibus ornamentis,
Quem feliciter editum suscepere,
Anno Christiano cIↃ IↃ LXXXII.
A. D. VIII. Febr. Hor. IV. vespert.
Infantiam pueritiamq;
per bonarum litterarum, virtutisque
ac boni moris, rudimenta,
In conspectu primum curaq; parentum & pædagogi,
mox in Welsensi schola publicè
cum successu & laude transegit.
Donec annus nominati sæculi XCVIII.
altiori fatalis operis officinæ,
Capacem & ad summi magistri laudes profecturum
discipulum dedit.
Argentorati enim, per omnis industriæ
doctrinæq; specimina, inclarescens,
cum suis severè ac strenuè;
Mox & aliorum studiis fideliter consuleret,
ad honestissimas functiones complures,
inter quas scholæ Durlacensis regimen,
experi vocariq; meruit.
Sed auctoravit sibi hoc Decus
propriumq; fecit Argentina.
Hic, ut ad veram claritudinem
per gradus provehunt fata,
ex vicario Classium Superiorum
Supremæ Curiæ moderator factus an. cIↃ IↃ CVIII.
post quinquennium Historiarum

pro-

Professionem accepit.
cui muneri ad finem vitæ
majori laude an fide præfuerit,
haud est judicatu facile.
Accessere honores tum quos Academia largitur;
Decanatus Collegii Philosophici aliquoties,
Rectoratus iterum, tertium enim deprecatus erat:
tum Capituli Thomani, quod vocant,
Canonicatus.
Matrimonium inivit an. M DC XI. die Maji XX.
cum lectissima virgine,
MARIA JACOBE KEHNERIA:
hęc sex liberorum parentem fecit,
quorum unus Sexenni minor decessit:
tres filii, duæ filiæ superstites agunt.
Inter hæc, multis adversis morbisq; magnis
& vehementibus conflictatus est.
Donec post tot pręclarè actitata, consulta, scripta;
post tot tristia generosè tolerata
A. D. III. Febr. an. CIↃ IↃCXL.
humanis rebus exemtus;
ipsoq; natali suo LVIII.
honorifico & frequenti funere elatus est.
De varia eruditione viri posteritas judicabit.
Nobis Virtutum memoria
& tanti nominis veneratio relicta est.
Si quid superest post illa,
jaceat ad hunc tumulum obtrectatio,
saxoq; crudeles morsus fatigans,
frustra peti & stulte defunctos,
discat tandem & gemat.
Σοὶ δὲ, πάτερ, παρ' ἐμοῦ τάδε, λοιπὰ δὲ πλεῖστα μελίσσαις
Τῇ τε πόλει, κόσμῳ τ' οὐ κλεὸς αἰὲν ἔσῃ.

SCRIPTA.

Quæstiones Miscellaneæ ex Taciti Germania & Agricola propositæ: *Argent.* 1611. 1638. 1640. in 4. 1664. in 8.
Oratio, quod de Bonifacio VIII. Papa dictum, intrasse ut vulpem regnasse ut leonem &c. id æquè verè de universo Papali regno dici posse: *ibid.* 1617. in 4.

Justi Lipsii Politicorum libri ad disputandum propositi, cum Appendice: *ibid.* 1617. in 4.

Idolum Lauretanum, seu Hypobolimea Divæ Mariæ Deiparæ Camera: *ibid.* 1619. in 4.

Canon Sinuum tangentium & secantium: *ibid.* 1619. in 8.

Proaulium Tubæ pacis occentum Scioppiano Sacri belli classico, sub nomine Theodosij Berennici Norici: *ibid.* 1620. in 4.

Tuba Pacis Anti-Scioppiana, sub eodem nomine edita: *ibid.* 1621. in 4. Conf. hic Spizelium in Templo Honoris Reserato p. 356. & Placcium in Catalogo Pseudonymorum p. 162.

Lupol. de Bebenburg tractatus de juribus regni & Imper. Roman. & Gier. Balbi de Coronatione liber ad Carolum Imperat. *ibid* 1624. in 4.

Reipublicæ Argentoratensis Delineatio: *ibid* 1627. in 4. Ab auctoris filio paulo fusius exposita: *ibid.* 1668. in 4.

Speculum boni Principis: *ibid.* 1625. in 4.

De jure eligendi Reges & Principes: *ibid.* 1627. in 4.

Justinus in Historias Troji Pompeji cum annotationibus: *ibid.* 1631. 1666. in 8.

Panegyricus Christianissimo Galliarum & Navarræ Regi Ludovico XIII. ob susceptam ab ipso, Majoribusq; libertatis Germanicæ curam, jussu Procerum Reip. Argentoratensis dictus: *ibid.* 1632. in 4.

Diatribæ in C. Suetonii Tranquilli Augustum: *ibid.* 1632. 1639. 1654. in 4.

Gustavi M. Suecorum, Gothorum, Vandalorumq; Regis Invictissimi laudatio funebris: *ibid.* 1633. in 4.

Miscellanearum quæstionum ex L. Annæi Flori rerum Romanarum epitome, in eamq; notis excerptarum Centuriæ septem: *ibid.* 1633. in 4.

Miscellanearum quæstionum, ex Justini in Trogi historias Epitomis universis, in easq; notis excerptarum Centuriæ Octo: *ibid.* 1633. in 4.

Cornelij Taciti Annales recensuit & evulgavit: *ibid.* in 8.

Orationum Academicarum Decas: *ibid.* 1640. in 8. & 12.

Galilæi Galilæi de proportionum instrumento cum notis: *Argent.* 1635. in 4.

Galilæi de systemate mundi: *Argent.* 1635. in 4.

De S. Scripturæ testimoniis in conclusionibus merè naturalibus non usurpandis, Ital. ac Latin. *ibid.* 1636. in 4.

C. Pli-

C. Plinii Secundi Panegyricus cum notis: *ibid.* 1635. in 4.
Sphericæ ac Geographicæ compendium: *ibid.* 1662. in 12.
Observationes Historico-Politicæ: *Tubingæ* 1656. 1666. in 12. *Argent.* 1669. in 12.
Epistolæ mutuæ Hugonis Grotij & Matth. Berneggeri: *ibid.* 1667. in 12.
Commercii epistolaris fasciculus secundus: *ibid.* 1670. in 12.
Epistolæ Joh. Kepleri & M. Berneggeri mutuæ: *ibid.* 1672. in 12.
Commercium literarium cum W. Schickardo: *ibid.* in 12.
Disputationes quàm plurimas publicè ac solenniter habuit e. g. de aulâ Principis: De veris Civis notis: De jure Belli: De Regno Hungariæ: De legibus: De Regum & Imperatorum Electionibus: De quæstionibus aliquot Historico-Politicis: De Nobilitate: De Comitiis Ratisbonensibus: De jure Regni & Imperij Romani: De universali Monarchia, ad C. Taciti lib. 4. Histor. cap. 74. Eclogam gravissimarum sententiarum, ex Plinij panegyrico: De Conviviis: Dodecades positionum Historico-Politicarum: Quæstiones Miscell. Historico-Politicas: Miscellan. quæstiones ex Historicis depromptas &c.





ORATIO FUNEBRIS,

quâ Memoriam

Viri Clarissimi & Excellentissimi,

Dn. JOHANNIS KIRCHMANNI,

De Schola Lubecensi, adeoque universa republ. literaria optimè meriti, Præceptoris & Soceri sui desideratissimi, in publico Auditorio Lubecæ 4. Nonas Maji, anno 1643. celebravit

JACOBUS STOLTERFHOTUS.



On existimo, Auditores Optimi, quenquam inter nos repertum iri, cujus animo & memoriâ jam exciderit eximium illud literarum decus, Venerabilis Senex JOHANNES KIRCHMANNUS, cui ante paucas septimanas, non sine publico luctu & maximo animi mœrore, exequias ivimus. Egregria enim ipsius, tam in laudatissimam hanc Civitatem, quàm in universam rempubl. literariam, merita, uti præclarum ejus nomen cœlo jure adscribunt, ita etiam ab ingratæ oblivionis situ inter mortales facilè vindicant. Verùm si præter spem fortè evenerit, ut honorifica tanti Viri recordatio tam exiguo temporis spacio non nullorum animis cordibusq; jam fuerit excussa, siquidẽ, Romano Philosopho & cottidianâ experientiâ teste, inter plurima maximaque vitia nullum frequentius, quã ingrati animi, & paucissimos videas, qui de benè merentibus non invicẽ pessimè mereantur; volui ego, sed quid dicã volui?

volui? immo maximè debui, qualicunq; oratione gratam optimi KIRCHMANNI memoriam, & apud illos, qui fortassis eam antiquarunt, renovare, & apud alios, quorum melioribus adhuc inhæret medullis, magis magisq; obsignare ac confirmare. Quod si autem quisquam, me laudibus KIRCHMANNI condignè recensendis longè imparẽ, & ad memoriã tanti viri celebrandam minus idoneum arbitretur, illi sanè liceat ad suum judicium meam ipsius quoque adscribere sententiam. Etenim si meo me pede ac modulo nõ metiar, nec virium mearum imbecillitatem agnoscam, in humilitatis legem à Servatore nostro nobis præscriptam me graviter peccaturum probè memini. Et quanquam in illarum artium studiis, quibus eloquentia comparatur, adolescentiam meam à B. KIRCHMANNO fideliter informatam minimè inficias eo; tamen cùm crebra, docente Fabio, ad artem benedicendi requiratur exercitatio, quam mihi labores officii Ecclesiastici, quo septem & decem annos, per gratiam Altissimi, jam fungor, non concesserunt, veniam me à vobis facilè impetraturum confido, si oratione parum comptâ, & divinas KIRCHMANNI dotes minus exæquanti, in hanc scenam prodeam. Eruditissimum si fortean perorantem audiretis *Grotium*, acutissimum si audiretis *Salmasium*, perspicacissimum si audiretis *Heinsium*, eloquentissimum si audiretis *Barlæum*, haberetis procul dubio, quibus aures juxta ac mentes vestras mirum in modum oblectaretis, nec quicquam, ex uberrimo tantorum virorum myrothecio depromptum, esset futurum, quod summam vestrum omnium laudem non mereretur. Ego autem cum Nasone

Veniam pro laude peto, laudatus abundè,

Si fastiditus vobis non fuero. Neque verò oratoris personam sustineo, qui pietatis debitum solvit ei, cui nunquam satis exsolvere potest. Præterquam enim, quod KIRCHMANNUS cum Avo, Patre, Avunculis, adeoq; omnibus cognatis meis maximam à multis retrò annis amicitiã coluit; pueritiã, deinde juventutem meam ratione, consilio, præceptis fovit, si qua in parte lubricum adolescentiæ meæ declinaret in rectam virtutis viam revocavit, & nihil eorum, quæ ad studiorum & fortunæ meæ promotionem facere posse videbantur, prætermisit; etiam filiam natu majorem, cùm ad annos virilis ætatis pervenissem, & honorificum in Ecclesiæ orchestrâ locum occupassem, connubio mihi junxit stabili (ô utinam diutius stabile fuisset!) propriamque dicavit. Quo necessitatis vinculo nullum arctius inter nos stringi potuisse, nemo

mecum non fatebitur. Quamvis autem, juxta aureum illud veriverbium, quod in ore doctorum bonorumq; omnium versatur, Parentibus ac Præceptoribus æquivalens pretium reddi non possit, qualecunque tamen specimen gratæ mentis erga Præceptorem & Socerum optimè meritum hoc humanitatis officio dare animum induxi: quanquam à saniori mente non adeò sum remotus, ut eo me omni planè debito liberatum iri persuasum habeam; in ipsius enim ære mihi manendum esse, quàm diu divina clementia vitalis hujus auræ usuram mihi concesserit, mea ipsius satis mihi suggerit conscientia. Licet enim KIRCHMANNI laudes, quibus pro merito celebrandis Tullianâ opus foret eloquentiâ, tenuioris ingenii mei culpâ, & dicendi inopiâ, deterere magis quàm evehere videar, præsertim cũ attestante politissimo authore Salustio, virtus eorum, qui aliquid præclarè fecerunt, tanta habeatur, quantũ verbis eam potuere extollere præclara ingenia; in spem tamen adducor minimè dubiam, fore, ut quicquid meæ facultati decesserit, id magnificentiâ Virtutum eximii viri, quæ sat splendidè suis coruscant radiis, neç alienæ lucis mutatione adeò indigent, cumulatissimè resarciatur. Neque vitiò mihi, ut spero, vertetur, si in hoc opere ingenium, quod nimio plus aret, ex limpidissimis ipsi⁹ KIRCHMANNI aliorumq; celebratorum fontibus ad exemplum Cæsaris Augusti, & doctissimi Patris Hieronymi, irrigem, & exercitatâ illorum linguâ proferam, quæ meâ non possum. A vobis autem, A.O. eâ, qua decet, animi observantiâ contendo, ut eundem favorem, quô KIRCHMANNUM, dum in vivis esset, semper complexi fuistis, & erga piè defunctũ honorificâ vestrâ ad cohonestandam ejus memoriam præsentiâ adhuc satis luculentè testatum fecistis, etiam mihi, dum vitæ ipsius curriculum rudi pedestris orationis penicillo delineo, benivolâ ac promptâ aurium animorumque vestrorum locatione, exhibere, & si vestræ expectationi à me minus satisfactum fuerit, voluntatem tamen meam, quæ in magnis etiam sat est, probare velitis.

De C. Julio Cæsare, magno magni illius Pompeji victore, & primo Romanæ Monarchiæ induperatore, memoriæ prodidit L. Annæus Seneca, morum ille, Lactantii judiciò, vitiorumq; publicorum & descriptor verissimus, & accusator acerrimus, quod olim vulgò dictitatum, & à Tit. Livio positum sit, in incerto esse, utrũ illum magis nasci Reip. profuerit, an nõ nasci? Idẽ nobis de J. KIRCH. liceat dicere & interrogare: utrũ cõmodo Reip. litterariæ magis natus, quàm denat⁹ sit?

Longè diversâ tamen ratione. Ille enim, quanquam navem Reipubl. Romanæ, decumanis civilium bellorum fluctibus penè quassatam, & tabulis extremis vix cohærentem, in securiorem tranquillitatis portum appulit; libertatem tamen populi Romani, tot annorum laboribus, periculis, prudentiâ & fortitudine pretiosè redemptam, servitutis jugo suppressum ivit: Unde haud immeritò de ipsius Nativitate potuit dubitari, an egregio magis publico profuerit, quàm obfuerit? Hic verò, ab illo statim tempore, quo excessit ex ephebis, & animum bonis artibus induit, usq; ad extremum vitæ habitum id unicè operam dedit, ut Rempubl. litterariam ruinæ proximam non saltem masculè, divinis animi viribus intensisque nervis suffulciret, verùm etiam à præsentissimo periculo, quod ab effrænata juventutis petulantia & infrunita barbarie, plenis, quod ajunt, velis remisque in Germaniam, patriam nostram jucundissimam, properante, jam pridem ipsi imminere videtur, animosissimi athletæ instar, quà voce, quà calamo fortiter defenderet. Quis itaque illorum, quibus, solidioris quicquid ac politioris litteraturæ, inter sæva Martis classica, & furibundos Bellonæ tumult⁹ adhuc reliquum, curæ cordique est, non dubiam habeat mentem, utrum magis ère Hierarchiæ literariæ fuerit, KIRCHMANNUM nasci, vel non nasci? Quis de KIRCHMANNO etiam non dicat, si licet exemplis in parvo grandibus uti, quod olim apud Romanos de Septimio Severo dictum legimus? aut nunquam nasci debuisse, aut nunquam mori? Jactura enim, quam in obitu hujus Viri bonæ litteræ fecerunt, si ad commodum, quod illis ex vita ejus emersit, comparetur, nescio, an charites tantum de ejus ortu gaudere, quantum de illius occasu lugere necesse habeant. Sed quoniam angustè fructus rerum determinat, qui tantum præsentibus lætus est, cùm & futura & præterita delectent, hæc exspectatione, illa memoriâ; nec nasci aut denasci in nostrâ, sed illius potestate sit, qui supra nos negotium curat, cui charior est homo, quàm ipse sibi, & accuratius expendit, quid

Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris,
Et pro jucundis aptissima quaque dat,

Nostrum erit, dubiam hanc disceptationem mittere, placidè in Altissimi beneplacito acquiescere, de KIRCHMANNO quod factum, non nisi inemendabili vitæ necisque Arbitri dispositione factum, certò statuere, & plus operæ, in memoria ejus celebranda, quam in fatali lege, cui omnes subjecti sumus, curiosius investigandâ & accusandâ, impendere.

ſumus, curioſius inveſtigandâ & accuſandâ, impendere. Et ut vitæ ejus Initium, ordinem, finem curatius diſſeram, primum de ejus Patria & Parentibus, quod præ cæteris monent, qui de arte dicendi præcipiunt, pauca in medium proferam. De Homero Poëtarum, unanimi doctorum ſuffragio, Principe, in Noctibus Atticis annotavit Gellius, quod ſeptem nobiles Græciæ urbes, nempe Smyrna, Rhodis, Colophon, Salamin, Chius, Argus, Athenæ, de natali ejus ſolo inter ſe certarint, & ſingulæ hunc civem ſibi arrogare voluerint. procul dubio, quia putaverint, ejus radiis ſuas quoque urbes illuſtrari. Germaniæ Civitates etiam haberent, quod de KIRCHMANNO contenderent, ſi altera alteri; ad Græcarum imitationem minùs laudabilem, ſuum decus & felicitatem invidere vellent. Glorientur ſanè de ſuo Ariſtotele Stagiritæ, de ſuo Zenone Cittici, de ſuo Tullio Arpinates, de ſuo Catone Tuſculani, de ſuo Virgilio Mantuani, de ſuo Flacco Venuſini, nos Lubecenſes de noſtro KIRCHMANNO non minùs gloriari poſſumus. Hæc enim urbs, ut fœcundiſſima arbor, germen illud nobiliſſimum protulit. Ante omnia, dicebat Simonides, beatè perfectâ ratione victuro patriam convenit eſſe glorioſam. Primam itaque beatæ vitæ partem KIRCHMANNO benignior natura in eo conceſſit, quod in celeberrimo hoc emporio naſci ipſi obtigerit. Ad quam enim mundi plagam urbis hujus munitiſſimæ, & Reipubl. optimè conſtitutæ fama non penetravit? Romam quondam caput orbis vocatam, litterarum monumentis docemur. De noſtra Lubeca illud quidem aſſerere nolumus, ne plus affectibus, quàm veritati dare videamur; Capitis tamen nomen ei planè non poſſumus denegare. Quis enim adeò hoſpes hujus Civitatis eſt, qui neſciat, inclytam Lubecam illuſtre ſociarum Civitatum, quæ vulgo Anſeaticæ vocantur, caput eſſe? *Lubecam* Vandalico idiomate *Coronam* ſignificare non nemo ſtatuit; Sicut enim Coronæ ſuperior locus tribuitur, utpote quæ non pedi imponitur, ſed capiti, ita etiam huic Civitati, inſtar coronæ, primus inter Vandalicas & inferioris Germaniæ urbes locus meritò debetur. Et quanquam à multis jam ſeculis ipſi famæ, authoritatis & celebritatis abundè eſt, major tamen gloriæ acceſſit cumulus per optimum hunc ejus Civem KIRCHMANNUM? qui cum ſuo etiam Patriæ nomen, per virtutes & laudatiſſima ingenii monumenta, æternitati conſecrare ſummo ſemper ſtudio allaboravit. Egregia equidem fati conventio! quando Patriæ civem ſe maximè dignum, civis pariter patriam ſe minimè indignam adeptus

adeptus,& alter alteri,gloriosissimâ æmulatione & certamine suavissimo,suam famam impertiit & claritudinem. Peperit hæc minus sterilis mater,& adhuc parit,ejus generis liberos quorum ipsam minimè pudere,sed illis æquè ad commodi & famæ suæ tam conservationem, quàm propagationem uti posset, modò ingenia qualitatesque ipsorum rectè nosceret. Sed quod parentibus nonnullis, qui vel parum vel nimium sapiunt,solet venire usu, ut aliorum liberi in speciem moribus, & verbis adornati,quanquam re inanes,ipsis longè comptiores & elegantiores suis videantur,& alienos non nunquam in rei familiaris administratione illis præponant,cùm tamen per suos æquè,si non meliùs sæpe & certiori fide, quæ domestica necessitas requirit,possent expedire: Idem etiam huic civitati optimæ alias nostræ genitrici, cum aliis magnis parvisq; urbibus accidere novimus. Licet enim nonnunquam habeamus cives,in nostro gremio ortos,nutritos,educatos, qui à teneris unguiculis animum bonis artibus exercuerunt, in stadio Virtutis strenuè currendo nemini cesserunt, fidem & dexteritatem suam in publicis negotiis exequendis satis superque probarunt, prætereuntur tamen illi sæpius,& præferuntur iis advenæ,ex terris alio calētibus sole acciti. Adeò, juxta vulgatum illud, minuit præsentia famam, & major eruditioni è longinquo reverentia est, & quicquid quæritur, optimum videtur. De Protogene scribit Plinius: Sordebat ille suis, ut plerumq; domestica. Non Apollinis magis oraculum verum est, quàm hoc. Sordent domestica,delectant aliena, quæ nostra fert tellus,negliguntur,quæ extera,æstimantur. Unde Aristides, πᾶσι τοῖς φιλοσόφοις ἔδοξε χαλεπὸς ἐν τῇ πατρίδι βίος, pronunciat. Hinc (ut suum mihi sermonem ad Q. Hortensii pronepotes hic commodet imperator Tiberius) languescet apud nostros cives Industria,intendetur socordia, cùm nullus ex semetus aut spes. Quippe præmiis & gloriâ industria alitur, quæ si dempseris, ipsa per se virtus amara atq; aspera est. Quamvis interim non negem, Carthaginensium res aliquando posse eò redigi,ut Xantippum à Lacedemoniis accersere ipsa eis imperet necessitas. Eas enim,inquit apud Polybium ad Ætolicam & Theatralem Alexandri orationem Philippus, interdum necessitates temporum incidere,ut multa illis, qui rebus præsunt, contra suam voluntatem sint necessariò facienda. Neque mea verba quisquam eò velim detorqueat, ac si invidiæ aculeos in peregrinos & advenas emittam: absit hoc a me; nollem id mihi ab aliis fieri, cur itaque aliis fieri,

cur itaque aliis facerem? Narro tantùm, quid nonnunquam factum fuerit, & testem adduco omni fide majorem Christum, & cum ipso omnes illos, qui in memoriam præteritorum temporum redire voluerunt. Et verò, si nonnullos etiam ex nostris, qui ingenio satis pollent, & sibi & aliis in eadem navi constitutis, insolentiâ & negligentiâ, nescio quâ (ne quid graviùs dicam) omnem ad altiora transcendendi spem præcidere dicerem, veritatem mendacio minimè contaminarem. Sed quò oratio mea delabitur? ad KIRCHMANNUM, uti ei propositum erat, revertatur. Parentes ipsius quod concernit, etsi fortuna in summum dignitatis fastigium illos non evexit, infra mediam sortem tamen non abjectè depressit. Pater enim ejus, cui nomen *Gerhardus Kirchman*, mercator in hac urbe fuit, primariis facilè annumerandus, Vir bonæ famæ & existimationis. Mater ejus *Gesa*, mulier virtutibus, quæ sexum illum maximè docent, probè ornata, oriunda ex præclara *Hünerigeriorum* familia, cui suam inter alios originem etiam adscribunt *Marck vvardi*, quorum nobilissimo nomine & egregiis meritis non nostra tantùm Civitas, sed & Antenoria cumprimis Academia, & illustrissima Venetorum Respublica gaudet. Quin si Deus Opt. Max. decus illud hujus familiæ, nobis omnibus & singulis optimè cognitum, servaverit, (id quod ex animo vovemus) nullum est dubium, quin patria nostra dulcissima, unà cum universa Republ. literariâ, sit habitura, de quo sibi maximè gratulari & devotas divinæ clementiæ grates pendere queat. Memoratis grognatus parentibus KIRCHMANNUS primam lucem vidit 15. Kalendas Februarias, anno, post natum mundi Redemptorem, supra millesimum quingentesimum quinto & septuagesimo: qui annus multis, at quibus viris! fuit fatalis. Siquidem eo ipso vitam cum morte commutarunt *Bernardinus Rota*, Vir in poëtica Latina & Etrusca exercitatissimus: *Franciscus Maurolycus* Syracusanus, Messanæ Abbas, & *Fridericus Commendanus* nobili familia Urbini in Umbria natus, duo illâ ætate Mathematicis studiis insignes viri, ad quæ illustranda cum exquisitam utriusque linguæ peritiam attulissent, multa Græcorum in lucem protulerunt ac interpretati sunt: *Matthias Flaccius* Illyricus, summus inter Protestantes Pontificiæ auctoritatis oppugnator, maximis Theologis non tantum æquiparandus, sed vel præponendus, nisi aliquid humani in nonnullis passus fuisset: *Hadrianus Iunius*, Vir, quod complura multiplicis doctrinæ ab eo elucubrata monumenta abunde testantur, linguarum, antiquitatis, & humaniorum litte-

litterarum cognitione, Philosophiæ præterea ac Medicinæ studiis præstantissimus: *Gulielmus Canterus*, qui, ut Jac. Augustus Thuanus, Historicorum nostro tempore longè nobilissimus, de eo narrat, industriâ tâtum profecit, ut editis quàm plurimis scriptis inter eruditissimos seculi sui numerari meruerit, plura utiq; præstiturus, nisi eum ex rerum Belgicarum infausto augurio mæror conceptus, & ex mærore mors immatura eripuisset. Detrimentum itaq; quod ex horum Virorum decessu bonæ litteræ cæperunt, per KIRCHMANNUM divina benignitas rependere voluit. Quemadmodum enim stellarum nonnullæ uno & eodem tempore occidunt, nonnullæ oriuntur; ita etiam placet summo rerum Moderatori, cujus fata Babyloniis tentare numeris piaculum esto, ut eodem anno, immò eodem sæpius die, & hic è mortali sua statione ad plures abeat, & ille, in hujus locum sufficiendus, vitali aurâ vesci incipiat. De primis KIRCHMANNI annis, infantiâ scilicet & pueritiâ, multa verba facere nihil attinet, sed missis iis ac silentio involutis, ad adolescentiam & juventutem ejus veniamus. Quod Regum, qui mortali quidem conditione unquam nati sunt, sapientissimus in Proverbiis ait; cognoscendum se præbere actionibus suis puerum, an purum & rectum ejus opus sit futurum; id etiam in KIRCHMANNO nostro videre fuit. Postquam enim à Parentibus in pietate educatus, & bonis litteris, ad quas probè discendas & dextrè capiendas ipsum naturâ quasi factum videbant, mancipatus fuerat, vix adolescentiæ annos ingressus, talia probitatis, modestiæ, ingenii & profectus edidit specimina, ut & Præceptoribus & commilitonibus optimam de se spem fecerit, quæ quomodo non fuerit frustra, postmodum audiemus. Secus sanè KIRCHMANNUS adolescentiâ suam egit, quam pleriq; nostrorum adolescentium, qui licet videri velint liberalibus studiis operari, tam perditè tamen & dissolutè vivunt, tantâ insolentiâ & inanis persuasionis incedunt fastu, ut parum spei de ipsis concipere queamus. Præter doctrinæ Christianæ elementa, quæ in hac schola fideliter imbibit, & utriusque linguę peritiam, quam sibi summâ comparavit industriâ, etiam in disserendi dicendiq; artibus quotidiè sese exercuit, hoc procul dubio à suis Præceptoribus ex Germania Taciti probè edoctus, exercitationẽ artẽ, artem verò laudem parere. Quomodo n. sine exercitatio doctrina? aut sine usu profect⁹? Qui disciplinâ bellicâ vult assequi, quotidiè exercitatur armis, & tanquã in procinctu posit⁹ preludit preliũ, & velut coram prætendit hoste: ad peritiam quoque & vires jaculandi, vel

posito prętendit hoste: ad peritiam quoq; & vires jaculandi, vel suos explorat lacertos, vel adversariorum declinat ictus, & vigilanti excipit obtutu. Qui navim in mari regere gubernaculis studet, vel remis ducere, prius in fluvio prædudit. Qui canendi suavitatem & vocis præstantiam affectant, prius sensim canendo vocem excitant: & qui viribus corporis legitimoque luctandi certamine coronam petunt, quotidiano usu palæstræ durantes membra, nutrientes patientiam, labori adsuescunt. Quibus similibus Episcopus Mediolanensis celebratissimus, quem cum aliis Magnus ille Erasmus doctorem mellifluum vocavit, utitur. In primis cum bonis litteris ita comparatum est, ut nisi te à teneris iis exerceas, vir solidè doctus nunquam evadas. Quod utinam nostri adolescentes, uti KIRCHMANNUS, accuratè considerarent! non aleis, non chartis lusoriis, non nugis, non compotationibus, non lascivis saltationibus, non otiosis deambulationibus, non nocturnis conventiculis, nec aliis bonarum litterarum obstaculis; sed Grammaticis potiùs, Oratoriis, Poëticis, aliisque honestis ad profectum studiorum facientibus exercitiis tempus irreparabile impenderent. Si enim turpissima, ut Seneca inquit, temporis est jactura, quæ per negligentiam venit, quali nomine jactura illa erit indigitanda, quæ venit per secordiam, lasciviam, petulantiam? Non turpiter itaque Adolescentiæ suæ annos perdidit KIRCHMANNUS, sed optimè illos collocavit, omni studio in id intentus, ut trivialium artium curriculo plenè absoluto, animi solum ad excipiendam in Scholis Regiis superiorum disciplinarum sementem diligenti culturâ præpararet. In quo denuò quàm longissimè abiit à præpostero & inconsiderato more, qui apud Adolescentes nostri temporis non paucos invaluit; hi enim ubi musas vix à primo limine salutarunt, & initia litterarum, ut canis de Nilo, nondum rectè degustarunt, eruditionem, nescio quam, sibi fingunt, & longè infra suam scientiam (stultitiam penè dixissem) jacere somniant exercitia in scholis trivialibus usitata, sine quibus tamen ad altiora velle conscendere, æquè stultum est, ac si quis sine pennis aëra verberare, & summum altissimæ turris fastigium volatu superare animo præsumeret. Sic implumes istæ hirundines, ex Scholarum umbra provolantes, Academico cœlo se committunt; sed non solùm oleum & operam perdunt, & sumptuum temporisq; jacturam nunquam reparandū faciunt, verùm etiam toti litterato orbi ludicrum, cum icaro, tandem spectaculum præbent. Non enim tam citò, ut boni isti homunciones putant, Vir doctus fieri potest; quod si

rectè

rectè scirent, quid vir doctus esset, & quantum temporis ac industriæ ad sui procreationem requiret, fortassè fieri se posse desperarent, tantum abest, ut se doctos esse ante tempus crederent, & adminiculis Scholasticis destitui ad pulpita Academica se proriperent. Quanquam in perniciosâ hac festinatione magis peccare videntur Adolescentium Parentes, vel qui illorum vices sustinent, dum fræna impuberi ætati, propriæ salutis nesciæ, laxant, & suo vivere genio permittunt, nihil aliud sanè intempestivâ illâ indulgentiâ efficientes, quàm ut postea liberos, aut pupillos illos ad honesta officia obeunda planè ineptos habeant. Quod si ipsi suorum commoda non intelligerent, nec extremi ingenii cum Minucio esse vellent, aliorum ipsis utendum foret consilio, qui ingenia rectè explorare & de bonis litteris dextrè judicare didicerunt. Sed avolent isti, quocunq; velint, &, quod Appius, in Carminibus cecinit, fabri sint suæ fortunæ, nos KIRCHMANNUM porrò ut frugi adolescentem ob oculos nobis ponamus. Is, jactis non infeliciter in patria Schola fundamentis, de consilio suorum, annô ætatis duodevicesimo, ad *Academiam Francofurtensem* profectus est, ibidemq; per quadriennium ferè substitit; non cibos & potiones tantum percolando, non Charadrii vitam agendo, non ludicris aliorum exagitationibus, aut lascivis Gynæcei lustrationibus se oblectando, non scurrilibus Lurconum nugis optimum juventutis florem pessimè corrumpendo, quibus egregiis, scilicet! exercitiis, deplorato & exulcerato hoc seculo, maxima, proh dolor! Academicorum pars dedita est, sed lectiones & disputationes publicas diligenter visitando, cum viris doctis familiariter conversando, & interdiu noctuq; bonis literis, quibus animum totum applicuerat, strenuè incumbendo. Nullus enim KIRCHMANNO per otium dies exiit, partem noctium etiam studiis vindicavit, non vacavit somno, sed succubuit, & oculos vigiliâ fatigatos cadentesq; in opere sæpius detinuit. Decet talis vigilantia, industria, & improbus labor verum studiosum,

Qui cupit optatum cursu contingere metam. Nam
Non jacet in molli veneranda scientia lecto,
Illa sed assiduo parta labore venit.

Attendite, Adolescentes Optimi, & exemplum à KIRCHMANNO capite, vobis quod ex usu fiet. Ne committite, quæso, ut, cùm serior ætas vos presserit, necesse habeatis mœrere stultos præteriisse dies. Omnia enim aliena sunt, tempus tantùm nostrum est. In hujus rei unius fugacis

ac lubricæ possessionem natura nos misit, ex qua nulla vos expellat corporis voluptas, nulla animi segnities, nulla laborum molestia. Florebat sub id tempus etiam *Academia Salana* eruditissimis quibusq; in omni disciplinarum genere Viris, quamobrem relicto Francofurto ad illam KIRCHMANNUS se contulit, & quemadmodum hactenus fecerat, ibidem in pretiosissimo bonarum litterarum thesauro sibi magis magisq; acquirendo unicè occupatus fuit. Hinc ad *Academiam Argentinensem* abiit, ubi per biennium ferè hæsit, & solidam eruditionem, quam alibi jam sibi comparaverat, magno cumulo auxit. Verum cùm ex aurea illa sapientiæ & litterarum Antistitis, J. *Lipsii* ad Philippum Lanovium Epistolâ didicisset KIRCHMANNUS, humiles & plebejas animas domi residere, & adfixas esse suæ terræ, diviniores verò cœlum imitari, & gaudere motu. Ulyssis Ithaci sapientiam quoque hinc maximè Homerum nobili carmine asseruisse, quod captæ post tempora Trojæ, & mores hominum multorum vidit, & urbes: nec non illos prudentiores semper habitos, qui multorum hominum conversationibus laudem eruditionis obtinuerunt; proinde animum, quem litteris jam egregiè instruxerat, ad peregrinandum adjecit. Atqui profectiones ad loca longè remota cùm sumptus poscant non exiguos, KIRCHMANNI verò facultates angustiores se cò usque non extenderent, Deus, qui laudabilibus ausis nunquã deest, commodum ipsi prospiciebat. Consul enim Lunæburgensis primatius *Henricus VVitzendorffius* filio suo *Francisco*, postea in patris locum surrogato, tunc verò juveni non tam genere, quàm virtute & doctrinâ nobili, Magistrum quærebat & Comitem, quo cum ipsum in *Galliam* & *Italiam* mitteret. Certior itaque factus Wizendorffius de KIRCHMANNI probitate, modestia, & singulari in litteris humanioribus peritia, quæ jam tum paulatim in publicum se exerere incipiebat, non de alio, quàm de KIRCHMANNO, cui filium committeret, sibi dispiciendum putabat. KIRCHMANNUS hanc conditionem non nisi divinitùs sibi oblatam æstimans, ambabus eam manibus accipere, cum discipulo & comite suo ad iter se accingere, & quæ ad longinquã peregrinationem necessaria videbantur, sibi comparare. Ita anno hujus seculi primo, salutatis suis, Angelicâ comitate turmâ abeunt, & primò quidem in Galliam, illaque perlustratâ porrò in Italiam: in cujus Metropoli, indomiti quondam quæ caput orbis erat, *Roma* scilicet, aliquot septimanas subsistunt, non tantùm antiqua veteris Romæ monumen-

menta curiosè investigantes; sed etiam luxum, splendorem & magnificentiam aulæ Pontificiæ oculis suis usurpantes. Memini venerabilem senem sæpius narrare, vidisse se Pontificem *Clementem* VIII. missam celebrare, fuisse etiam hunc Papã hominẽ πολιτικώτατον, uti & Alstedius in Thesauro Chronologico ipsum vocat, qui Germanis cumprimis singularem favorem exhibuerit, & liberum ad se aditum ipsis concesserit: quanquam KIRCHMANNUS & Witzendorffius interius Pontificis palatium, ne osculo pedis divinos Vejovi isti honores largirentur, suisque conscientiis maculam inurerent, nunquam ingressi sunt. In sumptuosa hac & difficili peregrinatione non eo contentus erat KIRCHMANNUS, quod videret urbes populosissimas, arces munitissimas, turres in cœlum usque evectas, domos mirificâ structurâ, & vario lapide gentis alienæ erectas, Regum & Principum tabulata signis, aulæis, aliisque operibus exornata, aut si quid aliud supervacuus labor velut ornamentum ac decus ponit; sed ea cura ipsi erat præcipua, ut, quicquid in antiquioris ævi scriptoribus legerat, quantum quidem ejus ibidem locorum adhuc esset reliquum, ipse videret; status Rerump. cognosceret, in notitiam & familiaritatem veniret clarissimorum ubique virorum, ab iisque ad secretissima quæque literarum abdita duceretur. Et quemadmodũ mercator eo potissimum fine itinerum difficultates sustinet, & alienas regiones visitat, ut merces sibi aptas acquirat, ex quibus lucrum queat facere, & substantiam suam augere: ita etiam KIRCHMANNUS hoc pensi habebat, ut in locis dissitis ab institoribus sapientiæ sibi compararet literaria monilia, quæ patriæ, universæ Reip. litterariæ, ac sibi ipsi emolumento atque ornamento aliquando esse possent. Apes etiam argutas imitabatur, quæ variis floribus insidentes, optimũ, quem ex iis collegerunt, succum, in alvearia sua congerunt, & in cellulas ordine disponunt; sic KIRCHMANNUS, quicquid pretiosi ex eruditorum virorum conversatione & apparatu hauserat, altâ mente reponebat, & cellulis divini ingenii sui includebat. Mirum, quantum hoc KIRCHMANNO profuerit; Quid enim scholæ? quid præcepta? quid lectiones? nisi conversatio & contubernium Excellentium Virorũ accesserit? Nulla enim res, ut L. Añæus inquit, magis animis honesta induit, dubiosque & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quàm bonorum Virorum conversatio. Paullatim descendit in pectora, & vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, aspici frequenter. Occursus me hercule ipse sapientium, u-

vat,

vat,& eſt aliquid,quod ex magno Viro vel tacente proficias. Minuta quædam, ut ait Phædon, animalia, cum mordent, non ſentiuntur, adeò tenuis illis & fallens in periculum vis eſt,tumor indicat morſum, & in ipſo tumore nullum vulnus apparet.Idem tibi in Converſatione Virorum Sapientium eveniet,non deprehendes quemadmodum, aut quando tibi profit,profuiſſe deprehendes. Et quemadmodum qui in ſolem venit,licet nō in hoc venerit,colerabitur:qui in unguentaria taberna reſederunt, & paulò diutiùs commorati ſunt, odorem ſecum loci ferunt: ita etiam,qui apud Philoſophum fuerunt,traxerint aliquid neceſſe eſt, quod profit etiam negligentibus: quam ſimilitudinem etiam Seneca nobis ſuppeditavit. Et ſi verò KIRCHMANNUS unô atque alterô annô apud Gallos & Italos commorabatur,animus tamen ipſi non erat figendi ibi ſedem,ſed in patriam revertendi.Xenocratem, Arceſilam, Lacidem, Ariſtotelem, Theophraſtum, Zenonem, Cleanthem,Chryſippum,Carneadem,Panætium, Clitomachum,Philonem,Antiochum, Poſſidonium, & alios innumerabiles Philoſophos in perpetua peregrinatione ætates ſuas conſumpſiſſe, & ſemel egreſſos nunquā domum reverſos eſſe,in Tuſculanis Quæſtionibus diſſertiſſimus Romuli Nepotum ſcribit. Habeant nobiliſſimi iſti Philoſophi ſuam laudem, habeant ſuam gloriam, cui nihil detractum volumus, KIRCMANNO tamen aliud judicium, alia mens erat: In patriæ enim commodum cumprimis convertendum,quem alibi locorum ſcientiæ penum nō ſine magnis difficultatibus collegerat,pietate Magiſtrâ arbitrabatur. Quod tantum abeſt,ut ipſi vitio verti poſſit,ut ſummæ etiam laudi tribuendum, id quod mecum uno ore fatebuntur,qui,quantum patriæ unusquisq; debeat, rectè intelligunt. Quemadmodum enim nativitatis,ita etiam profectus ac eruditionis noſtræ partem patria ſibi vindicat, eamque nō minorem ſed majorem. Quanquam non paucis idem obvenit,quod Redemptori noſtro, qui in patria nullam, propter incredulitatem ſuorum populariam, facere potuit virtutem. Nonnunquam enim patria non credit, habere ſe cives ad res gerendas idoneos, & in angulo deliteſcere & rubigine quaſi ſquallere facit virtutes illorum, qui non minus eſſent in publicam utilitatem præſtituri, ſi occaſiones explicandæ dexteritatis haberent,quàm illi,quorum magnitudinem felicitas jam aperuit.

Tempore qui longo ſteterit malè curret,& inter
Carceribus miſſos ultimus ibit equus.

Sic

Sic etiam Virtus non nisi marcessere potest, ubi perpetuis quasi carceribus fuerit clausa, nec unquam campum, in quem excurrat,& vires suas exerceat,habuerit.Sed hæc forsassis huc non pertinent. Redeamus cum nostro KIRCHMANNO ex Gallia & Italia in Germaniam. Annum ætatis octavum & vigesimum agebat KIRCHMANNUS, cùm ex peregrinatione ipsum reducem exciperet Rostochium, ubi & convictu & ædibus Avi mei,piæ recordationis Doct. *Lucæ Buckmeisteri*, Professoris ibidem & Superintendentis, usus est,& vitam suam tam laudabiliter instituit,talia quoque eruditionis indicia edidit, ut Senatus Academicus ipsum sequenti statim anno à nato Christo millesimo sexcentesimo tertio in suum ordinem cooptare, & publicam Poëseos Professionem ipsi offerre non dubitaret. Existimant quidem nonnulli, & qui vel suprà alios sapere videri volunt,Poëticam parum esse utilem,& tempus,quod ei tribuitur, multò melius posse collocari: Verùm boni isti homines si rectè,quid Poëtica esset, intelligerent, non tam stultè (liceat mihi ipsorum pace dicere,quod res est) de ea judicarent. Nihil enim aliud, ut litterarum Instaurator eloquentissimus Erasmus Roterodamus inquit, Poëtica est, quam ex omnium disciplinarum deliciis ac medullis condita placenta, seu ex electissimis quibusque flosculis compositum mellificium. Cum salutaribus præceptis versus inseruntur,efficacius certò in animum demittuntur. Nam, ut dicebat Cleanthes, quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit,cum illum tuba per longi canalis angustias tractum patentiore novissimè exitu effudit: sic sensus nostros clariores carminis arcta necessitas efficit.Eadem negligentius audiuntur, minusque percutiunt,quamdiu solutâ oratione dicuntur: ubi accessere numeri, & egregium sensum astrinxere certi pedes,eadem illa sententia velut lacerto excussa torquetur. Sed cum vino vendibili, juxta πολυθρύλλητον illud,non opus sit suspensâ hederâ, soli lucem affundere, & in Poëseos commendationem, quæ alienam laudem non desiderat, evagari nolo. Nactus honorificam hanc spartam KIRCHMANNUS, ita eam ornavit, ut Auditores in sui admirationem raperet, & Collegarum suorum, uti etiam aliorum doctorum benevolentiam & amorem magis magisque sibi conciliaret. Non enim ex numero illorum erat, qui impetrando quo cuticulam curent, officiolo res suas sibi sufficere putant, litteras porrò negli-

gunt,quorum hominum hoc seculum planè feracissimū est sed memor maledicti divini in eos, qui opus Domini fraudulenter faciunt,id operam dabat sedulo,ut officii demandati partes ita exequeretur,ne aditum ad altiora sibi præcluderet,sed latius aperiret. Et ut sciret Respublica litteraria,qualem in KIRCHMANNO civem haberet,& quid sibi imposterum de ipso posset premittere,proximo anno, postquam ad functionem publicam pervenerat, instigantibus & hortantibus eum Viris in Italia,Gallia, Belgio, Germania superiori & inferiori celeberrimis, optimum optimi ingenii fœtum edidit, & in publicum produxit, aureum nempe & omnibus numeris absolutum librum de *Funeribus Romanorum*,quem uti omnes horridæ antiquitatis periti osculo & complexu acceperunt, ita summis in cœlum laudibus extulerunt. Nullum enim volumen huic par futurum,scribit Heinsius, vir tantæ eruditionis, quantam in unum hominem cadere posse vix quisquam putet. Et sanè, si nihil aliud ad egregium publicum KIRCHMANNUS, præter elaboratissimum hoc opus,contulisset,satis superque tamen fecisset,& nomen suum à funerea oblivione egregiè vindicasset. Sed quomodo in hac scena siparium ulterius expanderit,& clamorem obtinuerit, jam jam patebit, ubi prius paucis de ipsius conjugio facta fuerit mentio. Quemadmodum prole animi bonas litteras promovere studuit KIRCHMANNUS,ita etiam prole corporis humanum genus augere apud se constituit. Quamobrem eôdem annô, quo Funera Romanorum publici juris fecit,iisque nominis sui funera planè exterminavit, vitæ sociam sibi elegit Virginem castissimam & pudicissimam *Emerentiam*, *Ioachimi Schelii*, Senatoris Rostochiensis prudentissimi, filiam,cum qua sub initium insequentis anni nuptias, solennitate tunc temporis Rostochii usitatâ,& faustâ amicorum congratulatione,celebravit. Quod conjugium felicibus auspiciis cœptum felici etiam successu non caruit. Tanto enim amore hi conjuges se mutuò sunt complexi, tantâ concordiâ septem & triginta annos transegerunt, ut nunquam in gratiam redire, aut ad aram Bonæ Deæ litare necesse ipsis fuerit. Nimirum uterque ipsorum probè intellexit,Deo hominibusque gratum, si bene inter maritum & uxorem conveniat,nec conjugii molestias,aliàs sat graves, odiosis rixis & acerbis concertationibus cumulandas, sed suavissimâ potius oblectatione, & jucundissimâ conversatione

tione leniendas esse. Neque enim aliud probis, ut Agrippina Germanici uxor censet, quam ex matrimonio solatium; vel, ut Val. Messalinus contra Severum Cæcinam loquitur, nullum honestius post laborem, quàm uxorium levamentum. Utinam id secum probè volverent illi, qui conjugium, quod debebat esse caritatis vinculum, faciunt certamen rixosum, quo seipsos excarnificant, & quotidianâ quasi morte mulctant! Satius istis esset, nunquam matrimonium contraxisse, quàm contractum tam fœdè deturpasse. Sævis, inquit Poëta, inter se convenit ursis, inhumanum itaque & plus quàm belluinum est, contentionis serram inter conjuges reciprocari. Quoniam verò præcipuus conjugii scopus, quo KIRCHMANNUS collimavit, est procreatio liberorum, quibus non tantùm societas conservetur humana, sed Deo potissimum plures animæ exhibeantur; etiam hunc scopum attigit, & conjugium ex benedictione divina uti jucundum, ita & fœcundum habuit. Ex uxore quippe suavissima, nunc proh dolor! vidua mæstissima, quinque liberos suscepit, filios tres & filias duas. Ex filiis natu maximus, nomine *Henricus*, in communem locum hinc abiit, antequam quid esset vita intelligeret. Retinuissent quidem infantem lepidissimum parentes libentissimè, utpote quem unicum tunc tantùm habebant; verùm cum Deo Opt. Maximo placeret, ex ærumnosâ hâc vitâ ipsum in æternam patriam transferre, non Niobes doloribus animum lacerabant, sed divinæ voluntati illum piè submittebant, certò statuentes, filium suum non periisse, sed præmissum esse. Alter filius *Patri* non tantùm *cognominis*, sed & paternarum virtutum æmulus, nuper Slesvvigæ in Holsatia connubium iniit, ibidemque domicilium suum locavit. Tertius cui nomen *Alexander*, in medio studiorum cursu desudat, & arduam Virtutis ac litterarum viam, quam Patris vestigiis impressam videt, omni operâ sectatur, suæque familiæ, si rectum iter perrexerit, insigne decus promittit. Filiam natu majorem *Dorotheam*, verè Dorotheam, mihi, anno millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, in matrimonium tradidit, quæ postquam undecim ferè annos mecum suavissimè vixisset, & septem liberis, quatuor videlicet pueris & tribus filiabus, qui omnes adhuc sunt superstites, domum meam auxisset, fatali necessitate ex amplexibus meis erepta, cum lacrumis & acerbissimo animi mœrore, summum sui desiderium mihi meisque parvulis reli-

quit. Admodum durum quidem hoc, dimidia sui parte truncari; sed quoniam voluntati Numinis supremi nemo reluctari potest, nec rara vidi, quæ mihi patienda fuere, sed multis hujusmodi casus cognitus, ac jam *tritus & è medio fortunæ ductus acervô*, ferendum mihi æquo animo fuit, quod emendari à me non potuit. Optimum enim est, pati, quod emendare non possis, & DEUM, quo auctore cuncta eveniunt, sine murmuratione comitari. Et marcet sine adversitatibus Virtus, tunc apparet quanta sit, quantum valeat, polleatque cum, quid possit, patientiâ ostendit. Inprimis nobis, qui omnem spem in gloriosam Servatoris nostri resurrectionem collocamus, ponendi sunt nimii luctus & gemitus, cum pro certo habeamus, nostros nobis aliquando maximo cum gaudio redditum iri. Gravissimum quidem judicabis malum aliquem ex iis, quos amas, amittere, cum hoc interim tam ineptum sit, quàm flere, quod arboribus amœnis, & domum tuam ornantibus decidant folia. Quicquid te delectat, æquè viget, ut videras, dum viveret: utique aliud alio die casus excutiet. Sed quemadmodum frondium jactura facilis est, quia renascuntur: sic istorum, quos amas, quosque oblectamenta vitæ putas esse, damnum, quia reparantur, etiamsi non renascantur: scribit Philosophus Ethnicus, at non ethnicè, sed satis pie ac Christiane. Ad filiam KIRCHMANNI natu minorem *Emerentiam* quod attinet, primum illa nupta est *Iohanni* Gröben/ civi & mercatori hujus Civitatis honestissimo, quo è vivis exempto, ad secunda vota transiit, & nunc cum integerrimo Viro, *Hugone Schuckmanno*, in placido & amicabili conjungio vivit. Magnam sic felicitatis humanæ partem consequutus est KIRCHMANNUS, quod non tantùm vidit liberos à se progenitos, sed & Nepotes numerosâ serie domum ejus ornantes. Hæc enim est divina illa benedictio, jam pridem promissa iis, qui timent Jehovam, & ambulant in viis ejus. Faxit modò Altissimus, ut & Nepotes omnes ac singuli vestigiis Avi insistant, & divinæ gloriæ ac commodo publico succrescant. Vidimus hactenus KIRCHMANNI torum, & rem ejus domesticam, nunc porrò Oratio mea redeat, unde digressa est, nempe ad functiones ejus publicas. Hîc licet mihi latissimus aperiatur dicendi campus, longius tamen exspaciari nolo, sed ex infinito, qui sese offert,

fert, cumulo tantùm summa rerum capita decerpam, eaque breviter delibabo, ne fortè cuiquam fastidium pariam, ut vestrâ A.O. in audiendo benivolentiâ minus verecundè abuti videar. Silenos Alcibiadis apud eruditos in proverbium abiisse, iis constat, qui in veterum monumentis non planè sint hospites: quâ sub imagine vili ac contemptâ depingere voluerunt antiqui hominem, qui habitu, vultuque longè minus præ se ferat, quàm in animo claudat. Proinde Alcibiades apud Platonem Socratis encomium dicturus, eum Silenis hujusmodi similem facit, quod is multò alius esset propius intuenti, quàm summo habitu videretur. KIRCHMANNUS noster etiam in recessu animi plus reconditum habebat, quam quis ex ejus vultu, externoque corporis habitu poterat æstimare. Ingenii tamen sui præstantiam in editione formosissimæ prolis jam publicaverat, unde totus orbis litteratus ipsum cœperat admirari, ejusque laudes prædicare. Nobilissimi itaque & eminentissimi quique in Saxonia, Pomerania, Marchia, Holsatia, Megapoli, aliisque vicinis principatibus viri liberos suos, quos ingenio valere cognoverant, & litterarum studiis destinaverant, Rostochium ad KIRCHMANNUM mittebant, & in convictum inspectionemque ejus tradebant. Neque verò quenquam illorum. qui suos fidei ipsius concredidit, vanâ spe lactavit, sed optimæ uniuscujusque expectationi ex asse satisfecit. Nam qui ex KIRCHMANNI convictu, conversatione, & informatione, modò propositum excolendi animum & ingenium ad ipsum attulerint, demum redierunt, digni plerumque sunt habiti, quibus præ aliis honestissimus in publicis officiis locus assignaretur. Id quod non negaturos arbitror plurimos, qui primaria in Ecclesiis, Aulis, Rebuspubl. subsellia adhucdum cum laude & utilitate occupant. Non enim Bacchanalia cum convictoribus suis KIRCHMANNUS vivebat, non Scyphos ad ordinem evacuabat, non ad mensuras sine mensura vivebat, non noctem Baccho ut pervigilem ducerent domesticis suis permittebat, quemadmodum nunc non nullos in Academiis Professores & Juventutis censores, egregios scilicet! facere audimus; sed ita in omnibus se gerebat, ut studiis mores convenienter irent. ipsiusq; domestici, adeoque omnes litteris humanioribus addicti vivum haberent exemplum, ad quod vitam, mores, & res suas omnes

examussim componerent. Socrati hoc laudis tribuit Xenophon, quod vir utilis cunctis in rebus fuerit, ipsiusque conversatio etiam minus sentientes doctos effecerit & prudentes. Idem de KIRCHMANNO quidem assererem, sed vereor, ne nonnulli, alienarum Virtutum ac laudum invidi, dicam mihi impingant, ac si præter veritatem quicquam dicerem, quare pro me loquantur alii, qui meliorem forsan fidem mereantur. Ita cum aliquot annos in specula Academica KIRCHMANNUS egisset, & rarissimæ eruditionis, modestiæ & gravitatis suæ radios hinc inde sparsisset, placuit supremo rerum Arbitro ipsum in alium locum transferre. Schola quippe nostra sub id tempestatis Moderatoris & Rectoris erat indiga, quod Vir egregiè meritus D. *Ottho Gualtperius*, qui hactenus per annos bene multos clavum hujus naviculæ magnâ cum laude tenuerat, catenatis & molestissimis, quibus tabernæ scholasticæ refertæ sunt, laboribus attritus, onus hoc gravissimum amplius sustinere non posset. Quare Amplissimus hujus Urbis Senatus, munificus Ecclesiæ Scholæque Nutritius, Gualtperium corporis viribus exhaustum, ob res in hoc seminario bene gestas, rude donare, ipsumque liberaliter sustentare voluit. Optimum sanè gratitudinis erga bene meritos exemplum, quo palmam nostra Civitas præripit Romæ & Carthagini, potentissimis quondam in toto orbe terrarum urbibus, quas ingratas uno propè tempore in Principes inventas, magnus Historiæ Romanæ Commentator Livius litteris monumentisque consignavit. Ne quid verò detrimenti caperet Schola, Ecclesiæ & Reipublicæ columna, suarum partium esse prudentissimè æstimabat Magistratus noster laudatissimus, in emeriti Rectoris locum alium surrogare virum, cujus humeris onus hoc imponeretur, & qui ei ferendo etiam par esset. Quæ cura cum ab amplissimo Senatu præcipuè esset demandata Avunculo meo magno D. *Iacobo Bordingio*, tunc temporis Consuli hujus Reipubl. eminentissimo, viro non nisi publico commodo nato, cujus industriam & fidem in rebus gerendis Senatus jam exploratam habebat, ille, quæ ejus erat de bonis litteris, & viris, non in speciem, sed solidè doctis judicandi dexteritas, neminem alium, quàm KIRCHMANNUM accersendum censebat, quod nulli rectius hæc provincia committi, à nullo etiam melius administrari posset. Annuit Amplissimus Senatus, & pedibus in hanc sententiam ivit, ut KIRCHMAN-

MANNUS per litteras ad Spartam hanc suscipiendam invitaretur: id quod etiam Bordingus fideliter expeditum dedit. KIRCHMANNUS, acceptis Bordingi litteris, inter sacrum, quod ajunt, & saxum quasi constitutus pendebat animi, utrum accipienda sibi esset vocatio, nec ne. Ab altera enim parte apud ipsum in considerationem veniebat dura illa & difficilis conditio eorum, qui semel hoc pistrinum ingressi sunt; nullum nempe genus vitæ esse (ipsius KIRCHMANNI os & verba usurpo) quod plurium judiciis expositum sit, quàm hoc Scholasticum: de vestibus quidem Sartorem, de cibis coquum, de calceis Sutorem, de reliquis artibus non nisi artifices solere judicare; sed de juventutis institutione, re omnium maximâ, & quàm millesimus quisque non intelligit, Sutores, Coquos, Sartores, & quos non? audere judicium sibi sumere, & Scholarum moderatoribus sapientiæ præcepta, si diis placet, dictare: quicquid vitiorum pueri vel à garrula nutrice, vel ebrioso famulo domi imbiberunt, id non ipsorum culpæ, sed Præceptorum negligentiæ adscribi: levissimos Magistrorum lapsus tanquam enormia crimina accusari, imò sæpe optimè dicta & facta detorqueri in calumniam, & sinistris interpretationibus aliorsum trahi, quàm ab autore proferantur: vilissima juventutis Doctoribus præmia constitui, interdum fossorem pluris conduci, quàm Scholæ magistrum; stipendia tam parcè ipsis suppeditari, ut mortuis vix tantum superfit, unde funerum impensæ sumi queant. Hæc & sexcenta hujus generis alia KIRCHMANNUM à functione oblatâ deterrebant. Contrà verò ab hac parte non minus sollicitè secum perpendebat divinam & legitimam vocationem, quam si contemptim repudiaret, in gravissimam Dei iram & certissimam ejus vindictam incurreret: perpendebat amorem in patriam, quam optimi quique tanti semper æstimarunt, ut ejus salutem vel præsentissimo suo suorumque periculo & maximo dispendio redimere non dubitaverint; perpendebat florentissimam, cui præficiendus erat, juventutem, quæ si negligeretur, damnum illud in pessimum publicum, si rectè verò instituerētur, in emolumentum publicum bonum illud redundaturum esse. Hic erat funiculus ille triplex, quo se arctius constrictum sentiebat KIRCHMANNUS, quàm istis rationibus diversum suadentibus. Litteris itaque inter ipsum & D. Bordingum per multas septimanas ultro citroque

ac lubricæ possessionem natura nos misit, ex qua nulla vos expellat corporis voluptas, nulla animi segnities, nulla laborum molestia. Florebat sub id tempus etiam *Academia Salana* eruditissimis quibusq; in omni disciplinarum genere Viris, quamobrem relicto Francofurto ad illam KIRCHMANNUS se contulit, & quemadmodum hactenus fecerat, ibidem in pretiosissimo bonarum litterarum thesauro sibi magis magisq; acquirendo unicè occupatus fuit. Hinc ad *Academiam Argentinensem* abiit, ubi per biennium ferè hæsit, & solidam eruditionem, quam alibi jam sibi comparaverat, magno cumulo auxit. Verum cùm ex aurea illa sapientiæ & litterarum Antistitis, J. *Lipsii* ad Philippum Lanovium Epistolâ didicisset KIRCHMANNUS, humiles & plebejas animas domi residere, & adfixas esse suæ terræ, diviniores verò cœlum imitari, & gaudere motu. Ulyssis Jthaci sapientiam quoque hinc maximè Homerum nobili carmine asseruisse, quod captæ post tempora Trojæ, & mores hominum multorum vidit, & urbes: nec non illos prudentiores semper habitos, qui multorum hominum conversationibus laudem eruditionis obtinuerunt; proinde animum, quem litteris jam egregiè instruxerat, ad peregrinandum adjecit. Atqui profectiones ad loca longè remota cùm sumptus poscant non exiguos, KIRCHMANNI verò facultates angustiores se eò usque non extenderent, Deus, qui laudabilibus ausis nunquã deest, commodum ipsi prospiciebat. Consul enim Lunæburgensis primarius *Henricus VVitzendorffius* filio suo *Francisco*, postea in patris locum surrogato, tunc verò juveni non tam genere, quàm virtute & doctrinâ nobili, Magistrum quærebat & Comitem, quo cum ipsum in *Galliam* & *Italiam* mitteret. Certior itaque factus Wizendorffius de KIRCHMANNI probitate, modestia, & singulari in litteris humanioribus peritia, quæ jam tum paulatim in publicum se exercere incipiebat, non de alio, quàm de KIRCHMANNO, cui filium committeret, sibi dispiciendum putabat. KIRCHMANNUS hanc conditionem non nisi divinitùs sibi oblatam æstimans, ambabus eam manibus accipere, cum discipulo & comite suo ad iter se accingere, & quæ ad longinquã peregrinationem necessaria videbantur, sibi comparare. Ita anno hujus seculi primo, salutatis suis, Angelicâ comitatæ turmâ abeunt, & primò quidem in Galliam, illaque perlustratâ porrò in Italiam: in cujus Metropoli, indomiti quondam quæ caput orbis erat, *Roma* scilicet, aliquot septimanas subsistunt, non tantùm antiqua veteris Romæ monu-

men-

menta curiosè investigantes; sed etiam luxum, splendorem & magnificentiam aulæ Pontificiæ oculis suis usurpantes. Memini venerabilem senem sæpius narrare, vidisse se Pontificem *Clementem* VIII. missam celebrare, fuisse etiam hunc Papã hominẽ πολιτικώτατον, uti & Alstedius in Thesauro Chronologico ipsum vocat, qui Germanis cumprimis singularem favorem exhibuerit, & liberum ad se aditum Ipsis concesserit: quanquam KIRCHMANNUS & Witzendorffius interius Pontificis palatium, ne osculo pedis divinos Vejovi isti honores largirentur, suisque conscientiis maculam inurerent, nunquam ingressi sunt. In sumptuosa hac & difficili peregrinatione non eo contentus erat KIRCHMANNUS, quod videret urbes populosissimas, arces munitissimas, turres in cœlum usque evectas, domos mirificâ structurâ, & vario lapide gentis alienæ erectas, Regum & Principum tabulata signis, aulæis, aliisque operibus exornata, aut si quid aliud supervacuus labor velut ornamentum ac decus ponit; sed ea cura ipsi erat præcipua, ut, quicquid in antiquioris ævi scriptoribus legerat, quantum quidem ejus ibidem locorum adhuc esset reliquum, ipse videret; status Rerump. cognosceret, in notitiam & familiaritatem veniret clarissimorum ubique virorum, ab iisque ad secretissima quæque literarum abdita duceretur. Et quemadmodũ mercator eo potissimum fine itinerum difficultates sustinet, & alienas regiones visitat, ut merces sibi aptas acquirat, ex quibus lucrum queat facere, & substantiam suam augere: ita etiam KIRCHMANNUS hoc pensi habebat, ut in locis dissitis ab institoribus sapientiæ sibi compararet literaria monilia, quæ patriæ, universæ Reip. litterariæ, ac sibi ipsi emolumento atque ornamento aliquando esse possent. Apes etiam argutas mirabatur, quæ variis floribus insidentes, optimũ, quem ex iis collegerunt, succum, in alvearia sua congerunt, & in cellulas ordine disponunt; sic KIRCHMANNUS, quicquid pretiosi ex eruditorum virorum conversatione & apparatu hauserat, altâ mente reponebat, & cellulis divini ingenii sui includebat. Mirum, quantum hoc KIRCHMANNO profuerit; Quid enim scholæ? quid præcepta? quid lectiones? nisi conversatio & contubernium Excellentium Virorũ accesserit? Nulla enim res, ut L. Anæus inquit, magis animis honesta induit, dubiosque & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quàm bonorum Virorum conversatio. Paullatim descendit in pectora, & vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, aspici frequenter. Occursus me hercule ipse sapientium, u-

vat,& eſt aliquid,quod ex magno Viro vel tacente proficias. Minuta quædam, ut ait Phædon, animalia, cum mordent, non ſentiuntur, adeò tenuis illis & fallens in periculum vis eſt,tumor indicat morſum, & in ipſo tumore nullum vulnus apparet.Idem tibi in Converſatione Virorum Sapientium eveniet,non deprehendes quemadmodum, aut quando tibi profit,profuiſſe deprehendes. Et quemadmodum qui in ſolem venit,licet nô in hoc venerit,colerabitur:qui in unguentaria taberna reſederunt, & paulò diutiùs commorati ſunt, odorem ſecum loci ferunt: ita etiam,qui apud Philoſophum fuerunt,traxerint aliquid neceſſe eſt, quod proſit etiam negligentibus: quam ſimilitudinem etiam Seneca nobis ſuppeditavit. Et ſi verò KIRCHMANNUS unô atque alterô annô apud Gallos & Italos commorabatur,animus tamen ipſi non erat figendi ibi ſedem,ſed in patriam revertendi.Xenocratem, Arceſilam, Lacidem, Ariſtotelem, Theophraſtum, Zenonem, Cleanthem,Chryſippum,Carneadem,Panætium, Clitomachum,Philonem,Antiochum, Poſſidonium, & alios innumerabiles Philoſophos in perpetua peregrinatione ætates ſuas conſumpſiſſe, & ſemel egreſſos nunquã domum reverſos eſſe,in Tuſculanis Quæſtionibus diſſertiſſimus Romuli Nepotum ſcribit. Habeant nobiliſſimi iſti Philoſophi ſuam laudem, habeant ſuam gloriam, cui nihil detractum volumus, KIRCMANNO tamen aliud judicium, alia mens erat: In patriæ enim commodum cumprimis convertendum,quem alibi locorum ſcientiæ penum nõ ſine magnis difficultatibus collegerat,pietate Magiſtrâ arbitrabatur. Quod tantum abeſt,ut ipſi vitio verti poſſit,ut ſummæ etiam laudi tribuendum, id quod mecum uno ore fatebuntur,qui,quantum patriæ unusquisq; debeat, rectè intelligunt. Quemadmodum enim nativitatis,ita etiam profectus ac eruditionis noſtræ partem patria ſibi vindicat, eamque nõ minorem ſed majorem. Quanquam non paucis idem obvenit,quod Redemptori noſtro, qui in patria nullam, propter incredulitatem ſuorum popularium, facere potuit virtutem. Nonnunquam enim patria non credit, habere ſe cives ad res gerendas idoneos, & in angulo deliteſcere & rubigine quaſi ſquallere facit virtutes illorum, qui non minùs eſſent in publicam utilitatem præſtituri, ſi occaſiones explicandæ dexteritatis haberent,quàm illi,quorum magnitudinem felicitas jam aperuit.

Tempore qui longo ſteterit malè curret,& inter
Carceribus miſſos ultimus ibit equus.

Sic

Sic etiam Virtus non nisi marcessere potest, ubi perpetuis quasi carceribus fuerit clausa, nec unquam campum, in quem excurrat,& vires suas exerceat,habuerit.Sed hæc fortassis huc non pertinent. Redeamus cum nostro KIRCHMANNO ex Gallia & Italia in Germaniam. Annum ætatis octavum & vigesimum agebat KIRCHMANNUS, cùm ex peregrinatione ipsum reducem exciperet Rostochium, ubi & convictu & ædibus Avi mei,piæ recordationis Doct. *Lucæ Buckmeisteri*, Professoris ibidem & Superintendentis, usus est,& vitam suam tam laudabiliter instituit,talia quoque eruditionis indicia edidit, ut Senatus Academicus ipsum sequenti statim anno à nato Christo millesimo sexcentesimo tertio in suum ordinem cooptare, & publicam Poëseos Professionem ipsi offerre non dubitaret. Existimant quidem nonnulli, & qui vel suprà alios sapere videri volunt,Poëticam parum esse utilem,& tempus,quod ei tribuitur, multò melius posse collocari: Verùm boni isti homines si rectè,quid Poëtica esset, intelligerent, non tam stultè (liceat mihi ipsorum pace dicere,quod res est) de ea judicarent. Nihil enim aliud,ut litterarum Instaurator eloquentissimus Erasmus Roterodamus inquit, Poëtica est, quam ex omnium disciplinarum deliciis ac medullis condita placenta, seu ex electissimis quibusque flosculis compositum mellificium. Cum salutaribus præceptis versus inseruntur,efficacius certò in animum demittuntur. Nam, ut dicebat Cleanthes, quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit,cum illum tuba per longi canalis angustias tractum patentiore novissimè exitu effudit: sic sensus nostros clariores carminis arcta necessitas efficit.Eadem negligentius audiuntur, minusque percutiunt,quamdiu solutâ oratione dicuntur: ubi accessere numeri, & egregium sensum astrinxere certi pedes,eadem illa sententia velut lacerto excussa torquetur. Sed cum vino vendibili, juxta πολυθρύλλητον illud,non opus sit suspensâ hederâ, soli lucem affundere, & in Poëseos commendationem, quæ alienam laudem non desiderat, evagari nolo. Nactus honorificam hanc spartam KIRCHMANNUS, ita eam ornavit, ut Auditores in sui admirationem raperet, & Collegarum suorum, uti etiam aliorum doctorum benevolentiam & amorem magis magisque sibi conciliaret. Non enim ex numero illorum erat, qui impetrando quo cuticulam curent, officiolo res suas sibi sufficere putant, litteras porrò negli-

gunt,quorum hominum hoc seculum planè feracissimū est; sed memor maledicti divini in eos, qui opus Domini fraudulenter faciunt,id operam dabat sedulo,ut officii demandati partes ita exequeretur,ne aditum ad altiora sibi præcluderet,sed latius aperiret. Et ut sciret Respublica litteraria,qualem in KIRCHMANNO civem haberet,& quid sibi imposterum de ipso posset premittere,proximo anno, postquam ad functionem publicam pervenerat, instigantibus & hortantibus eum Viris in Italia, Gallia, Belgio, Germania superiori & inferiori celeberrimis, optimum optimi ingenii fætum edidit, & in publicum produxit, aureum nempe & omnibus numeris absolutum librum de *Funeribus Romanorum*,quem uti omnes horridæ antiquitatis periti osculo & complexu acceperunt, ita summis in cœlum laudibus extulerunt. Nullum enim volumen huic par futurum,scribit Heinsius, vir tantæ eruditionis, quantam in unum hominem cadere posse vix quisquam putet. Et sanè, si nihil aliud ad egregium publicum KIRCHMANNUS, præter elaboratissimum hoc opus,contulisset,satis superque tamen fecisset,& nomen suum à funerea oblivione egregiè vindicasset. Sed quomodo in hac scena siparium ulterius expanderit,& clamorem obtinuerit, jam jam patebit, ubi prius paucis de ipsius conjugio facta fuerit mentio. Quemadmodum prole animi bonas litteras promovere studuit KIRCHMANNUS,ita etiam prole corporis humanum genus augere apud se constituit. Quamobrem eôdem annô, quo Funera Romanorum publici juris fecit,iisque nominis sui funera planè exterminavit, vitæ sociam sibi elegit Virginem castissimam & pudicissimam *Emerentiam*, *Ioachimi Schelii*, Senatoris Rostochiensis prudentissimi, filiam,cum qua sub initium insequentis anni nuptias, solennitate tunc temporis Rostochii usitatâ,& faustâ amicorum congratulatione,celebravit. Quod conjugium felicibus auspiciis cœptum felici etiam successu non caruit. Tanto enim amore hi conjuges se mutuò sunt complexi, tantâ concordiâ septem & triginta annos transegerunt, ut nunquam in gratiam redire, aut ad aram Bonæ Deæ litare necesse ipsis fuerit. Nimirum uterque ipsorum probè intellexit,Deo hominibusque gratum, si bene inter maritum & uxorem conveniat,nec conjugii molestias,aliàs sat graves, odiosis rixis & acerbis concertationibus cumulandas, sed suavissimâ potius oblectatione, & jucundissimâ conversa-

tione

tione leniendas esse. Neque enim aliud probis, ut Agrippina Germanici uxor censet, quam ex matrimonio solatium; vel, ut Val. Messalinus contra Severum Cæcinam loquitur, nullum honestius post laborem, quàm uxorium levamentum. Utinam id secum probè volverent illi, qui conjugium, quod debebat esse caritatis vinculum, faciunt certamen rixosum, quo seipsos excarnificant, & quotidianâ quasi morte mulctant! Satius istis esset, nunquam matrimonium contraxisse, quàm contractum tam fœdè deturpasse. Sævis, inquit Poëta, inter se convenit ursis, inhumanum itaque & plus quàm belluinum est, contentionis serram inter conjuges reciprocari. Quoniam verò præcipuus conjugii scopus, quo KIRCHMANNUS collimavit, est procreatio liberorum, quibus non tantùm societas conservetur humana, sed Deo potissimum plures animæ exhibeantur; etiam hunc scopum attigit, & conjugium ex benedictione divina uti jucundum, ita & fœcundum habuit. Ex uxore quippe suavissima, nunc proh dolor! vidua mæstissima, quinque liberos suscepit, filios tres & filias duas. Ex filiis natu maximus, nomine *Henricus*, in communem locum hinc abiit, antequam quid esset vita intelligeret. Retinuissent quidem infantem lepidissimum parentes libentissimè, utpote quem unicum tunc tantùm habebant; verùm cum Deo Opt. Maximo placeret, ex ærumnosâ hâc vitâ ipsum in æternam patriam transferre, non Niobes doloribus animum lacerabant, sed divinæ voluntati illum piè submittebant, certò statuentes, filium suum non periisse, sed præmissum esse. Alter filius *Patri* non tantùm *cognominis*, sed & paternarum virtutum æmulus, nuper Slesvvigæ in Holsatia connubium iniit, ibidemque domicilium suum locavit. Tertius cui nomen *Alexander*, in medio studiorum cursu desudat, & arduam Virtutis ac litterarum viam, quam Patris vestigiis impressam videt, omni operâ sectatur, suæque familiæ, si rectum iter perrexerit, insigne decus promittit. Filiam natu majorem *Dorotheam*, verè Dorotheam, mihi, anno millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, in matrimonium tradidit, quæ postquam undecim ferè annos mecum suavissimè vixisset, & septem liberis, quatuor videlicet pueris & tribus filiabus, qui omnes adhuc sunt superstites, domum meam auxisset, fatali necessitate ex amplexibus meis erepta, cum lacrumis & acerbissimo animi mœrore, summum sui desiderium mihi meisque parvulis reli-

quit. Admodum durum quidem hoc, dimidia sui parte truncari; sed quoniam voluntati Numinis supremi nemo reluctari potest, nec rara vidi, quæ mihi patienda fuere, sed multis hujusmodi casus cognitus, ac jam *tritus & è medio fortunæ ductus acervô*, ferendum mihi æquo animo fuit, quod emendari à me non potuit. Optimum enim est, pati, quod emendare non possis, & DEUM, quo auctore cuncta eveniunt, sine murmuratione comitari. Et marcet sine adversitatibus Virtus, tunc apparet quanta sit, quantum valeat, polleatque cum, quid possit, patientiâ ostendit. Inprimis nobis, qui omnem spem in gloriosam Servatoris nostri resurrectionem collocamus, ponendi sunt nimii luctus & gemitus, cum pro certo habeamus, nostros nobis aliquando maximo cum gaudio redditum iri. Gravissimum quidem judicabis malum aliquem ex iis, quos amas, amittere, cum hoc interim tam ineptum sit, quàm flere, quod arboribus amœnis, & domum tuam ornantibus decidant folia. Quicquid te delectat, æquè viget, ut videras, dum viveret: utique aliud alio die casus excutiet. Sed quemadmodum frondium jactura facilis est, quia renascuntur: sic istorum, quos amas, quosque oblectamenta vitæ putas esse, damnum, quia reparantur, etiamsi non renascantur: scribit Philosophus Ethnicus, at non ethnicè, sed satis piè ac Christiane. Ad filiam KIRCHMANNI natu minorem *Emerentiam* quod attinet, primum illa nupta est *Iohanni* Grönen/ civi & mercatori hujus Civitatis honestissimo, quo è vivis exempto, ad secunda vota transiit, & nunc cum integerrimo Viro, *Hugone Schuckmanno*, in placido & amicabili conjungio vivit. Magnam sic felicitatis humanæ partem consequutus est KIRCHMANNUS, quod non tantùm vidit liberos à se progenitos, sed & Nepotes numerosâ serie domum ejus ornantes. Hæc enim est divina illa benedictio, jam pridem promissa iis, qui timent Jehovam, & ambulant in viis ejus. Faxit modò Altissimus, ut & Nepotes omnes ac singuli vestigiis Avi insistant, & divinæ gloriæ ac commodo publico succrescant. Vidimus hactenus KIRCHMANNI torum, & rem ejus domesticam, nunc porrò Oratio mea redeat, unde digressa est, nempe ad functiones ejus publicas. Hîc licet mihi latissimus aperiatur dicendi campus, longius tamen exspaciari nolo, sed ex infinito, qui sese offert,

fert, cumulo tantùm summa rerum capita decerpam, eaque breviter delibabo, ne fortè cuiquam fastidium pariam, ut vestrâ A.O. in audiendo benivolentiâ minus verecundè abuti videar. Silenos Alcibiadis apud eruditos in proverbium abiisse, iis constat, qui in veterum monumentis non planè sint hospites: quâ sub imagine vili ac contemptâ depingere voluerunt antiqui hominem, qui habitu, vultuque longè minus præ se ferat, quàm in animo claudat. Proinde Alcibiades apud Platonem Socratis encomium dicturus, eum Silenis hujusmodi similem facit, quod is multò alius esset propius intuenti, quàm summo habitu videretur. KIRCHMANNUS noster etiam in recessu animi plus reconditum habebat, quam quis ex ejus vultu, externoque corporis habitu poterat æstimare. Ingenii tamen sui præstantiam in editione formosissimæ prolis jam publicaverat, unde totus orbis litteratus ipsum cœperat admirari, ejusque laudes prædicare. Nobilissimi itaque & eminentissimi quique in Saxonia, Pomerania, Marchia, Holsatia, Megapoli, aliisque vicinis principatibus viri liberos suos, quos ingenio valere cognoverant, & litterarum studiis destinaverant, Rostochium ad KIRCHMANNUM mittebant, & in convictum inspectionemque ejus tradebant. Neque verò quenquam illorum, qui suos fidei ipsius concredidit, vanâ spe lactavit, sed optimæ uniuscujusque expectationi ex asse satisfecit. Nam qui ex KIRCHMANNI convictu, conversatione, & informatione, modò propositum excolendi animum & ingenium ad ipsum attulerint, demum redierunt, digni plerumque sunt habiti, quibus præ aliis honestissimus in publicis officiis locus assignaretur. Id quod non negaturos arbitror plurimos, qui primaria in Ecclesiis, Aulis, Rebuspubl. subsellia adhucdum cum laude & utilitate occupant. Non enim Bacchanalia cum convictoribus suis KIRCHMANNUS vivebat, non Scyphos ad ordinem evacuabat, non ad mensuras sine mensura vivebat, non noctem Baccho ut pervigilem ducerent domesticis suis permittebat, quemadmodum nunc non nullos in Academiis Professores & Juventutis censores, egregios scilicet! facere audimus; sed ita in omnibus se gerebat, ut studiis mores convenienter irent ipsiusq; domestici, adeoque omnes litteris humanioribus addicti vivum haberent exemplum, ad quod vitam, mores, & res suas omnes

examussim componerent. Socrati hoc laudis tribuit Xenophon, quod vir utilis cunctis in rebus fuerit, ipsiusque conversatio etiam minus sentientes doctos effecerit & prudentes. Idem de KIRCHMANNO quidem assererem, sed vereor, ne nonnulli, alienarum Virtutum ac laudum invidi, dicam mihi impingant, ac si præter veritatem quicquam dicerem, quare pro me loquantur alii, qui meliorem forsan fidem merentur. Ita cum aliquot annos in specula Academica KIRCHMANNUS egisset, & rarissimæ eruditionis, modestiæ & gravitatis suæ radios hinc inde sparsisset, placuit supremo rerum Arbitro ipsum in alium locum transferre. Schola quippe nostra, sub id tempestatis Moderatoris & Rectoris erat indiga, quod Vir egregiè meritus D. *Ottho Gualtperius*, qui hactenus per annos bene multos clavum hujus naviculæ magnâ cum laude tenuerat, catenatis & molestissimis, quibus tabernæ scholasticæ refertæ sunt, laboribus attritus, onus hoc gravissimum amplius sustinere non posset. Quare Amplissimus hujus Urbis Senatus, munificus Ecclesiæ Scholæque Nutritius, Gualtperium corporis viribus exhaustum, ob res in hoc seminario bene gestas, rude donare, ipsumque liberaliter sustentare voluit. Optimum sanè gratitudinis erga bene meritos exemplum, quo palmam nostra Civitas præripit Romæ & Carthagini, potentissimis quondam in toto orbe terrarum urbibus, quas ingratas uno propè tempore in Principes inventas, magnus Historiæ Romanæ Commentator Livius litteris monumentisque consignavit. Ne quid verò detrimenti caperet Schola, Ecclesiæ & Reipublicæ columna, suarum partium esse prudentissimè æstimabat Magistratus noster laudatissimus, in emeriti Rectoris locum alium surrogare virum, cujus humeris onus hoc imponeretur, & qui ei ferendo etiam par esset. Quæ cura cum ab amplissimo Senatu præcipuè esset demandata Avunculo meo magno D. *Iacobo Bordingio*, tunc temporis Consuli hujus Reipubl. eminentissimo, viro non nisi publico commodo nato, cujus industriam & fidem in rebus gerendis Senatus jam exploratam habebat, ille, quæ ejus erat de bonis litteris, & viris, non in speciem, sed solidè doctis judicandi dexteritas, neminem alium, quàm KIRCHMANNUM accersendum censebat, quod nulli rectius hæc provincia committi, à nullo etiam melius administrari posset. Annuit Amplissimus Senatus, & pedibus in hanc sententiam ivit, ut KIRCHMAN-

MANNUS per litteras ad Spartam hanc suscipiendam invitaretur: id quod etiam Bordingus fideliter expeditum dedit. KIRCHMANNUS, acceptis Bordingi litteris, inter sacrum, quod ajunt, & saxum quasi constitutus pendebat animi, utrum accipienda sibi esset vocatio, necne. Ab altera enim parte apud ipsum in considerationem veniebat dura illa & difficilis conditio eorum, qui semel hoc pistrinum ingressi sunt; nullum nempe genus vitæ esse (ipsius KIRCHMANNI os & verba usurpo) quod plurium judiciis expositum sit, quàm hoc Scholasticum: de vestibus quidem Sartorem, de cibis coquum, de calceis Sutorem, de reliquis artibus non nisi artifices solere judicare; sed de juventutis institutione, re omnium maximâ, & quàm millesimus quisque non intelligit, Sutores, Coquos, Sartores, & quos non? audere judicium sibi sumere, & Scholarum moderatoribus sapientiæ præcepta, si diis placet, dictare: quicquid vitiorum pueri vel à garrula nutrice, vel ebrioso famulo domi imbiberunt, id non ipsorum culpæ, sed Præceptorum negligentiæ adscribi: levissimos Magistrorum lapsus tanquam enormia crimina accusari, imò sæpe optimè dicta & facta detorqueri in calumniam, & sinistris interpretationibus aliorsum trahi, quàm ab autore proferantur: vilissima juventutis Doctoribus præmia constitui, interdum fossorem pluris conduci, quàm Scholæ magistrum; stipendia tam parcè ipsis suppeditari, ut mortuis vix tantum supersit, unde funerum impensæ sumi queant. Hæc & sexcenta hujus generis alia KIRCHMANNUM à functione oblatâ deterrebant. Contrà verò ab hac parte non minus sollicitè secum perpendebat divinam & legitimam vocationem, quam si contemptim repudiaret, in gravissimam Dei iram & certissimam ejus vindictam incurreret: perpendebat amorem in patriam, quam optimi quique tanti semper æstimarunt, ut ejus salutem vel præsentissimo suo suorumque periculo & maximo dispendio redimere non dubitaverint; perpendebat florentissimam, cui præficiendus erat, juventutem, quæ si negligeretur, damnum illud in pessimum publicum, si rectè verò institueretur, in emolumentum publicum bonum illud redundaturum esse. Hic erat funiculus ille triplex, quo se arctius constrictum sentiebat KIRCHMANNUS, quàm istis rationibus diversum suadentibus. Litteris itaque inter ipsum & D. Bordingum per multas septimanas ultro citroque

missis, tandem eò deventum est, ut arduum hoc munus sibi imponi pateretur. Sub initium proin hyemis, anni millesimi sexcentesimi tertii decimi, cum familia sua huc venit, & gubernacula hujus scholæ à primario Consule. Dn. *Alexandro Luneburg*, publico ritu tradita accepit. Acceptâ quali fide, quali industriâ, quali labore, quali authoritate, quali denique perpessione per integram ferè Saturni revolutionem rexerit, ego ut dicam, supervacuum arbitror, dicent satis hujus Scholæ cathedræ, parietes, scamna, & assiduo ruptæ lectore columnæ, si forsan (quod tamen non spero) discipuli ejus se adeò in turpissimum ingratitudinis vitium induerint, ut fateri nolint. Ipse pietati, quæ agmen omnium virtutum ducit, ut totus erat addictus, ita primam officii sui partem æstimabat, fundamenta veræ pietatis & sinceræ religionis juventuti inculcare. Et verò cum Pietas in duobus consistat, recto videlicet de Deo sensu, & recto in Deum cultu, utrumque ut teneres animi rectè imbiberent, summâ ope nitebatur. Quapropter tam theoreticos quàm practicos locos ex utroque sacrorum Bibliorum codice ipsis accuratissimâ methodo proponebat, propositos indefessâ diligentiâ repetebat, repetitos magis magisque explanabat, nec decultoriâ festinatione ulterius progrediebatur, nisi discipulis in memoriam & ingenium, immò in succum & sanguinem ivisse prius intelligeret. Cognitum enim ipsi erat optimè, in bellis alisq; negotiis, quorum finem unusquisque primo quoque tempore expetit, minimè cunctandum; in iis verò, quæ ad solidam juventutis informationem pertinent, nihil perniciosus esse festinatione, utpote quæ multos etiam bonos, juxta C. Taciti effatum, pessum dedit, qui spretis quæ tarda cum securitate, præmatura vel cum exitio properant. Gradus nimirum, ut Arbiter monet, laborum fieri debent, ut studiosi juvenes lectione severâ mitigentur, & sapientiæ præceptis animos componant. Post jacta in animis discipulorum, eâ, quâ fieri potuit, perspicuitate ac simplicitate, purioris confessionis ac pietatis fundamenta, nihil KIRCHMANNO potius erat, quàm ut juventus in iis artibus, quæ scholarum trivialium propriæ sunt, & sine quibus ad altiora studia nemo feliciter progredi potest, quotidiè proficeret. Cum Logicis itaque & Rhetoricis præceptis sedulò conjungebat utriusque linguæ, Latinæ videlicet & Græcæ, exercitium, ac in eo totus erat, ut linguarum istarum primariarum purita-
tem

em ac elegantiam discipulis instillaret. Quem in finem ipsis Orationum & Epistolarum dispositiones crebiò dictitabat, materiam carminum sæpe suggerebat, elegantiæ flosculos, & sermonis phaleras fideliter monstrabat, ad Græcæ & Romanæ Historiæ atque Antiquitatis fontes ipsos paulatim ducebat, nec quicquam eorum intermittebat, quæ aliquid momenti ad studia eorum promovenda afferre posse videbantur. Nihil verò in his dabat ostentationi, cui etiam sæpe boni indulgent; sed ad captum discipulorum se fingebat & accommodabat, tanquam majorem industriæ & laboris gloriam habiturus, si cognitio ipsius se in discipulis potius, quàm in Magistro ostenderet. Ex ducta linea artificiosa Apellis manus dignosci potuit: lineæ in discipulorum intellectu, quem cum tabula summus comparavit Aristoteles, magisterio KIRCHMANNI ductæ, eximiam ejus artem, & scientiam profundissimam unicuiq; etiam satis conspicuam fecerunt. Plurimos enim Viros egregiè doctos, & in magnis honoribus & functionibus modò constitutos, ex ipsius disciplina & contubernio, tanquam ex equo Trojano, produisse, vel ipsa invidia, si maximè velit, negare tamen non poterit. Quia verò, ut Comicus cum quotidiana experientia testis est, omnes deteriores sumus licentia, & adolescentia præcipuè ad quævis vitia est proclivis, cui si laxius paulò indulgeas, in suam ipsius præcipiti gradu ruit perniciem; etiam in coërcendâ juvenili petulantiâ officium suum KIRCHMANNUS faciebat. Naturâ quidem erat facilis & mitis, utcunque tamen res postulabat, ita & animum habebat, id quod in frugi homine Plautus requirit. Nam discipulos diligentes, probos ac morigeros paternô amore prosequebatur: ex adverso verò improbos, desidiosos & petulantes graviter animadvertebat. Sceptra enim inferiorum Scholarum, baculos scilicet & virgas, non frustra sibi commissa noverat; sed ad vindicanda discipulorum vitia, & corrigendos eos, qui ab officii limine deflexissent. Quanquam in hac coercitione eâ semper moderatione prudentissimè est usus, per quam neque delinquentibus vitia impunè fuerint, & ipsum facilitatis simul & severitatis nunquam pœnituerit. Ita enim medium hîc tenuit, ne aut facilitas authoritatem, aut severitas amorem ipsi apud discipulos diminueret, quod rarissimum antiquissimus antiquæ Germaniæ scriptor in vita Agricolæ vocavit. Neque verò numerum plagosorum istorum Præceptorum augebat, qui discipulos verberant libentius, quàm docent, & quod

non immeritò doctissimus Morus in iis reprehendit; sed auream istam regulam, omnibus, qui cum imperio sunt, maximè necessariam, animo probè affixerat: Omnia scire, non omnia exequi: parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare: nec pænâ semper, sed sæpius pænitentiâ contentus esse: officiis & administrationibus potius non peccaturos præficere, quàm damnare cum peccassent. Erga Collegas suos quomodo se gesserit, ipsi satis contestati fuere singulari suo luctu & mœrore, quem ex decessu Venerandi Capitis sui conceperunt, nec adhuc dum superarunt. Memini, quàm honorificam semper ipsorum fecerit mentionem; memini, quàm ipsorum commendaverit industriam; memini, quàm sollicitè excusaverit, & meliorem in partem interpretatus fuerit, si quid fortè commissum, quod sequius voluit ab aliis trahi & explicari. Tanti etenim ipsi erat authoritatem suorum collegarum, quanti suam ipsius sartam tectam conservare. Varronem Consulem Romanum, in bello contra Hannibalem, collegam suum P. Æmilium timiditatis ac negligentiæ insimulare, eoq; ipsum in contemptum apud exercitum adducere voluisse legimus; quanquam tanto cum damno id factum, quanto nullius unquam Consulis insolentiam Respubl. Romana luerit. KIRCHMANNUS verò, quamvis distabat ab illo, credebat & grande nefas & morte piandum, si Collegarum suorum authoritatem & existimationem etiam in minimo labefactari pateretur, quin potius in id omnes animi nervos intendebat, ut collegarum magis honos cum Scholæ incremento, quàm suus ipsius cum scholæ detrimento augeretur. Imitatus in eo Q. Fabium Max. qui firmo & constanti contra adversum rumorem animo suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quàm secundâ famâ rem malè gerere. Optandum sanè, ut omnes illi, qui in eadem palæstra decertant, & operas tradunt mutuas, talem Collegarum rationem haberent; sed nihil minus nunc à nonnullis fieri videas. Reperiuntur enim falsæ opinionis æstro fascinati, qui existimant, suam se non posse authoritatem asserere, vel eruditionis alicujus laudem apud alios consequi, nisi id fiat cum detractione & sugillatione suorum collegarum, in iis etiam sæpe rebus, quas (si tantum, quantum videri volunt, saperent) laudare potius, quàm vituperare deberent. Quo ipso nihil aliud certe efficiunt, quàm ut sapientium, quos inter supremum tamen locum superbè

bè affectant, albo nomen suum expugnant, & aliorum, *quibus arte benignâ, & meliore luto finxit præcordia Titan*, ludibrio se exponant. Non enim, ut sapienter ad sapientissimum suum Præceptorem Nero dicebat, sapienti viro decorum fuerit, unde amico infamiam parat, inde gloriam sibi recipere. Et qui virtute satis valent, magis æmuli bonorum, quàm invidi sunt: quos verò desidia, & inertia, & stupor, atque torpedo invasit, strepunt, obtrectant, alienam famam suum dedecus existimantes; inquit graviter ad Cæsarem Salustius. Sed compendium verborum ut faciam, nec longis ambagibus ultrà, quàm pars est, vos morer, adeò commodè mimum tædiosissimum laboriosissimæ servitutis Scholasticæ transegit KIRCHMANNUS, ut, quod Oratoribus Romanis a Corona Quiritum olim claris vocibus acclamabatur, *bene, præclarè, non potuit melius*, id piis ipsius manibus etiam meritò acclamandum sit. Nam scripsit quispiam eleganter, purè, tersè, nervosè, Latinè juxta ac Græcè, in soluta & ligata oratione? scripsit KIRCHMANNUS: docuit quispiam adolescentes purè & eleganter, promptè ac expeditè scribere ac loqui? docuit KIRCHMANNUS: Pandit quispiam interiora abstrusæ Antiquitatis secreta? pandit KIRCHMANNUS: Præluxit quispiam bono exemplo suis discipulis? præluxit KIRCHMANNUS: ornavit quispiam eruditis monumentis Rempubl. litterariam? ornavit KIRCHMANNUS: Coluit quispiam cum Collegis suis amicitiam, fraternamque concordiam? Coluit KIRCHMANNUS. KIRCHMANNUS denique & boni Præceptoris & boni Viri vivum exemplum fuit, in tantum laudandum, in quantum intelligi Virtus potest. At verò cùm assidua, juxta Velejum, eminentis fortunæ comes invidia sit, altissimisque adhæreat, & virulentæ spicula linguæ ne ipse quidem Deus, omnis boni author, effugiat, etiam KIRCHMANNUM invida calumnia, & calumniosa invidia non præteriit aut intactum reliquit; sed tela sua atro veneno illita in ipsum, quamvis immeritum, intendit. In Magistratum quidem nemo facilè violatarum legum culpam impingit; si omnes subditos legibus & edictis suis obsequentes efficere non possit, etiamsi quotidie virgas, ferrum, cruces, rotas intentet: nec Ecclesiastæ ullus æquus Judex auditorum peccata imputat, si perpetuis obsecrationibus, obtestationibus, correctionibus, adhortationibus ex omnium auditorum animis auri famem,

mem,dignitatum sitim,voluptatum illecebras,fastum,luxriam,aliaque vitia radicitus evellere,& virtutes eis ingenerare non valeat; at KIRCHMANNUS talem gratiam apud plurimos non poterat consequi. Nam si quid fortè à petulante,& domesticâ indulgentiâ corrupto adolescente,aut ab iis,qui Scholasticæ disciplinæ se præfractè subduxerant, designatum esset,quod reprehensionem mereretur,statim bonus KIRCHMANNUS cum suis Collegis vapulabat,& neglecti officii ac disciplinæ reus agebatur. Neque hæc cantilena in conviviis, transtris, & privatis congressibus tantùm à vulgo,cui neque judicium,neque veritas,identidem canebatur; verùm etiam in publico sæpius Vir optimus acerbè perstringebatur, ab iis, quorum officium potius fuisset, KIRCHMANNI & Scholæ nostræ causam agere, ipsiusq; authoritatem & existimationem,si qua à malevolis arroderetur,defendere ; ab iis etiam non-unquam , qui ante paucos annos sub KIRCHMANNI ferulâ fuerant,&, quicquid solidæ artis habent, ex ipsius institutione hauserant. Hæc erat gratia,quæ Præceptori optimè merito à nonnullis reddebatur, juxta consuetum videlicet mundi morem, ubi pedibus plurimum conculcantur illi,à quibus maxima beneficia accepimus,Zelum quidem decentem in nemine,cui publicum officium demandatum est, reprehensum eo, non laudo tamen juvenilem & inconsideratum fervorem, livorem,invidiam,arrogantiam,ostentationem, calumniam, & alia vitia,quæ virtutis hujus velamine ut multum obducuntur.Melius etiam nonnulli sibi & authoritati suæ consulerent,si oculis suis trabem eruerent prius,quàm alienis ex oculis præsumerent festucam evellere.KIRCHMANNUS verò,ut magni & nobilis erat animi, more magnæ feræ latratus minutorum canum securus exaudiebat, & ut culicē, aut muscam molestè circumstrepentem levi manu, & citra iracundiam abigimus : Sic ipse perversè judicantium calumnias sine ulla tristitia eludebat,probè intelligens,sapientis virtutem per ea,quibus petitur,illustrari.Quin nec Jupiter, si qua fabulis fides,injuriis malorum exceptus,cum illi passim cornua & plumas prodigiosè affingunt, & alieni pudoris expugnatorem narrant; non movetur tamen, nec viribus suis utitur,quippe qui nullam injuriam accepit. Æmulatur sapiens,cœlo cognatus,Deo proximus, & ratione innixus risus humanos divino animo excipit.Quin si immensa hæc moles compagibus suis soluta lapsum minaretur, in concussu totius orbis motu solus securus & tranquillus maneret,

fieret; instar rupis, quæ in mari vadoso horridi Jovis & irati Neptuni fervidis assultibus undiq; verberata, non cedit aut minuitur; sed obtendit adsuetum fluctibus latus, ei firmâ duritie tumentis undæ impetum sustinet ac frangit. Hunc putemus levibus hujusmodi concussiunculis, & conviciorũ telis, velut per inane jactatis, commoveri posse? Non hærent illa durioribus, cedenti infiguntur. Ideoq; obtusa irrito nisu concidunt, & sæpe reciprocâ petitione ictũ emittentis ingenti vulnere ulciscuntur. Omnis injuriæ inanis est exitus cum munitum patientiâ pectus offendit. Dolor enim læsi votum est lædentis. At injuriæ contemptor animus prævertit, & prædam, quam petebat, eripit, atq; ita omni malo liber telum exitio suo vibratum in inimici caput fortius retorquet. Et ut aër percussus non læditur, immò ne dividitur quidem; sed refundit sese, & spissior redit: ita animus recti conscius, & ad optima erectus, non admittit obtrectantium afflatus, nec sentit. Quomodo enim magnitudinem, quam promittit, probaret, si humiliter & abjectè sese contraheret, si victus adfectu injuriis cederet? Nullæ profectò contumeliæ Sapientem exasperant, aut statu suo movent, nullæ ignominiæ irâ accendunt. Quisquis enim in hoc certamine adversarium agnovit, jam coronam amisit. Ideò qui sapit, etiamsi ictum recepit, non petit vulneris sui authorem, sed ut optimus gladiator exiguo corporis flexu manus petentis eludit: ita objecta probra, ut visus nocturnos & vanas somniorũ imagines, digno supplicio punit, festivo scilicet contemptu & oblivione; vel, si tanti est, misericordia elevat. Talem benignior Deus animi magnitudinem, & invictum adversus improborum furias robur KIRCHM. indulsit, ut ne tantillum quidem iis afficeretur; sed in bonum & utilitatem suam verteret, & quotidie evaderet melior. Philip. Macedo, cũ ab Athen. Oratoribus variis, & vix tolerantis conviciis proscinderetur, hanc illis se gratiam debere affirmabat, quod assiduis illorum contumeliis indies melior efficeretur, & diligentius vitam institueret: id enim sibi unicè studio esse, ut eorum calumnias re ipsâ & moribus refelleret, quod præstantissimum ultionis genus Rex sapientissimus judicabat. Hâc arte quoq; utebatur KIRCHM, & cũ contra nitendo se nihil proficere videret, maledicentiæ tela patientiæ scuto excipiebat, & erectâ fereb at cervice, quod vitare non poterat, consolabaturq; se exẽplo aliorũ benè meritorũ, qui eandẽ olim fortunã experti essent. Non possũ quin hîc etiam diluã maculam non levem, sed nimis atrocẽ, quæ KIRCHM. nomini prætermeri-

meritum fuit aspersa; veniam tamen præfatus, si fortassis gravius quid dixerim, quàm quorundam aures ferre didicerunt; novi enim, veritatem odium parere, quam nihilo secius loquar, vel cum periculo offensionis. Scholam nostram intra paucos annos pristinum suum florem amisisse, & cætum Alumnorum ad eam raritatem, ut vix umbram prioris frequentiæ referat, pervenisse, nemo in nostra civitate est, qui ignoret. Ignorare verò plerique volunt causam, & quo tanta lues eruperit ortu; breviter itaque id erit mihi significandum. Tiberius cùm miserrimi interitus fortissimi Germanici primus ac præcipuus esset author, noluit tamen videri, sed causam omnem in Cn. Pisonem ejusque conjugem Plancinam transtulit. Calamitatem nostræ Scholæ videmus, causam verò illius etiam quisque à se amovet, & in KIRCHMANNUM unicè illa devolvitur. Etsi autem Deum ex KIRCHMANNO non facio, nec omnibus nævis ipsum absolvo, cùm nemo sit mortalium, in cujus pectore non hæreat aliquid labis, vel nativæ, vel contractæ per consuetudinem; hujus verò pestis culpam penes ipsum unicè fuisse si quis dixerit, istum KIRCHMANNO gravissimam facere injuriam, novit is, qui omnia novit. Rara equidem temporum felicitas, ubi sentire quæ velis, & quæ sentias dicere licet, ego tamen quod in animo habeo loquar, & quod verum est, proferam, etiamsi omnium odium sit ferendum. Qui primum clancularios Præceptores in nostram civitatem introduxit, quisquis etiam fuerit, & quot domos tot ferè scholas in nostra urbe aperuit, hunc violentas huic Lyceo manus intulisse, & ad prosternendum primo ictu petiisse, tam confidenter assevero, ut nihil confidentius. Quid præterea accesserit, & scholæ nostræ fundamenta penè everterit, unusquisque ipse secum reputet, in animo enim mihi non est omnia refricare, & Camarinam, quod ajunt, movere. Quis non falcem in hanc messem misit? Quis non virgulâ censoriâ scholam, ejusq; Magistros notavit? Quis non institutionem publicam cunibus nostris despectui fecit? Quis non Rectoris partes sibi rapuit, & pædagogos ad lautissima quæque hospitia promovit? quis non melius, scilicet! intellexit puerorum informationem, quàm illi, qui totam vitam in hâc arenâ contrivissent? Huic KIRCHMANNUS nimis erat facilis; alteri nimis erat severus; alius, nescio quid, habebat, quod in KIRCHMANNO reprehenderet. Hinc illæ lacry-

crymæ, hinc fundi nostri calamitas. Neminem ego nomino, quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se voluerit confiteri: quæ fiducia mihi cum M. Tullio communis est. Sed dicat aliquis, quod sæpius etiam mihi objectum recordor; multa in schola nostra desiderari, defectus esse multos. Sit ita: propterea ne verò unicuique statim liceat liberis suis, qui & Reipubl. sunt, pro lubitu alios Præceptores præficere? itane Medicus morbum curet, ut totum hominem extinguat? Quem non querentem audias (non ex meo tamen, sed ex aliorum ore hoc profero; novi enim, quam reverentiam Magistratui meo debeam) quem non, inquam, querentem audias; multa in Politicâ nostrâ desiderari, defectus esse multos; proptereane verò secessio in Aventinum facienda, aut magistratus noster ordinarius, Anabaptisticô more, è subselliis deturbandus, & alii in ejus locum statim substituendi; Longè melius me hercules militibus suis Cerialis suadet; Quomodo sterilitatem, inquit, aut nimios imbres, & cætera naturæ mala, ita luxum vel avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt, donec homines, sed neque hæc continua, & meliorum interventu pensantur. Multa etiam populus Romanus in suis Imperatoribus tulit: in Manlio impotentiam, àquo & victor & filius occisus est: in Sylla crudelitatem: in Lucullo luxuriam: in multis avaritiam, nec ideò statim loco movit. Locus quidem adhuc Collegis scholæ est relictus, & sua cuique sedes; sed quorsum ipsis locus? quorsum sedes? si nullos habeant discipulos, & unà cum authoritate sustentandæ vitæ necessitates eis detrahantur? Si qui essent defectus (quanquam nullibi locorum, nisi forsan in Utopia perfectionem reperias) iis decenter medendum, & sociatis laboribus eò esset adnitendum, ut in pristinum nitorem Schola restitueretur, non ut magis magisque collabasceret. Ex publicis Scholis prodierunt, qui ad clavum Reipublicæ & Ecclesiæ nostræ sedent; ex publicis scholis prodierunt, qui florem nostræ Civitatis constituunt; clancularia verò institutio quales gigantes produxerit, nondum vidimus; faxit modò Altissimus, ne aliquando maximo nostro cum damno, & nimis serò, videamus & experiamur. Tot annorum fortunâ disciplinaque compages Scholæ nostræ coaluit, quam si convellere perrexerimus, sine exitio convellentium id certè fieri non poterit. Scholam enim præcipuam nostræ Civitatis columnam, quâ

[redacted] Te-
[redacted] ejus
[redacted] Et sanè
ad

Orationes ejus quod attinet, vix ipse Momus, quod in carpere possit, inveniet. Nisi enim KIRCHMANNI nomen iis præfixum videres, non nisi ab ipso Romanæ Eloquentiæ parente Cicerone conscriptas putares. Vide sis, quæso, quàm aptè, quàm concinnè omnia sint disposita, quam nervosè omnia cohæreant, nihil ibi invenies superva-cuum, nihil affectatum, nihil quod non faciat ad rhombum. Exordia non sunt ex ultima Thule deducta, non ab ovis, ubi de cæpis dicendum erat, petita, non ultra mediam orationis partem monstrosè extensa, non ipsam thematis tractationem verbosis ambagibus longè superantia, contra præcepta enim id est omnium Rhetorum; sed ex medulla ipsius rei desumpta, & cum ipso sermone adeò artificiosè connexa,

Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

In ipsis Orationibus verba sunt selectissima, sententiæ gravissimæ, argumenta ponderosissima, & periodis justo numero absolutis ita omnia inclusa, ut vix verbum in illis possit mutari, & non minori cum admiratione, quàm delectatione leguntur. Neque enim eam in dicendo rationem sequi solebat, ut comeret, aut calamistris inureret orationes suas; sed potius sententiarum & argumentorum pondere, quam tumidâ verborum pompâ utebatur; quod illud gravitatem haberet, hoc inane quoddam studium indicare censeret. Quoties ad perorandum conscendebat, non pallebat, ut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram; sed præsenti animo, fretus arte suâ solidâ, quâ facilè alios, vel ipso ...e, anteibat. Non tamen audaciæ & temeritati ...edebat locum, sed timorem confidentiæ decen... in memoriam habens verissimam Thucydidis ... ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει, ... sermone ita effert Stridonensis Episcopus: *Im...dentiam, eruditio timorem creat*: & commenta... ...ustrat Gallicarum rerum commentator Philip... ...eus, quando scribit: Qui meticulosè aliquid fa... ...dè, melius ferè suis rebus perspiciunt, & sæpius ...àm illi, qui fastuosè & superbè progrediuntur. ...bus eandem diligentiam adhibebat KIRCHM. ...n, Ovidium, Horatium provocabat, quorum ... cum hujus versibus conferantur, & æquâ judi... utrinque ponderentur, dubitandum certè ...s vel huic palma tribuenda sit. In Anti-

quitate, in Criticis, Ethicis, Politicis, Historicis, an herbam KIRCHMANNUS cuiquam dederit, penes alios judicium esto. Etsi quidem in nostra Civitate pauci fuerunt, qui incomparabilem KIRCHMANNI eruditionem rectè agnoverint, quicquid tamen doctorum Virorum alibi in toto ferè orbe Europæo reperitur, ubi intricatum quoddam dubium occurrit, ad ipsum confugit, ejusque responsum; utpote non nisi solidissimis rationibus subnixum pro oraculo accepit. Non enim adeò invidus erat KIRCHMANNUS, ut suam secum mori mallet sapientiam, quàm cum aliis communicare; quò animi morbo laborare nonnunquam videmus Viros alioquin à doctrinæ & ingenii dotibus non parum instructos, qui authoritatem suam & famam se statim amissuros existimant, si cognitionis suæ etiam alios faciant participes; sed liberrimus unicuique discendi cupido ad KIRCHMANNUM erat aditus, & potestas vel ore, vel scripto ipsum consulendi. Recedebat tamen, quantum poterat in se ipsum, nec in nimiam familiaritatẽ, quæ plerumque parit contemptum, facilè quenquam recipiebat, nisi prius in fidem, candorem, & probitatem ejus inquisivisset, & amicitiâ dignum judicasset. Maximam enim in electione amicorum adhibendam esse cautionem, jam pridem ex Aristotele, Isocrate, Cicerone, Plutarcho, aliisque bonis authoribus didicerat. Cum his, juxta Senecæ præceptum, versabatur, qui ipsum meliorem facturi essent, non enim vulgaris persuasionis fastu tumidus se omnibus numeris absolutum censebat, sed multum sibi adhuc deesse, ad exemplum sapientissimi Socratis, barbati illius Magistri, ut Persius eum vocat, quem sorbitio dira cicutæ sustulit, humiliter largiebatur: illos admittebat, quos ipse poterat facere meliores. Siquidem mutuò ista fiunt, & homines dum docent, discunt. Cum quibus amicitiæ necessitudines ipsi erant, iis remoto omni simulationum velo mentem suam aperiebat, nec aliud clausum in pectore, aliud promptum habebat in lingua more illorum hominum, qui vultu quidem & sermone probitatem præferunt, sed corde dolum ac fraudes machinantur, quod qui facerent, eos ipse angue & cane pejus aversabatur. Privatas KIRCHMANNI Virtutes recensere supersedeo, partim quòd nimium mea excrescat oratio, partim quòd paucos inter nos esse arbitrer, quibus pietatem, probitatem, modestiam, candorem, comitatem, humanitatem, & si quid virtutum præterea in bono

viro

viro requiritur, non satis superque probaverit. Quid multa? nihil omninò ad ostentationem faciebat, sed in pura mente, incontaminatâ conscientiâ, usum fructumque rectè factorum sibi consistere reputans, hoc unum agebat, huc omnes suas actiones dirigebat, ut, quod de Amphiarao ait Æschylus, re verâ bonus esset, non tantum bonus videretur. Atque adeò integritatem & abstinentiam in tanto Viro referre, injuria virtutum fuerit. Quare omnibus quidem bonis flebilis occidit, at nulli flebilior, quàm suis, & cum primis mihi. Quoties enim memoriâ mecum repeto, repero verò singulis ferè momentis, mutuum inter nos amorem, qualem convenit esse inter patrem & filium, Socerum & generum, suavissimam quoque inter nos conversationem, vix mihi à lacrymis temperare possum. Nihil ferè incipiebat, quin meo qualicunque consilio prius uteretur; nihil ego, quin ipsum in consilium adhiberem. Quoties ille animum meum mærore plenum, quem præter publica domestica etiam calamitas, tristissima nempe dilectæ conjugis meæ amissio, mihi attulerat, gratis consolationibus lenivit! Quoties ille adversus tela obtrectatorum, quos plurimos proh dolor! habeo, quanquam coram oculis favorem in me, nescio quem, præ se ferre videntur, animosis monitionibus pectus meum obfirmavit! Quoties ille, si quid fortè esset, quod ingenii & judicii mei tenuitatem supergrederetur, dubiam mihi mentem exemit? Nunquam me, quicquid etiam ab eo peterim, nisi optimè contentum dimisit. Et quàm proficuum mihi semper fuerit ipsius consilium, unico saltem demonstrabo, quanquam sat scio, me non effugiturum arrogantiæ & gloriationis (à quibus tamen, Deum testor, longissimè absum) criminationem apud eos, quibus ad reprehendenda aliena dicta & facta ardet animus. Cum ante undecim annos duæ mihi unô & eôdem ferè tempore venirent vocationes, altera à Serenis. & Potentis. Daniæ & Norvvegiæ Rege, ad Præposituram, sive, ut aliàs vocant, Superintendentiam Itzehoensem, & vicinarum Ecclesiarum; altera ab Illustrissimo Duce Megapolitano Dn. ADOLPHO FRIDERICO, Domino meo Clementissimo, ad AulíciConcionatoris functionem, in dubio certè mihi hæsit animus huc illuc impulsus, nec in meis quicquam fuit consiliis, quo pacto mihi liceret inter abruptam contumaciam & deforme obsequium pergere iter ambitione & periculis vacuum. Vivebam

quidem in patria pacata, in Ecclesia tranquilla, inter Cognatos & amicos optimè mihi faventes; sed res adeò angusta mihi erat domi & curta supellex, ut non tantùm lucrum ex officii laboribus emergens ad rem meam familiarem non sufficeret, sed etiam tenuiorem substantiam, quæ ex paterna hæreditate mihi cesserat, insumere, immo ære alieno me obruere necesse haberem. Augebatur quippe domus mea singulis ferè annis, ex benedictione divina, novâ prole, quæ verò ad plurium corporum sustentationem erant necessaria, diminui magis quàm augeri videbantur. Quàm acerbum hoc sit viro honesto, in officio publico constituto & litteris potius quàm rei domesticæ administrationi dedito, si non habeat, unde honestè vivat, nemo novit, nisi qui experiendo didicit. Nihil enim, ut apud Dionys. Halicarnasseum non minus verè quàm scitè Tullius inquit, generosum potest sapere, qui quotidiani victus penuriâ premitur. Contra verò, quæ mihi offerebantur conditiones, erant lautissimæ, præsertim illa quâ Ser. Regia Majestas munificentissimè me beare voluit. Quid facerem? Utrinq; coarctabar, consilium proinde non meum, sed aliorum mihi in arduo hoc negotio sequendum putabam: ipsi enim non tam nobis, quàm aliis consulere possumus. KIRCHMANNUS itaque præ cæteris mihi auctor fuit, ut hoc in loco manerem; fore enim, ut ex hac pinguium conditionum recusatione singularem meam fidem, & in patriam Ecclesiam amorem cives nostri melius intelligerent, & quicquid hactenus rei meæ familiari decesserat, majori imposterum liberalitate explerent. Accepi consilium, ei obtemperavi, nec sine magno meo commodo, ita ut mansisse me non adeò hactenus pœnituerit. Quoniam enim

nunc dat olufcula mensa minuscula pace quietâ,
non peto grandia lautaq; prandia lite repletâ.

Quod si dolentem nec phrygius lapis,
Nec purpurarum sydere clarior
Delinit usus, nec phalerna
Vitis, Archæmeniumq; costum;
Cur invidendis postibus, & novo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur urbe permutem Lubecâ
Divitias operosiores?

Principes sunt mortales, inquit Tiberius, Resp. æterna. Et magni honores, quid aliud, nisi speciosa magnorū laborum & onerum involucra sunt? ut rectè de iis Symachus judicavit. Obscuro itaq; libenter contentus sum loco, dummodo

line

leni perfruar otio,& dulcis me saturet quies. Animus etiam honorum contemptor mihi omni honore & gloriâ major est. Sed tandem cum beato optimi KIRCHMANNI fine ad finem mea decurrat oratio. Immodicum laborem corpus simul & animum hominis carpere, quis est, qui ignoret? Suo etiam id comprobavit exemplo KIRCHMANNUS, qui naturâ licet esset satis validâ, fieri tamen aliter non potuit, quin immodicis istis, quos sustinebat, laboribus ante decretorium diem frangeretur. Annus enim jam est,& quod excurrit, cum inciperet iniquâ valetudine conflictari, & ex gravissimis à capite destillationibus Hemiplexiâ corriperetur, Dei tamen beneficio & diligenti Medicorum operâ eò usque cum valetudine in gratiam rediit, ut plerasque officii partes posset exequi; quanquam ejus vices Collegæ ipsius promtè ac libenter expleverunt, quando ipsi per imbecillitatem oculorum, qui ex perpetuis lucubrationibus caligaverant, non liceret. Rogavimus eum sæpius, sibi ut parceret, nec iniquus esset in suam ipsius valetudinem; sed ut

Est cupidus studiorum quisq; suorum
Tempus & assuetâ ponere in arte juvat.

Ita etiam KIRCHMANNUS, assiduis laboribus assuetus, non potuit exorari, quin scholam tamdiu visitaret, quamdiu pedem domo efferre posset, id quod etiam die ante ultimum ipsius morbum proximo factum esse, discipuli testantur. Nec ex privata institutione quicquam remisit, usque dum lecto affigeretur. Post elapsum verò annum, circa idem ferè tempus, quo ante in Paralysin inciderat, recidivam, ut Medici loquuntur; est passus, ex qua licet paululum quidem eluctari videretur, sequuta tamen est febris maligna, quæ ipsi ultimum vitæ terminum attulit. Cum ingravescente morbo vires corporis planè prosterni, & ab inevitabili mortis horâ se propius abesse sentiret, nihil aliud crebris à Deo precibus & suspiriis exoptabat, nisi ut liceret sibi vitam hactenus non otiose actam morte placidâ terminare, bonamque ei clausulam imponere. Et in tota vita ut erat Vir placidus ac modestus, sic in morbo etiam, adeoque ipsâ morte, nil nisi placidam modestiam summa cum patientia conjunctam in ipso perspeximus. Paucis horis ante beatum ejus obitum cum ad ipsum inviserem, & latinis verbis (libentius enim in morbo Latinè, quàm Germanicè loquebatur; melius etiam hac lingua poterat intelligi) cum interrogarem; nunquid etiam inter brachia Salvatoris sui, cum Augustino, vivere vellet, & mori cuperet?

Maximè; clarâ mihi voce respondebat. Per unam atq; alteram horam cum ab ipso discesseram, quod ad somnum se componeret, rediens in ipso mortis agone & ultimâ luctâ, eaque gravissimâ, eum offendi, ita tamen, ut & ratio & lingua satis adhuc suum officium facerent. Statim enim ubi me videret, non saltem me nominabat; sed lamentabili etiam voce, gravitatem hujus luctæ se amplius ferre non posse, querebatur. Ego cum ipsi responderem ex dicto Apostolico, eleganti disticho à Mantuano reddito,

Certandum est: nulli veniunt sine Marte triumphi,
Et nisi certanti nulla corona datur.

& non sine lacrumis, ut quisque, qui ferrum & scopulos in corde non gestat, facilè conjicere potest, eum admonerem ac rogarem, strenuè ut certaret, omnemq; fiduciam in Christi mortis Vindicis passionem, sanguinem, & mortem unicè collocaret, brevi enim fore, ut momentanea hujus afflictionis levitas æternum pondus gloriæ ipsi pareret, & certamine hoc superato coronæ marcessere nesciæ particeps fieret: placidè acquiescebat, & in alium lectulum, quod petebat, transportatus, ipse D. Ebeti concionem, nobis omnibus cognitam, incipiebat, quam cum ego recitando pertexerem, inter has preces placidè exspirabat, & animam Servatori suo devotè reddebat. Siccis oculis & animo mærore vacuo luctuosissimum hunc, beatissimum tamen, optimi KIRCHMANNI obitum me spectasse qui putaverit, næ illi robur & æs triplex circa pectus fuerit. Amisimus ita ex nostro cætu, ex nostra conversatione virum, omni thesauro longè pretiosiorem, omni laude longè superiorem, omni encomio longè eminentiorem, cujus occasum si largioribus fortè lacrumis deploremus, non erit, quod nimii luctus accusari possimus, siquidem clades, quam in morte hujus Viri accepit res litteraria, omnem luctus ac lacrumarum modum quàm longissimè excedit. Et hactenus quidem fruendo si non intelleximus, quale decus ac ornamentum nostræ Civitatis KIRCHMANNUS fuerit, nullum est dubium, quin posthac carendo magis intellecturi simus. Siquidem, Tragico cum Comico teste, homines stulti bonum in manibus cum habent, non sentiunt, prius quam amiserint. Quoniam verò fieri non potest, ut lamentatione nostrâ, qualis qualis etiam fuerit, piè defunctus in hanc vitam revocetur, immò ipse, si vel maximè optio ei detur, relictos iterare cursus nolit, utpote qui nunc securus laborum, quibus in ærumnosa

hac peregrinatione ad satietatem usque fuit defatigatus, sempiterno ævo & ineffabili gloriâ fruitur. ne invideamus ipsi egregiam hanc, quæ ex benignitate Altissimi ei obtigit, conditionem; sed

Ponamus nimios gemitus, flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere major.

Virtutes tamen ejus eximias, quæ vix alium inveniunt, in quo domicilium suum coagmentatione tam venustâ & eleganti struant, gratâ memoriâ prosequamur, nec committamus, ut, cujus superstitis honori omnes boni favebant, de illius jam defuncti gloria imposterum aliquid delibetur. Tu verò, alme Deus, benignissime Pater, qui intra biennii spacium tres præcipuos nostræ Civitatis viros, Reipubl. Ecclesiæ & Scholæ columnas, è nostro conspectu abstulisti, eoq; iram tuam in nos gravissimam declarare voluisti, parce peccatis nostris, & flagella iracundiæ, quæ immanibus vitiis abundè promeriti sumus, à cervicibus nostris clementer averte. Alas misericordiæ Tuæ super nos paternè expande, & pervigili curâ protege Ecclesiam nostram, Rempublicam, & utriusque seminarium Scholam. Suffice alios, qui locum piè defunctorum maximo cum fænore suppleant, & nil nisi tuam gloriam, & patriæ salutem quærant. Quos partim jam dedisti, gratiosis Spir. Sancti donis magis magisq; exorna, & sospites quàm diutissimè præsta. Depelle ab aris focisque nostris grassantis Martis furias, & quicquid penatibus nostris detrimentum afferre possit. Aura tui jucunda favoris irradiet, super Germaniam, patriam nostram suavissimam, sævissimorum bellorum tumultibus tot per annos miserè concussam ac funditus devastatam, ut pax una triumphis innumeris potior tandem aliquando redeat, quâ exhilaremur secundum dies, quibus afflixisti nos, secundum annos, quibus vidimus malum. Da, Pater misericordiæ & fons omnis bonitatis, unicuique nostrum cor, quod Te cogitet, animum, qui Te diligat, mentem, quæ Te recolat, intellectum, qui Te intelligat, rationem, quæ Tibi semper summo delectabili fortiter adhæreat. Et tandem cùm transierint nostri nullo cum strepitu dies, animas nostras corporis ergastulo liberatas, & legibus humanæ servitutis solutas, in gremium Abrahæ suscipe, & ante thronum Majestatis & gloriæ tuæ siste, ut laudes tuas, cum Angelis & Archangelis, totoque triumphantium choro, in perpetuum decantemus & celebremus.

mem, dignitatum sitim, voluptatum illecebras, fastum, luxuriam, aliaque vitia radicitus evellere, & virtutes eis ingenerare non valeat; at KIRCHMANNUS talem gratiam apud plurimos non poterat consequi. Nam si quid fortè à petulante, & domesticâ indulgentiâ corrupto adolescente, aut ab iis, qui Scholasticæ disciplinæ se præfractè subduxerant, designatum esset, quod reprehensionem mereretur, statim bonus KIRCHMANNUS cum suis Collegis vapulabat, & neglecti officii ac disciplinæ reus agebatur. Neque hæc cantilena in conviviis, transtris, & privatis congressibus tantùm à vulgo, cui neque judicium, neque veritas, identidem canebatur; verùm etiam in publico sæpius Vir optimus acerbè perstringebatur, ab iis, quorum officium potius fuisset, KIRCHMANNI & Scholæ nostræ causam agere, ipsiusq; authoritatem & existimationem, si qua à malevolis arroderetur, defendere; ab iis etiam non unquam, qui ante paucos annos sub KIRCHMANNI ferulâ fuerant, &, quicquid solidæ artis habent, ex ipsius institutione hauserant. Hæc erat gratia, quæ Præceptori optimè merito à nonnullis reddebatur, juxta consuetum videlicet mundi morem, ubi pedibus plurimum conculcantur illi, à quibus maxima beneficia accepimus. Zelum quidem decentem in nemine, cui publicum officium demandatum est, reprehensum eo, non laudo tamen juvenilem & inconsideratum fervorem, livorem, invidiam, atrogantiam, ostentationem, calumniam, & alia vitia, quæ virtutis hujus velamine ut multùm obducuntur. Melius etiam nonnulli sibi & authoritati suæ consulerent, si oculis suis trabem eruerent prius, quàm alienis ex oculis præsumerent festucam evellere. KIRCHMANNUS verò, ut magni & nobilis erat animi, more magnæ feræ latratus minutorum canum securus exaudiebat, & ut culicē, aut muscam molestè circumstrepentem levi manu, & citra iracundiam abigimus: Sic ipse perverse judicantium calumnias sine ulla tristitia eludebat, probè intelligens, sapientis virtutem per ea, quibus petitur, illustrari. Quin nec Jupiter, si qua fabulis fides, injuriis malorum exceptus, cum illi passim cornua & plumas prodigiosè affingunt, & alieni pudoris expugnatorem narrant; non movetur tamen, nec viribus suis utitur, quippe qui nullam injuriam accepit. Æmulatur sapiens, cœlo cognatus, Deo proximus, & ratione innixus risus humanos divino animo excipit. Quin si immensa hæc moles compagibus suis soluta lapsum minaretur, in concussu totius orbis motu solus securus & tranquillus maneret,

fieret; instar rupis, quæ in mari vadoso horridi Jovis & irati Neptuni fervidis assultibus undiq; verberata, non cedit aut minuitur; sed obtendit adsuetum fluctibus latus, ei firmâ duritie tumentis undæ impetum sustinet ac frangit. Hunc putemus levibus hujusmodi concussiunculis, & conviciorũ telis, velut per inane jactatis, commoveri posse? Non hærent illa durioribus, cedenti infiguntur. Ideoq; obtusa irrito nisu concidunt, & sæpe reciprocâ petitione ictũ emittentis ingenti vulnere ulciscuntur. Omnis injuriæ inanis est exitus cum munitum patientiâ pectus offendit. Dolor enim læsi votum est lædentis. At injuriæ contemptor animus prævertit, & prædam, quam petebat, eripit, atq; ita omni malo liber telum exitio suo vibratum in inimici caput fortius retorquet. Et ut aër percussus non læditur, immò ne dividitur quidem; sed refundit sese, & spissior redit: ita animus recti conscius, & ad optima erectus, non admittit obtrectantium afflatus, nec sentit. Quomodo enim magnitudinem, quam promittit, probaret, si humiliter & abjectè sese contraheret, si victus adfectu injuriis cederet? Nullæ profectò contumeliæ Sapientem exasperant, aut statu suo movent, nullæ ignominiæ irâ accendunt. Quisquis enim in hoc certamine adversarium agnovit, jam coronam amisit. Ideò qui sapit, etiamsi ictum recepit, non petit vulneris sui authorem, sed ut optimus gladiator exiguo corporis flexu manus petentis eludit: ita objecta probra, ut visus nocturnos & vanas somniorũ imagines, digno supplicio punit, festivo scilicet contemptu & oblivione; vel, si tanti est, misericordia elevat. Talem benignior Deus animi magnitudinem, & invictum adversus improborum furias robur KIRCHM. indulsit, ut ne tantillum quidem iis afficeretur; sed in bonum & utilitatem suam verteret, & quotidie evaderet melior. Philip. Macedo, cũ ab Athen. Oratoribus variis, & vix tolerantis conviciis proscinderetur, hanc illis se gratiam debere affirmabat, quod assiduis illorum contumeliis indies melior efficeretur, & diligentius vitam institueret: id enim sibi unicè studio esse, ut eorum calumnias re ipsâ & moribus refelleret; quod præstantissimum ultionis genus Rex sapientissimus judicabat. Hâc arte quoq; utebatur KIRCHM, & cũ contra nitendo se nihil proficere videret, maledicentiæ tela patientiæ scuto excipiebat, & erectâ ferebat cervice, quod vitare non poterat, consolabaturq; se exẽplo aliorũ benè meritorũ, qui eandẽ olim fortunã experti essent. Non possũ quin hîc etiam diluã maculam non levem, sed nimis atrocẽ, quæ KIRCHM. nomini præter meri-

meritum fuit aspersa; veniam tamen præfatus, si fortassis gravius quid dixerim, quàm quorundam aures ferre didicerunt; novi enim, veritatem odium parere, quam nihilo secius loquar, vel cum periculo offensionis. Scholam nostram intra paucos annos pristinum suum florem amisisse, & cætum Alumnorum ad eam raritatem, ut vix umbram prioris frequentiæ referat, pervenisse, nemo in nostra civitate est, qui ignoret. Ignorare verò plerique volunt causam, & quo tanta lues eruperit ortu; breviter itaque id erit mihi significandum. Tiberius cùm miserrimi interitus fortissimi Germanici primus ac præcipuus esset author, noluit tamen videri, sed causam omnem in Cn. Pisonem ejusque conjugem Plancinam transtulit. Calamitatem nostræ Scholæ videmus, causam verò illius etiam quisque à se amovet, & in KIRCHMANNUM unicè illa devolvitur. Etsi autem Deum ex KIRCHMANNO non facio, nec omnibus nævis ipsum absolvo, cùm nemo sit mortalium, in cujus pectore non hæreat aliquid labis, vel nativæ, vel contractæ per consuetudinem; hujus verò pestis culpam penes ipsum unicè fuisse si quis dixerit, istum KIRCHMANNO gravissimam facere injuriam, novit is, qui omnia novit. Rara equidem temporum felicitas, ubi sentire quæ velis, & quæ sentias dicere licet, ego tamen quod in animo habeo loquar, & quod verum est, proferam, etiamsi omnium odium sit ferendum. Qui primum clancularios Præceptores in nostram civitatem introduxit, quisquis etiam fuerit, & quot domos tot ferè scholas in nostra urbe aperuit, hunc violentas huic Lyceo manus intulisse, & ad prosternendum primo ictu petiisse, tam confidenter assevero, ut nihil confidentius. Quid præterea accesserit, & scholæ nostræ fundamenta penè everterit, unusquisque ipse secum reputet, in animo enim mihi non est omnia refricare, & Camarinam, quod ajunt, movere. Quis non falcem in hanc messem misit? Quis non virgulâ censoriâ scholam, ejusq; Magistros notavit? Quis non institutionem publicam cinibus nostris despectui fecit? Quis non Rectoris partes sibi rapuit, & pædagogos ad lautissima quæque hospitia promovit? quis non melius, scilicet! intellexit puerorum informationem, quàm illi, qui totam vitam in hâc arenâ contrivissent? Huic KIRCHMANNUS nimis erat facilis; alteri nimis erat severus; alius, nescio quid, habebat, quod in KIRCHMANNO reprehenderet. Hinc illæ lacry-

crymæ, hinc fundi nostri calamitas. Neminem ego nomino, quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se voluerit confiteri: quæ fiducia mihi cum M. Tullio communis est. Sed dicat aliquis, quod sæpius etiam mihi objectum recordor; multa in schola nostra desiderari, defectus esse multos. Sit ita: propterea ne verò unicuique statim liceat liberis suis, qui & Reipubl. sunt, pro lubitu alios Præceptores præficere? itane Medicus morbum curet, ut totum hominem extinguat? Quem non querentem audias (non ex meo tamen, sed ex aliorum ore hoc profero, novi enim, quam reverentiam Magistratui meo debeam) quem non, inquam, querentem, audias; multa in Politicâ nostrâ desiderari, defectus esse multos; propterea ne verò secessio in Aventinum facienda, aut magistratus noster ordinarius, Anabaptisticô more, è subselliis deturbandus, & alii in ejus locum statim substituendi; Longè melius me hercules militibus suis Cerialis suadet; Quomodo sterilitatem, inquit, aut nimios imbres, & cætera naturæ mala, ita luxum vel avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt, donec homines, sed neque hæc continua, & meliorum interventu pensantur. Multa etiam populus Romanus in suis Imperatoribus tulit: in Manlio impotentiam, à quo & victor & filius occisus est: in Sylla crudelitatem: in Lucullo luxuriam: in multis avaritiam, nec ideò statim loco movit. Locus quidem adhuc Collegis scholæ est relictus, & sua cuique sedes; sed quorsum ipsis locus? quorsum sedes? si nullos habeant discipulos, & urâ cum authoritate sustentandæ vitæ necessitates eis detrahantur? Si qui essent defectus (quanquam nullibi locorum, nisi forsan in Utopia perfectionem reperias) iis decenter medendum, & sociatis laboribus eò esset adnitendum, ut in pristinum nitorem Schola restitueretur, non ut magis magisque collabasceret. Ex publicis Scholis prodierunt, qui ad clavum Reipublicæ & Ecclesiæ nostræ sedent, ex publicis scholis prodierunt, qui florem nostræ Civitatis constituunt; clancularia verò institutio quales gigantes produxerit, nondum vidimus; faxit modò Altissimus, ne aliquando maximo nostro cum damno, & nimis serò, videamus & experiamur. Tot annorum fortunâ disciplinaque compages Scholæ nostræ coaluit, quam si convellere perrexerimus, sine exitio convellentium id certè fieri non poterit. Scholam enim præcipuam nostræ Civitatis columnam,

quâ

quâ subrutâ ruinam totius ædificii sequuturam, nemo facilè negaverit, nisi qui peponem pro corde, fungum pro cerebro habuerit. Nolo tamen prætoriâ auctoritate, & sine populi suffragio, mihi arrogare censuram in illos, qui Præceptores domesticos modò alunt, multò minus optimorum plerorumq; studiosorum eruditionem, & in pueris informandis dexteritatem in dubium vocare; sed præcipuas tantùm interitus nostræ scholæ causas digito monstrare volui. Nunc enim quoniã res ludi litterarii planè deploratæ sunt, & juvenilis disciplina multò maxima ex parte jacet, nonnulli summâ urgentur necessitate, quæ, authore Senecâ suasore, magnum infelicitatis humanæ patrocinium est, cui etiã justissimi & sapientissimi quiq; sæpius fasces submittere coguntur, tali ratione suis prospicere, qualem quidem nunquam inirent, si ludo publico prior integritas pristinumque decus constaret. Quanquam principiis, quod tenerorum Lusor amorum, & cum eo App. Claudius apud Dionysium monuit, fuisset obstandum; sic nullam fortassis post ærumnas præterito errori indignandi, aut serò tandem sapiendi causam haberemus. Multa prætereo consultò, quæ vos conjecturâ perspicitis. Satis tamen me demonstrasse arbitror, causam damni, quod hactenus schola nostra fecit, aliis potius, quam KIRCHMANNO adscribendam esse. Tantum verò abfuit, ut hæc, tam scholæ, quam famæ ejus diminutio KIRCHMANNUM in officio negligentiorem faceret, ut contrà potius audentior iret, & manibus pedibusq; hoc ageret, ut collapsam scholam repararet. Quem finem laudabiliter propositum ut assequeretur, quamvis injuria temporum, & gravis, quæ ipsi constituta erat, adversaria non permittebat, rectè factorum tamen conscientiâ se tuebatur, & quod successus, non fides ipsi defuisset. Quicquid temporis à laboribus Scholasticis, quorum continua series tamen vix unam atq; alteram ad respirandum horam ipsi concedebat, succidere poterat, non hortorum aut villarum curæ seponebat, non commessationibus, confabulationibus, aut otiosis deambulationibus dabat, sed usui publico etiam destinabat. Testatur id aureus ipsius *de Annulis libellus*, quem anno abhinc vicesimo in lucem emisit, eoq; non minus sibi obsignavit gratam apud posteros memoriam, donec quidem litteræ supererunt, quam antea per Monumenta *Funerum Romanorum* nomen suum ab omni funere liberaverat. Testantur id ipsius *Orationes* sæpius habitæ; testantur ejus *carmina*, solennitatibus publicis sæpius consecrata. Et sanè
ad

ad Orationes ejus quod attinet, vix ipse Momus, quod in iis carpere possit, inveniet. Nisi enim KIRCHMANNI nomen iis præfixum videres, non nisi ab ipso Romanæ Eloquentiæ parente Cicerone conscriptas putares. Vide sis, quæso, quàm aptè, quàm concinnè omnia sint disposita, quàm nervosè omnia cohæreant, nihil ibi invenies supervacuum, nihil affectatum, nihil quod non faciat ad rhombum. Exordia non sunt ex ultima Thule deducta, non ab alliis, ubi de cæpis dicendum erat, petita, non ultra mediam orationis partem monstrosè extensa, non ipsam thematis tractationem verbosis ambagibus longè superantia, contra præcepta enim id est omnium Rhetorum; sed ex medulla ipsius rei desumpta, & cum ipso sermone adeò artificiosè connexa,

Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

In ipsis Orationibus verba sunt selectissima, sententiæ gravissimæ, argumenta ponderosissima, & periodis justo numero absolutis ita omnia inclusa, ut vix verbum in illis possit mutari, & non minori cum admiratione, quàm delectatione leguntur. Neque enim eam in dicendo rationem sequi solebat, ut comeret, aut calamistris inureret orationes suas; sed potius sententiarum & argumentorum pondere, quam tumidâ verborum pompâ utebatur; quod illud gravitatem haberet, hoc inane quoddam studium indicare censeret. Quoties ad perorandum conscendebat, non pallebat, ut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram; sed præsenti erat animo, fretus arte suâ solidâ, quâ facilè alios, vel ipso Æaco judice, anteibat. Non tamen audaciæ & temeritati ullum concedebat locum, sed timorem confidentiæ decenter miscebat, in memoriam habens verissimam Thucydidis sententiam, *ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει*, quam Latio sermone ita effert Stridonensis Episcopus: *Imperitia confidentiam, eruditio timorem creat*: & commentario quasi illustrat Gallicarum rerum commentator Philippus Cominæus, quando scribit: Qui meticulosè aliquid faciunt & pavidè, melius ferè suis rebus perspiciunt, & sæpius vincunt, quàm illi, qui fastuosè & superbè progrediuntur. In carminibus eandem diligentiam adhibebat KIRCHM. & Virgilium, Ovidium, Horatium provocabat, quorum poemata si cum hujus versibus conferantur, & æquâ judicii lance utrinque ponderentur, dubitandum certè, utrum illis vel huic palma tribuenda sit. In Anti-

quitate, in Criticis, Ethicis, Politicis, Historicis, an herbam KIRCHMANNUS cuiquam dederit, penes alios judicium esto. Etsi quidem in nostra Civitate pauci fuerunt, qui incomparabilem KIRCHMANNI eruditionem rectè agnoverint, quicquid tamen doctorum Virorum alibi in toto ferè orbe Europæo reperitur, ubi intricatum quoddam dubium occurrit, ad ipsum confugit, ejusque responsum; utpote non nisi solidissimis rationibus subnixum pro oraculo accepit. Non enim adeò invidus erat KIRCHMANNUS, ut suam secum mori mallet sapientiam, quàm cum aliis communicare; quò animi morbo laborare nonnunquam videmus Viros alioquin à doctrinæ & ingenii dotibus non parum instructos, qui authoritatem suam & famam se statim amissuros existimant. si cognitionis suæ etiam alios faciant participes; sed liberrimus unicuique discendi cupido ad KIRCHMANNUM erat aditus, & potestas vel ore, vel scripto ipsum consulendi. Recedebat tamen, quantum poterat in se ipsum, nec in nimiam familiaritatē, quæ plerumque parit contemptum, facilè quenquam recipiebat, nisi prius in fidem, candorem, & probitatem ejus inquisivisset, & amicitiâ dignum judicasset. Maximam enim in electione amicorum adhibendam esse cautionem, jam pridem ex Aristotele, Isocrate, Cicerone, Plutarcho, aliisque bonis authoribus didicerat. Cum his, juxta Senecæ præceptum, versabatur, qui ipsum meliorem facturi essent, non enim vulgaris persuasionis fastu tumidus se omnibus numeris absolutum censebat, sed multum sibi adhuc deesse, ad exemplum sapientissimi Socratis, barbati illius Magistri, ut Persius eum vocat, quem sorbitio dira cicutæ sustulit, humiliter largiebatur: illos admittebat, quos ipse poterat facere meliores. Siquidem mutuò ista fiunt, & homines dum docent, discunt. Cum quibus amicitiæ necessitudines ipsi erant, iis remoto omni simulationum velo mentem suam aperiebat, nec aliud clausum in pectore, aliud promptum habebat in lingua more illorum hominum, qui vultu quidem & sermone probitatem præferunt, sed corde dolum ac fraudes machinantur, quod qui facerent, eos ipse angue & cane pejus aversabatur. Privatas KIRCHMANNI Virtutes recensere supersedeo, partim quòd nimium mea excrescat oratio, partim quòd paucos inter nos esse arbitrer, quibus pietatem, probitatem, modestiam, candorem, comitatem, humanitatem, & si quid virtutum præterea in bono

viro requiritur, non satis superque probaverit. Quid multa? nihil omninò ad ostentationem faciebat, sed in pura mente, incontaminatâ conscientiâ, usum fructumque rectè factorum sibi consistere reputans; hoc unum agebat, huc omnes suas actiones dirigebat, ut, quod de Amphiarao ait Æschylus, re verâ bonus esset, non tantùm bonus videretur. Atque adeò integritatem & abstinentiam in tanto Viro referre, injuria virtutum fuerit. Quare omnibus quidem bonis flebilis occidit, at nulli flebilior, quàm suis, & cum primis mihi. Quoties enim memoriâ mecum repeto, repeto verò singulis ferè momentis, mutuum inter nos amorem, qualem convenit esse inter patrem & filium, Socerum & generum, suavissimam quoque inter nos conversationem, vix mihi à lacrymis temperare possum. Nihil ferè incipiebat, quin meo qualicunque consilio prius uteretur; nihil ego, quin ipsum in consilium adhiberem. Quoties ille animum meum mærore plenum, quem præter publica domestica etiam calamitas, tristissima nempe dilectæ conjugis meæ amissio, mihi attulerat, gratis consolationibus lenivit! Quoties ille adversus tela obtrectatorum, quos plurimos proh dolor! habeo, quanquam coram oculis favorem in me, nescio quem, præ se ferre videntur, animosis monitionibus pectus meum obfirmavit! Quoties ille, si quid fortè esset, quod ingenii & judicii mei tenuitatem supergrederetur, dubiam mihi mentem exemit! Nunquam me, quicquid etiam ab eo petierim, nisi optimè contentum dimisit. Et quàm proficuum mihi semper fuerit ipsius consilium, unico saltem demonstrabo, quanquam sat scio, me non effugiturum arrogantiæ & gloriationis (à quibus tamen, Deum testor, longissimè absum) criminationem apud eos, quibus ad reprehendenda aliena dicta & facta ardet animus. Cum ante undecim annos duæ mihi uno & eôdem ferè tempore venirent vocationes, altera à Serenis. & Potentis. Daniæ & Norvvegiæ Rege, ad Præposituram, sive, ut aliàs vocant, Superintendentiam Itzehoensem, & viciniarum Ecclesiarum; altera ab Illustrissimo Duce Megapolitano Dn. ADOLPHO FRIDERICO, Domino meo Clementissimo, ad Aulici Concionatoris functionem, in dubio certè mihi hæsit animus huc illuc impulsus, nec in meis quicquam fuit consiliis, quo pacto mihi liceret inter abruptam contumaciam & deforme obsequium pergere iter ambitione & periculis vacuum. Vivebam

quidem in patria pacata, in Ecclesia tranquilla, inter Cognatos & amicos optimè mihi faventes; sed res adeò angusta mihi erat domi & curta supellex, ut non tantùm lucrum ex officii laboribus emergens ad rem meam familiarem non sufficeret, sed etiam tenuiorem substantiam, quæ ex paterna hæreditate mihi cesserat, insumere, immo ære alieno me obruere necesse haberem. Augebatur quippe domus mea singulis ferè annis, ex benedictione divina, novâ prole, quæ verò ad plurium corporum sustentationem erant necessaria, diminui magis quàm augeri videbantur. Quàm acerbum hoc sit viro honesto, in officio publico constituto & litteris potius quàm rei domesticæ administrationi dedito, si non habeat, unde honestè vivat, nemo novit, nisi qui experiendo didicit. Nihil enim, ut apud Dionys. Halicarnasseum non minus verè quàm scitè Tullius inquit, generosum potest sapere, qui quotidiani victus penuriâ premitur. Contra verò, quæ mihi offerebantur conditiones, erant lautissimæ, præsertim illa, quâ Ser. Regia Majestas munificentissimè me beare voluit. Quid facerem? Utrinq; coarctabar, consilium proinde non meum, sed aliorum mihi in arduo hoc negotio sequendum putabam: ipsi enim non tam nobis, quàm aliis consulere possumus. KIRCHMANNUS itaque præ cæteris mihi auctor fuit, ut hoc in loco manerem; fore enim, ut ex hac pinguium conditionum recusatione singularem meam fidem, & in patriam Ecclesiam amorem cives nostri melius intelligerent, & quicquid hactenus rei meæ familiari decesserat, majori imposterum liberalitate explerent. Accepi consilium, ei obtemperavi, nec sine magno meo commodo, ita ut mansisse me non adeò hactenus pœnituerit. Quoniam enim

nunc dat oluscula mensa minuscula pace quietâ,
non peto grandia lautaq; prandia lite repletâ.

Quod si dolentem nec phrygius lapis,
Nec purpurarum sydere clarior
Delinit usus, nec phalerna
Vitis, Archæmeniumq; costum;
Cur invidendis postibus, & novo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur urbe permutem Lubecâ
Divitias operosiores?

Principes sunt mortales, inquit Tiberius, Resp. æterna. Et magni honores, quid aliud, nisi speciosa magnorū laborum & onerum involucra sunt? ut rectè de iis Symachus judicavit. Obscuro itaq; libenter contentus sum loco, dummodo

line

leni perfruar otio,& dulcis me saturet quies. Animus etiam honorum contemptor mihi omni honore & gloriâ major est. Sed tandem cum beato optimi KIRCHMANNI fine ad finem mea decurrat oratio. Immodicum laborem corpus simul & animum hominis carpere, quis est, qui ignoret? Suo etiam id comprobavit exemplo KIRCHMANNUS, qui naturâ licet esset satis validâ, fieri tamen aliter non potuit, quin immodicis istis, quos sustinebat, laboribus ante decretorium diem frangeretur. Annus enim jam est, & quod excurrit, cum inciperet iniquâ valetudine conflictari, & ex gravissimis à capite destillationibus Hemiplexiâ corriperetur. Dei tamen beneficio & diligenti Medicorum operâ eò usque cum valetudine in gratiam rediit, ut plerasque officii partes posset exequi; quanquam ejus vices Collegæ ipsius promtè ac libenter expleverunt, quando ipsi per imbecillitatem oculorum, qui ex perpetuis lucubrationibus caligaverant, non liceret. Rogavimus eum sæpius, sibi ut parceret, nec iniquus esset in suam ipsius valetudinem; sed ut

Est cupidus studiorum quisq; suorum
Tempus & assuetâ ponere in arte juvat.

Ita etiam KIRCHMANNUS, assiduis laboribus assuetus, non potuit exorari, quin scholam tamdiu visitaret, quamdiu pedem domo efferre posset, id quod etiam die ante ultimum ipsius morbum proximo factum esse, discipuli testantur. Nec ex privata institutione quicquam remisit, usque dum lecto affigeretur. Post elapsum verò annum, circa idem ferè tempus, quo ante in Paralysin inciderat, recidivam, ut Medici loquuntur, est passus, ex qua licet paululum quidem eluctari videretur, sequuta tamen est febris maligna, quæ ipsi ultimum vitæ terminum attulit. Cum ingravescente morbo vires corporis planè prosterni, & ab inevitabili mortis horâ se propius abesse sentiret, nihil aliud crebris à Deo precibus & suspiriis exoptabat, nisi ut liceret sibi vitam hactenus non otiose actam morte placidâ terminare, bonamque ei clausulam imponere. Et in tota vita ut erat Vir placidus ac modestus, sic in morbo etiam, adeoque ipsâ morte, nil nisi placidam modestiam summa cum patientia conjunctam in ipso perspeximus. Paucis horis ante beatum ejus obitum cum ad ipsum inviserem, & latinis verbis (libentius enim in morbo Latinè, quàm Germanicè loquebatur; melius etiam hac lingua poterat intelligi) eum interrogarem; nunquid etiam inter brachia Salvatoris sui, cum Augustino, vivere vellet, & mori cuperet?

Maximè; clarâ mihi voce respondebat. Per unam atq; alteram horam cum ab ipso discesseram, quod ad somnum se componeret, rediens in ipso mortis agone & ultimâ luctâ, eaque gravissimâ, eum offendi, ita tamen, ut & ratio & lingua satis adhuc suum officium facerent. Statim enim ubi me videret, non saltem me nominabat; sed lamentabili etiam voce, gravitatem hujus luctæ se amplius ferre non posse, querebatur. Ego cum ipsi responderem ex dicto Apostolico, eleganti distitcho à Mantuano reddito,

Certandum est: nulli veniunt sine Marte triumphi,
Et nisi certanti nulla corona datur.

& non sine lacrumis, ut quisque, qui ferrum & scopulos in corde non gestat, facilè conjicere potest, eum admonerem ac rogarem, strenuè ut certaret, omnemq; fiduciam in Christi mortis Vindicis passionem, sanguinem, & mortem unicè collocaret, brevi enim fore, ut momentanea hujus afflictionis levitas æternum pondus gloriæ ipsi pareret, & certamine hoc superato coronæ marcescere nesciæ particeps fieret: placidè acquiescebat, & in alium lectulum, quod petebat, transportatus, ipse D. Eberi concionem, nobis omnibus cognitam, incipiebat, quam cum ego recitando pertexerem, inter has preces placidè exspirabat, & animam Servatori suo devotè reddebat. Siccis oculis & animo mærore vacuo luctuosissimum hunc, beatissimum tamen, optimi KIRCHMANNI obitum me spectasse qui putaverit, næ illi robur & æs triplex circa pectus fuerit. Amisimus ita ex nostro cœtu, ex nostra conversatione virum, omni thesauro longè pretiosiorem, omni laude longè superiorem, omni encomio longè eminentiorem, cujus occasum si largioribus fortè lacrumis deploremus, non erit, quod nimii luctus accusari possimus, siquidem clades, quam in morte hujus Viri accepit res litteraria, omnem luctus ac lacrumarum modum quàm longissimè excedit. Et hactenus quidem fruendo si non intelleximus, quale decus ac ornamentum nostræ Civitatis KIRCHMANNUS fuerit, nullum est dubium, quin posthac carendo magis intellecturi simus. Siquidem, Tragico cum Comico teste, homines stulti bonum in manibus cum habent, non sentiunt, prius quam amiserint. Quoniam verò fieri non potest, ut lamentatione nostrâ, qualis qualis etiam fuerit, piè defunctus in hanc vitam revocetur, immò ipse, si vel maximè optio ei detur, relictos iterare cursus nolit, utpote qui nunc securus laborum, quibus in ærumnosa

hac

hac peregrinatione ad satietatem usque fuit defatigatus, sempiterno ævo & ineffabili gloriâ fruitur. ne invideamus ipsi egregiam hanc, quæ ex benignitate Altissimi ei obtigit, conditionem; sed

Ponamus nimios gemitus, flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere major.

Virtutes tamen ejus eximias, quæ vix alium inveniunt, in quo domicilium suum coagmentatione tam venustâ & eleganti struant, gratâ memoriâ prosequamur, nec committamus, ut, cujus superstitis honori omnes boni favebant, de illius jam defuncti gloria imposterum aliquid delibetur. Tu verò, alme Deus, benignissime Pater, qui intra biennii spacium tres præcipuos nostræ Civitatis viros, Reipubl. Ecclesiæ & Scholæ columnas, è nostro conspectu abstulisti, eoq; iram tuam in nos gravissimam declarare voluisti, parce peccatis nostris, & flagella iracundiæ, quæ immanibus vitiis abundè promeriti sumus, à cervicibus nostris clementer averte. Alas misericordiæ Tuæ super nos paternè expande, & pervigili curâ protege Ecclesiam nostram, Rempublicam, & utriusque seminarium Scholam. Suffice alios, qui locum piè defunctorum maximo cum fœnore suppleant, & nil nisi tuam gloriam, & patriæ salutem quærant. Quos partim jam dedisti, gratiosis Spir. Sancti donis magis magisq; exorna, & sospites quàm diutissimè præsta. Depelle ab aris focisque nostris grassantis Martis furias, & quicquid penatibus nostris detrimentum afferre possit. Aura tui jucunda favoris irradiet, super Germaniam, patriam nostram suavissimam, sævissimorum bellorum tumultibus tot per annos miserè concussam ac funditùs devastatam, ut pax una triumphis innumeris potior tandem aliquando redeat, quâ exhilaremur secundum dies, quibus afflixisti nos, secundum annos, quibus vidimus malum. Da, Pater misericordiæ & fons omnis bonitatis, unicuique nostrum cor, quod Te cogitet, animum, qui Te diligat, mentem, quæ Te recolat, intellectum, qui Te intelligat, rationem, quæ Tibi semper summo delectabili fortiter adhæreat. Et tandem cùm transierint nostri nullo cum strepitu dies, animas nostras corporis ergastulo liberatas, & legibus humanæ servitutis solutas, in gremium Abrahæ suscipe, & ante thronum Majestatis & gloriæ tuæ siste, ut laudes tuas, cum Angelis & Archangelis, totoque triumphantium choro, in perpetuum decantemus & celebremus.

In Cl. Viri

JOHANNIS KIRCHMANNI

De Funeribus Romanorum libros.

Funera dum scribis veterum, Kirchmanne, Quiritum,
Luce beans ritus tam longâ nocte sepultos,
Hac te funeribus subducunt funera, jamque
Conciliant nullo perituram tempore famam.

RADULPHUS FORNERIUS,
Antecessor Aurelius.

EPITAPHIUM.


KIRCHMANNUS *jacet hîc, celebratum germen ubivis*
Latoidaq; & consilio pollentis Athenes,
Et quantum divarum est ad Pimpleida lympham.
Dux pubi, & (quondam ut Phoenix facundus Achilli)
Teutonica Phœnix terra novus: & bene-natis
Cecropiam ostendens pueris, Latiamq; loquelam,
Tum virtutis iter, cunctarumq; artium amussim.
Namq; erat & Sophia, & melliti carminis odis,
Mentem animi excultus, multis præstantius unus,
Et pietate simul, morumq; decore venusto
In patria non tam, quàm regna per Europæa
Notus, apud doctos homines, testes mihi libri,
Quos multùm isti sunt admirati: haut minus illis,
Olim multi alii quæ conscripsere priorum:
Nec laudes ejus quisquam uno carmine dicat.
Nunc superos inter cœtus agit immortalis,
Felixq; optata fruitur vita usque brabeio,
Nec vivos inter defuncti fama quiescit.
Hunc juvenes lugete boni, pueri lugete;
LUBECA *hunc luge, regina ô urbium ad Arcton:*
Lux vestra hinc, nunquam vobis reditura, recessit.

Amicorum optimo
F.
JO. HENRICUS MEIBOMIUS,
Med. D.

SCRI-

SCRIPTA.

Oratio funebris Amplissimo Viro, Jacobo Bordingo, Consuli Reip. Lubecensis, scripta: *Rostochii* 1616. in 4.
De Funeribus Romanorum libri quatuor: *Hamburgi* 1605. in 8. *Lubecæ* 1623. 1637. *Brunsvigæ* 1661. *Francof.* 1672. in 8. *Lugd. Bat.* 1672. in 12.
De ira cohibenda Disputatio; *Rostoch.* 1611. in 4.
Oratio de vita & obitu Pauli Merulæ: *ibid.* 1607. in 4. & *Lugd. Bat.* 1672. in 12.
Ἐυχαριστήριον, de Pacificatione Boitzenburgensi ad Legatos Ordinum Unitarum Belgii Provinciarum: *Lubecæ* 1620. in 4.
Oratio de vita & obitu Georgii Stampelii, Ecclesiæ Lubecensis Superintendentis, habita: *ibid.* 1622. in 4.
De Annulis liber singularis: *ibid.* 1623. *Slesvigæ* 1657. *Francof.* 1672. in 8. *Lugd. Bat.* 1672. in 12.
Rudimenta Rhetorica: *Bremæ* 1652. in 12.
Rudimenta Logicæ Peripateticæ: *Lub.* 1669. & sæpius in 8.
Tabulæ Logicæ & Rhetoricæ: *ibid.* in fol.
Genethliacon Illustrissimi Principis, Adolphi Friderici, Ducis Megapolitani, Primogenito Filio scriptum: *ibid.* 1624. in 4.





V I T A
Viri Incomparabilis & Literatorum Phœnicis,

HUGONIS GROTII,
Ex Variis Doctorum literis aliisque documentis, partim versa partim collecta.



HUGO GROTIUS, Vir fuit sine controversia Maximus, inque literatura politiore peritissimus, quô lumine, juxta *Vossium*, cum magno Erasmo nihil eruditius vidit vel sol, vel solum sustinuit. Is natus est *Delphis Batavorum*, honestâ antiquitus ac præclaris affinitatibus non semel innexa domo, IV. Eidus Aprilis, anni cIↄ Iↄ LXXXIII. *Avum* paternum habuit cognominem, virum supra quam ea tempora ferebant, Latinarum, Græcarum, Hebræarum quoque literarum scientem. *Patruus, Cornelius Grotius*, Lugduni jus civile professus est cum laude & summa bonorum gratia. Pater erat *Ioannes Grotius*, cujus exstant carmina, & Lipsii ad ipsum literæ, Dousæque versus; nec pauca aliorum monumenta, ipsius inscripta nomini. Hic excitando fovendoque filii ingenio diligentiam summam adhibuit, ita ut anno cIↄ Iↄ XCI. fundere versus inciperet; cIↄ Iↄ XCVII, de Philosophicis argumentis bis publicè disputaret: anno autē cIↄ Iↄ XCVIII, in comitatu Viri incomparabilis, *Ioannis Oldenbarnevveldii*, ab Ordinibus ad Regem Legati, *Galliam* cum vidisset, regiâ ornatus liberalitate, & virorum illustrium amicitia, domum rediit: Cum jam ante edere cepisset *Notas in septem artes liberales Martini Capellæ.* Et, cùm Lugduni aliquando dilectissimus *Scaligero* vixisset, verente patre, ne amœnioribus studiis irretiretur juvenilis animus anno cIↄ Iↄ XCIX, *Hagiensium Advocatorum* ordini adscriptus est: neque multò post causas egit; non ita tamen, ut humanioris literaturæ libenter oblivisceretur: quô nomine cum

cum aliis Amplissimis Viris, tum inprimis *Paulo Choarto Buzanvalio*, Regis Galliæ Legato. *Iano Dousæ* patri, carissimus fuit. Hoc ipso tempore Hollandiæ Ordines opera ipsius ad scribendam belli omnium nobilissimi Historiam uti ceperunt. Anno postea cIɔ Iɔ CVII. Curiarum suffragiis commendatus, ab Ordinibus nominatus, ab illustrissimo, & Principibus ipsis admirando Principe, MAURITIO NASSOVIO, electus est ad *Fisci Advocationem*, difficillimum munus, ut quod apud ipsos, præter causas propriè fiscales; criminum quoque publicam persecutionem contineat. In eo ita se gessit, ut quibus Inspectoribus vivebat amplissimum integritatis ac diligentiæ testimonium retulerit. Hic, cum intelligeret, navigationem in Indiam, fœderaque ejus orbis, ingentia esse præsidia Patriæ suæ, quo magis populares suos excitaret, ad eas res magno animo suscipiendas, *de jure commercii Indicani* libellum composuit. Rursum, cum animadverteret, post inducias cum potentissimo Hispaniarum Rege factas, intus Rempublicam concuti cepisse à quibusdam, res novas periculosè molientibus, boni civis ratus, pro virili occurrere, & statum præsentem omnibus commendare, dissertationem edidit, cui titulum fecit, *de Antiquitate Reipublicæ Batavicæ*. Anno cIɔ Iɔ CXIII. cum diem obiisset Vir ingenio non minus quàm gente nobilis, *Elias Oldenbarneveldius*, ejus se in locum in *Civitatis Roterodamensis* Adsessionem, quem *Syndicatum* vulgò vocant, cooptari passus est, atque ita à foro ad Rempublicam transiit. Simul in *Britanniam* missus, ob motas de Indicano commercio controversias, à Rege optimo ac religiosissimo, & eruditis ejus Insulæ Viris, non parva benevolentiæ signa accepit; hunc quoque eximium nactus itineris sui fructum, ut quem absentem coluerat *Isaacum Casaubonum*, eum sibi amicissimum præsentem experiretur. Hactenus ingenti ubivis gloriâ noster vixit GROTIUS; sed, ut rerum omnium periodi, sic ejus quoque felicitas jam in adversis cadere cepit. *Arminianorum* enim favens partibus, cum *Ioh. Barnefeldio*, Advocato generali, *Ægidio Legenbergio*, Ultrajectino Secretario, & *Rumoldo Hogebertio*, superiorum in se iram concitavit. Causa nec una, nec levis, quas omnes recensere, nimis hîc prolixum foret. Præcipua illa est, quod *Statum religionis in Belgio turbare, Ecclesiamq; Dei* (ceu ipsius decreti verba innuunt) *ingenti tristitia atque angore afficere veritus non fuerit*,

erit, prolatis in eam rem atq; ipso opere tentatis inusitatis quibusdam & Reip. exitiosis principiis, praeceptisq; per qua non modo privatim sed etiam in Comitiorum Conventuumq; publicorum celebritate, scriptis, orationibus atq; aliis id genus modis asseruit, ac multis etiam persuasit, competere singulis seorsum Provinciis in religionem summam jus atq; potestatem, nihil uti ad Provincias socias faederatasq; ejus rei cura pertineat. Sic seculi hujus annô XIX. decimô octavô Maji, sententia contra ipsum lata, ac variorum criminum reus pronunciatus fuit. Cùm igitur perpetuis vinculis addictus, jamque ultra biennium in *Arce Lovvensteinia* detentus esset, uxorem suam *Mariam Reigersbergiam*, quæ marito ad carceris usque squalorem sponte fidem præstitit, in consilium secretius adhibuit. Accidit, ut aliquando Centurio iste, cujus custodiæ GROTIUS atque *Hagebertius* concrediti erant, aliorsum se converteret, manipulumque militum colligeret. Opportunam adeò nactus occasionem, jam tempus tentandæ libertatis adesse putavit. Misit proinde Cajam suam, ut Centurionis uxorem blandis verbis deciperet. Hem! callida, inquit, mulier, meus ille maritus noctèque dieq; libris suis Arminianismo infectis tantâ incumbit industriâ, seq; adeò misere macerat, ut vix amplius ferre possim. Vellem itaq; sequenti die cistam quandam his ipsis onustam dimittere, ne amplius iis incumbendi copiam haberet. Respondebat illa, hoc satis ipsi esse licitum. Sed pro libris *Grotiana* maritum inclusit cistæ, eamque ex ergastulo in præparatam jam navem deportare curavit. Milites, cùm aliquoties hancce, aliaque ad domesticos usus necessaria instrumenta, ex carcere auferre vidissent, nihil exinde mali suspicati sunt. Antequàm verò istam perexiguam maximus Virorum ingrederetur domum, quæ trium duntaxat cum dimidio pedum longitudinem habebat, corpus suum paululum præparare voluit, num quoque tam arctè includi permitteret. Uxor interea bis clepsam midion convertebat, quô tempus mensurabat faciendi itineris *Lovvensteinia Goricum*. Ipsa continuò cistæ huic insedebat, ac animadvertebat novum illum hospitem attractu pedum non nihil se movere. Admonebat, ne hoc faceret, sibique periculum crearet. Posset enim aliquis in navigio suum fortè locum super cistam hanc occupare, & hominem in eâ inclusum esse facilè cognoscere. Tertio die Martii, ipsâ Dominicâ, intrabat in arcam modò dictam GROTIUS, moxque, concomitante

tante quâdam ancillâ, in navem translatus est. Dum bajuli ex militari cohorte cistam deportant, horum non nemo in ista verba prorupit: *Hacce tam onusta, ac si Arminianus eâ contineretur.* Ad quod statim Grotiana respondebat: *Sunt utique Arminianorum libri.* Quùm verò per Scalas non sine ingenti difficultate arcam portaverant, repetebat miles: *Videndum omninò nobis, quid in gravi ista arca repositum.* Centurionis itaque conjugem compellabat, ut reserare permitteret. Verùm credula nimis fœmina, *Nullô*, inquit, *hîc opus scrutiniô; A Grotii enim uxore jam cognovi, illam Arminianis esse chartis repletam. Portate modò ad indictum vobis navigium.* Fas quidem erat illis obsequi, sed non absque indignatione quadam animi procedebant. Inter eundem sæpius proclamabant: *Arminianus hîc certò delitescit.* Audiens talia gregarii cujusdam militis muliercula suum illis contulit Symbolum dixitque: *Vice plussimplici factum est, ut ergastulo inclusus per arcam liberatus fuerit: Eccur non pari modô Arminianus?* Nihilo tamen minus ad ratem usque incolumis satisque dextrè pervenit is, qui æternis vinculis addictus fuit. Cùm arca hæc ad Gorici litus exposita in civitatem deportari debuisset, remiges ob gravitatem eam bajulare iterum recusant. Curru potius trahendum putarunt, quicquid tanti esset ponderis. Instat precari servula, ut humeris suis imponerent res longè pretiosissimas, quæ aliô modô facilè perirent. Promittit insuper eis laborum præmium satis opimum. Tandem ipse nauta exoratus cum filio suo grandem hanc cistam ad domum, in qua deponenda fuerat, detulit. Non diu pòst remotis, qui ex peregrinis aderant, arbitris, occultam ancilla arcam reclusit, atque GROTIUS ex eadem felicissimè processit. Habitum ibidem Cæmentarii assumsit, & absque mora per aquarum transiit portam, ut se *Wahlvvicum in Brabantia* trajiceret. Hîc quàm plurimos Remonstrantium invenit, qui sibi de tam grato hôspite & mira ejus liberatione multùm gratulantur. Deinde *Antverpiam* commigravit, hincque ad Illustres Belgii Confœderati Ordines rescripsit, *se liberationem quæsivisse & invenisse, fecisse autem, quod omnes creatura facere consueverunt: In posterum se nihil adversus illes tentaturum.* Conquestus insuper est de ingrata patria, & fidem conjugis in epistola, ad *Eric. Puteanum* scribens, commendavit: *Fidem in patriam præstiti, in uxore inveni. Ego publicæ libertati dum studeo*

amisi

amisi meam: illa vicissim suam mea impendit; neque tu frustra ipsam qua mihi sum redditus rationem miraris. Quis enim libertatem speraret ex arctiori carcere? Quis cœli apertos haustus ex iis angustiis, quæ vix anima respiranti aërem transmitterent? quis deniq; tot custodum oculos effugere se posse speraret ipsis custodum manibus & pedibus? sed nimirum æquum erat inexpectatâ ratione eum servari, quem adeò inexspectata pernicies oppresserat. Quis enim futurum hoc credidisset? Patria gloriam & eorum qui in patria eminebant, tum vinctâ, tum solutâ oratione, quantum potui, connisus in sublime extuli. Pro hoc merito merces mihi summa ignominia à civibus meis redditur. Publicas opes patrocinio defendi, consiliis auxi; meas amitto: tutatus sum patriæ libertatem, constat id mihi tristissimâ servitute. Bene illud, quod uxorem in carcere reliqui, & quidem me elapso arctius custodiendam, ne quis jam dubitaret capi & innocentes & bene de suis meritos. Illa hoc tantum gnara, elatum me, quod restabat eventus, anxia animi, conjectura revolvens, vota fecit, quæ ab amantissima mariti conjuge nemo expectaret; ut maritus à se quàm longissimè abesset. Ego tum demum intelligens à quali uxore discessissem, tam graviter ferebam ejus absentiam, ut potius quam eâ diu carcerem, carceri me fuerim redditurus. Gratulandum est sæculo, quod hoc potuerunt fama reverentia ac pudor, ut feminam illorum manibus extorquerent, qui jam aliam non habebant iræ suæ materiam. Illa verò hoc laude dignior, quod tam facilem exitum, cum me emitteret, sperare non ausa est, innocentia mea mihi conscia, atque inde intelligens, in quos homines incidissemus. In Galliam se deinde recepit exul, animatus à *Petro Ieannino*, qui securam in illo regno stationem, seu ad tempus, seu in perpetuum, promisit. Faventem quoque expertus est Illustrissimum Franciæ Procancellarium *Gulielmum Vairium*; utpote Regis sui liberalitatem ultrò declarantem. In liberatum GROTIUM ejusdemque liberatricem festivô admodum & concisô quôdam Cl. *Barlaus* lusit Epigrammate, quod hîc apponere lubet;

Hactenus invisa detentus carceris umbra
Ereptum ulterius non tulit Hugo diem.
Fata viam inveniunt: tabulis concluditur arctis,
Quemque capax mundus non capit, arca capit.
Navigat, & liber, simul & captivus, & inter
Spemq; metumq; suum laudat & odit opus.

Aut

Aut solem mihi reddet, ait, fraus ista priorem,
Aut iterum ingenio sum miser ipse meo.
Quid fortuna stupes? toti mirabilis orbi
Non nisi vult miris liber abire modis.

Aliud.

Discite jam Belga Pietas quid possit & uxor,
Quam faciat gratas docta virago vices.
Fœmina capta manet dimisso læta marito,
Miraturq; suos ingeniosa dolos.
Non humeris fert illa virum. Fraus vilior ista est,
Asseribus tantas mancipat uxor opes.
Devehit impositum fatalis machina pondus,
Iamque minor parvâ Grotius ade latet.
Non audita canam. Ignaro portatur ab hoste,
Ipsaque custodum dextera præbet opem.
Capta fuit ligno fallacis Breda carinæ;
Liberat hic captum lignea cista virum.
Sæcula magnanimus sileant antiqua maritas,
Omnibus his majus Grotia nomen habet.

Liber itaque factus erat H. GROTIUS An. cIɔ Iɔ CXXI. de cujus captivitate ipse plurima refert in *Apologetico eorum, qui Hollandiæ West-Frisiæque & vicinis nationibus, ex legibus præfuerunt, ante mutationem, quæ evenit* Anno cIɔ Iɔ CXVIII. Postea à *Peireskio*, Senatore Aquensi, stimulatus, ut libros *de Iure Belli & Pacis* consignaret, cùm ante eum nemo de hac materia longè utilissimâ, methodo selectâ, quicquam edidisset. Quæcunque porrò *in Commentariis ad V. & N. Testamentum*; in libello *de Veritate Religionis Christianæ* (conversus est in linguam Germanicam, Gallicam, Anglicam, Sueciam, Græcam & Persicam) *in tractatu de imperio summarum potestatum circa sacra*, aliisque scriptis præstiterit, illa erudito dudum orbi sunt notissima. Evocatus denique fuit à CHRISTINA, Serenissima Suecorum Regina, & Legatus hujus regnique nomine in *Galliam* missus. Conscenderat jam ille *Stockholmiæ* navim, quâ *Lubecam* ferretur; vehementius per triduum in mari jactatus procellis, naufragium patitur, & æger ad *Cassubiæ* litora appellit. Inde perquam incommodo curru, pluvia tempestate, per sexaginta & plura milliaria tandem *Rostochium* devehitur. Divertit ad *Balemanniam*, D. *Stocmannum* Medi-

Medicum advocari curat, qui ætate, naufragio, incommodis itineris fractas vires advertens, vitæ terminum imminere præsagit. Secundo ab ingressu in istam urbem die (qui St. Vet. erat XVIII. Augusti. An. cIↃ IↃcXLV.) D. *Iohannem Quistorpium* Theologum, horâ nonâ vespertinâ ad se vocat. Accessit, propemodum in agone virum constitutum offendit, compellavit, seque nihil maluisse affirmavit, quàm ut ei cum ipso incolumi sermones sociare licuisset. Regerit GROTIUS, *ita Deo visum fuit*. Pergit *Quistorpius*: ut ad beatam emigrationem se componat peccatorem agnoscat, super commissa doleat, monet; quumq; inter loquendum Publicani peccatorem se fatentis, & ut Deus sui misereretur peccantis, meminisset: Respondet *Grotius*: *Ego ille sum Publicanus*. Progreditur *Quistorpius*, ad Christum, extra quem nulla est salus, ipsum remittit. Subjicit ille: *In solo Christo omnis spes mea est reposita*. Hic verò clarâ voce precationem illam Germanicam Germanicè recitabat, quæ incipit: HErr Jesu Christ wahr Mensch und Gott / ꝛc. Ille, complicatis manibus, submissâ voce illum insequebatur. Quum finivisset *Quistorpius*, quæsivit an illum intellexisset: Respondet *Grotius*, *probè intellexi*. Pergit hic Theologus illa recitare ex verbo Dei, quæ jam jam morituris in memoriam revocari solent, & quærit, an ipsum intelligat? Resp. *Vocem tuam audio, sed quæ singula dicas, difficulter intelligo*. Quum hæc dixisset, planè conticuit, & brevi post spiritum exhalavit, in puncto duodecimæ nocturnæ. Hæc ergo est Catastrophe vitæ ab GROTIO, summo Viro, actæ. Cadaver Medicis post commissum est. Intestina lebeti aheneo imposita, ut in templi primarii, Mariæ Virgini sacri, locum honoratissimum reponerentur, à templi præfectis facilè fuit impetratum. Molliter cineres cubent!

In Effigiem

HUGONIS GROTII.

Depositum Cœli, quod jure Batavia mater
Horret, & haud credit se peperisse sibi:
Talem oculis, talem ore tulit se maximus HUGO;
Instar, crede hominis, cætera, crede, Dei.

DAN. HEINSIUS.

IN EANDEM.

Qualem istum in tabula GROTIUM *depinxit aena*
Pictor, in investi corpore talis homo est.
Ingenium atq; animum, cui tos Sophia omnibus armis,
Pingere si libitum est, DIC. DEUS *hic habitat.*

GASP. BARTHIUS.

SCRIPTA.

Notæ in Martiani Min. Felicis Capellæ Satyricon, in quo de Nuptiis Philologiæ libri duo, & Mercurii, de septem Artibus Liberalibus libri singulares: *Lugd. Batav.* 1599. in 8.

Syntagma Arateorum, sive Notæ in Arati Phænomena Græca & versiones Ciceronis, Germanici & Avieni, inq; imagines siderum cum supplemento versionis Ciceronianæ & figuris æneis: *ibid.* 1600. in 4. 1655. in 4.

Metaphrasis Latina libri Belgicè scripti à Simone Stevino, cui nomen λιμενευρετική, sive portuum investigandorum ratio: *ibid.* 1599. in 4.

Adamus Exul, Tragædia, aliorumq; ejusdem generis Carminum cumulus: *Hagæ* 1601. *Amsterod.* 1635. in 4.

Pontifex Romanus, Rex Galliarum, Rex Hispaniarum, Albertus Cardinalis, Regina Angliæ, Omnes Fœderati: *Lugd. Bat.* 1599. in 8.

Christus Patiens, Tragædia: *ibid.* 1608. in 8. 1635. in 12.

Anglicè: *Lond.* 1640. in 8.

Mare liberum, sive de jure, quod Batavis competit ad Indicana commercia, dissertatio: *ibid.* 1609. *Amsterod.* 1632. in 8. *Lugd* 1633. in 12.

Commendatio Annuli metricè: *Lips.* 1609. in 4.

De Antiquitate & Statu Reipublicæ Bataviæ, liber: *Lugd. Bat.* 1610. 1633. in 4. *Amsterod.* 1663. in 8.

Ordinum Hollandiæ ac Westfrisiæ Pietas, à Sibrandi Luberti Epistola nupera calumniosa, vindicata: *Lugd. Bat.* 1613. in 4.

Marci Annæi Lucani Pharsalia cum notis: *ibid.* 1614. 1626. 1658. in 8. 1670. in 12.

Poëmata: *ibid.* 1617. 1639. in 8. *Paris.* 1645. in 12. *Amsterod.* 1670. in 12. Accessit his Sylva ad Fr. Aug. Thuanum: *Paris.* 1621. in 12.

Chronicon Hollandiæ, de Hollandorum Republica & rebus gestis commentarii: *Lugd. Bat.* 1617. in 4.

Defensio fidei Catholicæ, de satisfactione Christi, adversus Faustum Socinum: *ibid.* 1617. *Roterod* in 4. *Oxonia* 1665. in 12.

Remonstrantium in Belgio Semi-Pelagianismus, in pietate Ordinum Hollandiæ ac West-frisiæ, defensus: *Basil.* 1618. in 8.

Dicta Poëtarum, quæ apud Joh. Stobęum extant, Latinè versa & emendata: *Parisiu* 1622. in 4.

Apologeticus eorum, qui Hollandiæ Westfrisiæq; & vicinis quibusdam nationibus ex legibus præfuerunt ante mutationem, quæ evenit anno cIↃ IↃ cxviii. scriptus: *ibid.* 1622. 1640. 1665. in 12. *Heidelb.* 1629 in 8.

De jure Belli ac Pacis libri III. *Paris.* 1625 in 4. *Francof.* 1626. *Amsterod.* 1611. in fol. 1632. 1642. 1646. 1651. 1660. 1663. 1667. 1670. &c. in 8.

Germanicè: *Harlem.* 1635 in 4.

Belgicè: *Amster.* 1651. 1657. in 4. *Harl.* 1635. in 4. *Dordrecht* 1644. in 4.

Lucretius cum notis Græc. & variis lectionibus. *Lugd. Bat* 1626. in 8.

Excerpta ex Tragœdiis & Comœdiis Græcis, tum quæ extant, tum quæ perierunt, emendata & latinis versibus, reddita: *Paris.* 1626. in 4.

Historia Obsidionis Bredæ: *Antverp.* 1626. in fol.

Euripidis Phenisse emendata & latina facta: *Amsterod.* in 8.

Obsidio Grollæ: *ibid.* 1629. in fol.

De Imperio Summarum potestatum circa sacra, cum scholiis Davidis Blondelli: *Paris.* 1637. 1648. *Haga Comit.* 1652. 1661. in 8.

Tragædia Sophrompaneas: *Amsterod.* 1635 in 12.

De Veritate Religionis Christianæ: *Lugd. Batav.* 1633. 1640. *Amsterod.* 1662. 1674. in 12. *Paris.* 1640, in 8. 1650. in fol. *Oxon* 1660. in 8.

Anglicè: *Lond.* 1656. in 8.

Germanicè: *Holmia* 1656. in 12.

Belgicè: *Amsterod.* 1652. in 4. 1653. in 12.

Gallicè: *ibid.* & *Paris.* in 12.

Arabicè per Edvv. Pocockium: *Oxon.* 1660 in 8.

Dissertationes de studiis rectè instituendis: *Lugd. Batav.* 1637. & *Amsterod.* 1645. in 12.

Com-

Commentar. de Anti-Christo: *Amsterod.* 1641. in 8.

In Cornelium Tacitum notæ & emendationes: *Lugd. Bat.* 1640. in 12. *Venetiis* 1645. in 12. *Amsterod.* 1649. in 12. 1673. in 8.

Explicatio quorundam locorum S. Scripturæ, in quibus agitur de fide & Operibus: *Amsterod.* 1640. in 8.

Explicatio Decalogi: *ibid.* 1640. in 8.

Annotata in Georgii Cassandri Consultationem: *ibid.* 1641. in 8.

Annotationes in IV. Evangelistas, quibus accesserunt Annot. in Cap. II. 2. ad Thessal. in Apocal. c. 13. in principium Epistolæ ad Ephes. Explicatio Decalogi, Appendix de Anti-Christo: *ibid.* 1641. in fol.

Dissertatio de Origine Gentium Americanarum: *ibid.* 1642. in 8.

Votum pro Pace Ecclesiastica: *ibid.* 1642. in 8.

Florum Sparsio, sive Notæ breves ad jus justinianeum: *ibid.* 1643. in 12.

Philosophorum Sententiæ de Fato, & de eo, quod non in nostra est potestate: *Paris.* & *Amsterod.* 1640. 1648. in 12.

Annotata ad Vetus Testamentum: *ibid.* 1644. in fol.

Epistolæ ad Gallos: *Lugd. Bat.* 1648. 1650. in 12. *Lips.* 1674. in 12.

Annotationes in Acta Apostolorum & Epistolicas: *Parisiis* 1646. in fol.

Annot. in Novum Testamentum: *Paris.* 1644. 1650. 1660. in fol.

In Apocalypsin Annotat. unà cum libris de Veritate Religionis Christianæ: *ibid.* 1650. in fol.


Deploratio Pacis Germanicæ, sive Dissertatio de Pace Pragensi tam infaustè, quàm injustè inita, Pragæ Bohemorum 20. 30. Martii Anno. 1637. sub nomine Justi Asterii JCti: *Paris.* 1639 in 4.

Germanicè, sed mutilatè 1669. in 8.

Adscribitur hoc scriptum Hugoni Grotio à Georgio Hornio, in orbe Polit. part. 2. p. 38.

Examen Comitiorum Ratisbonensium, sive Disquisitio Politica, de nupera Electione novissimi Regis Romanorum: *Hanoviæ* 1657. in 4. An sit quoq; Grotii scriptum, Vincentius Placcius in Syntagmate de Pseudonymis p. 153. vix ea de re dubitat.

Animadversiones in Animadvers. Andreæ Riveti: *Amsterod.* 1642. in 8.
Epistola ad Jacobum Laurentium: *ibid.* 1642. in 8.
Belgicè: *ibid.* 1642. in 8.
De Trapezitis sive Longobardis, qui in fæderato Belgio mensas fœnebres exercent, dissertatio: in 8.
Via ad pacem Ecclesiasticam: *Amsterod.* 1642. in 8.
Rivetiani Apologetici, pro schismate contra Votum Pacis facti, discussio: *Irenopoli* 1645. in 8.
Tractatus aliquot Argumenti Theologici, juridici & Politici: *Amsterod.* 1652. in 12.
Procopius: *ibid.* 1655. in 8.
Historia Gothorum, Vandalorum & Longobardorum partim versa partim in ordinem digesta: *ibid.* 1655. in 8.
Annales & historiæ de rebus Belgicis: *ibid.* 1657. in fol. 1658. & 1668. in 12.
Grotii & Berneggeri epistolæ mutuæ: *Argent.* 1667. in 12.
Epistolæ ad Israëlem Jaski: *Dantisci* 1670. in 12.
Inleydinge tot de Hollandsche Rechtsgelehrtheit: *Delf.* 1655. in 4. & 8. *Harlem* 1639. *Amsterod.* 1637. 1667. in 4. *Gravenhage* 1631. 1667. in 4.
De Practyck van de Hove van Holland: *Gravenhage* 1667. in 4.
Van de Weltelycke regeeringh von Holland en Westfrisland: *Paris.* in 4.
Hooft-puncten: *Vredestadt* 1655. in 8.
De iis Grotii scriptis, quæ sine auctoris nomine prodiére, disertè & prolixè agit Dn. Christoph. Arnoldus, in selectioribus Georgii Richteri Epistolis pag. 475.



VITA

VITA
V. CL.
ERYCI PUTEANI,
Historiographi Regii, inq; Academia Lovaniensi Professoris industrii & longè famigeratissimi,
Paucis descripta
à
VALERIO ANDREÆ, JCTO.



RYCUS PUTEANUS, Venlone, Geldriæ superioris oppido, anno cIↃ IↃ LXXIV. Prid. Non. Novembris (die S. Modestę Sacro) natus est, patre ***Ioanne***, viro Consulari, Bamelrodiæ stirpis, matre ***Gertrude Segers***, ***Henrici*** Prætoris Venlonensis, filiâ. Ab ipsis quasi unguiculis, nil nisi Martem spirans, non alia ferè crepundia; quàm arma tractabat, sæpiusq; inter milites quàm pueros versabatur. Verum à matris obitu Dordracum translatus, & litteris elegantiisq; admotus, æquales inter mox excelluit, & varia industriæ præmia tulit, à Præceptoribus, uti fieri assolet, proposita. Eloquentiam deinde & Philosophiam Coloniæ Agrippinensium à Patribus S. I. hausit; jam inde mirum in modum Mathesi, Musicæ, Picturæq; deditus. Jus civile Lovanii didicit, tituloq; Baccalaurei seu Lyræ anno cIↃ IↃ XCVII, XV. Calend. Julii insignitus fuit; ***Iusto Lipsio*** tunc perquam familiaris & carus: quem ut audiret, oblatam à Serenissimo Bavariæ Duce per Præceptores suos Cimeliorum præfecturam & custodiam neglexit. Ejusq; suasu atq; auspiciis, transacto Lovanii biennio, eodem anno in Italiam profectus, ab Illustriss. atq; Excell. ***Ioan. Fernandao Velascio***, Mediolanensi Gubernatore, aliquandiu detentus

tentus, in Magnatũ amicitiam penetravit; quamvis præcipua illi & litteraria consuetudo intercederet cum Clariss. Viris, famâ & scriptis illustribus, *Lud. Septalio, Io. Baptista Sacco, Io. Bapt. Si vatico*, aliisq; Patavium deinde, valetudinis & simul studiorum causâ, se contulit, ac domo Perillustris Viri, *Ioan. Vincentii Pinelli* usus est. Hinc verò anno cIↃ IↃ CI. cum XXV. ætatis ageret, Mediolanum ad publicam & Palatinam Eloquentiæ cathedram revocatus, magis magisq; ingenium intendere cœpit, & sparsâ jam aliquâ nominis famâ, Historiographi quoq; titulo à Rege Catholico auctus, Romæq; in Civium Patriciorumque numerum cum tota posteritate solenni Senatusconsulto an. Dom. cIↃ IↃCIII. adscriptus, ac Mediolani in ordinem Doctorum J. U. more ritúq; majorum, cooptatus, firmatâ ibidem sede, cum familiam aleret, an. cIↃ IↃCIV. Prid. Cal. Martii uxorem sibi elegit, curarum sociam, Mariam-Magdalenam-Catharinam *Turrianam*. Verùm anno cIↃ IↃCVI. à Serenissimis Belgarum Principibus, Brabantiæq; Ordinibus in Belgium evocatus, & successor *Iusto Lipsio* datus, familiam transtulit Lovanium, qua in urbe totos XXXVI. annos docuit & scripsit, viris Principibus ac Magnatibus cæterisq; omnis ordinis Primoribus in Belgio, & extra, in primis gratus, vel modestiæ ac doctrinæ gratiâ, ut vel epistolarum ingens moles atq; apparatus fidem facit. Talemq; adhuc juvenem deprædicabat Lipsius, *vitâ* scilicet *moribusq; modestum, ingenio ad optimas artes facili & tenaci, versu & prosâ bonum*: & portò talem ipse se egregiè præstitit. Superavit enim hæc, aut si quæ alia sunt encomia. Atticumq; styli acumen pari elegantiâ & facilitate usurpans, ostendere non minus vivendo quàm docendo semper studuit, in literis etiam sapientiæ ac virtutis studium contineri. Aliquid Justi Lipsii etiã in vultu ac voce ejus esse, plures confessi sunt, præsertim qui Lipsium eâ ætate noverunt. Una ei cura semper fuit, bene de juventute & Republica mereri. Dignus proinde, qui Serenissimo *Alberto Pio* à consiliis esset, & *Philippo IV.* Regi Catholico in Belgio quoq; hoc nostro ab Historiis. Dignus etiam, cujus Palladi, igenio, studiisq; Arx ipsa Lovaniensis, Præfecturæ titulo, serviret. Scripsit multa, partim in Belgio; Oratoria, Epistolica, Philologica & Philosophica, Historica, Politica & Mathematica, utraq; oratione, ac rythmo quoq; vernaculo, Atticus. Obiit autem Puteanus Lovanii anno cIↃ IↃCXLVI. *qui profectò* ut alibi de eo *Boxhornius* scribit, *eximium seculi nostri ornamentum fuit, & sequun-*

quentium omnium, si virtuti ac literis, quod debetur decus, maneat, immortale erit.

ERYCI PUTEANI
MEMORIÆ ÆTERNÆ.

CANDOR IPSE, LEX AMORIS, IPSA LEX MODESTIÆ,
LEX SUAVITATIS IPSA, VERA LEX FACUNDIÆ,
LUMEN ORBIS ERUDITI, SECULI FULGOR SUI,
NEMINI INVIDERE NATUS, MAIOR INVIDENTIBUS,
OCCIDIT MORTIQUE CESSIT, NESCIUS TAMEN MORI.
HUNC VERERE ET ÆMULARE LIVOR, AUT VICTUS TACE.

VIRO SUMMO,

JUSTI LIPSII SUCCESSORI,
CANDORIS ET HUMANITATIS MEDULÆ,
IN EXEMPLUM ERUDITIONIS AC VIRTUTIS NATO,
BATAVII AMICI POSUERUNT.

SCRIPTA.

Reliquiæ, sive Geniales sermones: *Mediol.* 1598. in 4. *Francofurt. ad M.* 1602. in 8.

Musathena, sive septem discrimina vocum: *Mediolan.* 1599. *Venetiis* 1600. in 4. *Francof.* 1602. in 8.

Panegyricus Præsidi Senatuiq; Mediolanensi dictus: *ibid.* 1601. in 8.

Syntagma περὶ στιγμῆς, seu Facula Distinctionum: *Lovan.* 1600. in 8. *Jenæ* 1632. in 12. *VVitteb.* 1671. in 12.

Pro titulo Professorio Gratiarum Actio, sive Eloquentiæ Auspicia, ad Senatum Mediolanensem: *Mediol.* 1602. in 4.

Biennii Apologismus; de perfecti Rhetoris officio, sive Eloquentiæ Auspicia secunda: *ib.* 1602. in 4.

Iter Noniarum: *Venetiis* 1600. & *Francof.* 1602. in 8.

De Rhetoribus & scholis Palatinis Mediolanensium Dissertatio: *Mediol.* 1603. in 8.

Thyrsi Philotesii, sive Amor Laconissans: *ib.* 1604. *Lovan.* 1609. in 12. *Colon.* 1604. in 8.

Dissertatio de facilitate linguæ Græcæ: *Mediol.* 1605. in 8.

Historiæ Medicææ Epideigma, sive de vita & rebus gestis Jo. Jacobi Medicæi: *ib.* 1605. in 4. *Antverp.* 1639. in 16.

Pro Raphaele Montorsano: *Alexandriæ* 1605. in 4.

Suada Auspicalis, sive Orationum selectarum Præmetium, cum Epidigmate Historico: *Hanov.* 1606. in 8.

De L. Julio Floro, deq; titulo ac munere Historiographico.
De usu fructuq; librorũ & Bibliotheca Ambrosiana: *Mediol.* 1606. in 8.
De Erycio Nomine Syntagma: *Francof.* 1606. in 8.
De Laconismo syntagma: *ib.* 1608 in 8. *Antverp.* 1609 in 12.
De Puteali Libonis: *Mediol.* 1606. in 8.
In Sciopum declamatio: *ib.* 1606. in 12.
Lipsiomnema Anniversarium, sive laudatio funebris Justi Lipsii, die anniversario habita: *Antverp.* 1607. in 4.
Juventutis Belgicæ laudatio: *Lovan.* 1607. in fol.
Comus, sive Phagesiposia Cimmeria, de Luxu Somnium: *ib.* 1608. in 12. *Antverp.* 1611. in 8.
Hispaniarum Vindiciæ Tutelares, quibus Adventus D. Jacobi Apostoli in hæc regna & prædicatio asseruntur: *Lovan.* 1608. in 4.
De libris & libellis: *ib.* 1609 in 12.
Consolatio Cæcitatis: *ib.* 1609. in 12.
Stimulus sive exhortatio ad literarum studia: *ib.* 1610. in 12.
Palæstra bonæ mentis: *ib.* & *Francof.* 1611. in 4. 1615. in 8. *Lugd. Bat.* 1623. in 8.
De Assumptione homilia: *ib.* 1610. in 8.
Homilia de purificatione Matris Virginis: *Lovan.* & *Francof.* 1612. in 4. cum figuris æneis: *Monachii* 1616. in 16.
De præstantia Historiæ Curtianæ præfatio.
Cryptographia Epistolica, cum epistolis edita; *ib.* 1612. in 4.
De Sapientia Mystica, in Griphum Ausonii.
Epistolarum Atticarum Apparatus, sive Promulsis, in centurias tres distributa: *Lovan.* 1612. in 4. *Lugd. Bat.* 1616. in 8. Missus secundi; item in centurias III. Bellaria Centuriæ totidem: Deliciæ adoptivæ, centuria una: *ib* in 4. & 8.
Democritus, sive de risu, dissertatio saturnalis: *Lovan.* 1614. in 4.
In Isaaci Casauboni ad Front. Ducæum epistolam stricturæ liber prodromus: *ib.* 1612. in 4.
Encomium Ovi: *ib.* & *Monachii* 1617. in 12. *Lugdun. Bat.* 1643. in 12.
Historiæ Insubricæ sive Barbaricæ libri VI. qui irruptiones Barbarorum in Italiam continent: *Lovan.* 1614. in 8. *Antverp.* 1634. 1639. in 16. Plenis commentariis illustrati, cum Barbarorum encomio correcti & aucti à Rudolpho Gothofredo Knichen: *Lovan.* 1630. *Lips.* 1676. in folio. *Helmst.* 1669. in 4.
Histo-

Historiæ Cisalpinæ libri II. *Lovan.* 1614. in 4.
Homilia de Annunciatione: *ibid.* 1618. in 4.
De Cometa anni cIↃ IↃc XVIII. Paradoxologia: *ib* & *Colon.* 1619. in 12.
Martyremata Academica, sive doctrinæ & probitatis testimonia: *ibid.* 1618. *Antverp.* 1645. in 24.
Arx Lovaniensis à Principibus lustrata: *ibid.* 1619. in 12.
S. Genovefæ, Ducis Brab. filiæ, Iconismus: *ibid.* 1618. in 4.
De officio judicis Dissertatio: *ibid.* 1619. in 8.
Suada Attica, sive Orationes selectæ: *ibid.* 1615. in 8. *Lugd. Bat.* 1623. in 8. *Amsterod.* 1644. in 12.
Pietatis Thaumata in Protheum Pathenium, unius libri versum & unius versus librum, stellarum numeris sive formis ∞. XXII. variatum *Antverp* 1617. in 4.
In Cornelium Tacitũ affectus, sive præfatio: *Lov.* 1619. in 4.
Bruma, sive Chimonopægnion de laudibus Hyemis: *Ingolstadii* 1619. in 8.
Pecuniæ Romanæ ratio facillimo ad nostram calculo revocata: *Lovan* 1620. in 8. *Colon.* 1628. in 8.
De stipendio militari apud Romanos Syntagma: *ibid.* 1620. in 8.
Enchyridion Ethicum ex Aristotele collectarũ: *ib* 1620. in 8.
Spicilegium in Apulejum: *Francof.* 1621. in 8.
Ænigma regium infantiam populi Romani complectens: *Monachii* 1622. in 12.
Diva Virgo Aspri-collis, beneficia ejus & miracula novissima: *Lovan.* 1622. in 4.
Unus & Omnis, Vis & proprietas unius: *ibid.* 1623. 1633. in 4.
De Eloquentiæ studiis Dissertatio: *ibid.* 1622. in 4.
Phœnix Principum, sive Alberti Pii morientis Vita: *ibid.* 1622. in 4.
Bibliotheca, sive omnium Operum, quæ scripsit. hactenus, edidit, designavit, catalogus: *ibid.* 1622. in 8.
Musarum ferculum & Carmina ejus selecta: *Col.* 1622. in 8.
Epistolarum Atticarum centuria singularis & nova: *Lovan.* 1625. in 4. *Colon.* 1636. *Francof* 1663. in 8.
Elementa Basilica, quibus educatio Principis continetur: *Lovan* 1626. in 4.
Doctrinæ Politicæ fontes, ex Aristot. lib. I. & II. de Republ. perpetuis Aphorismis descripti: *ibid.* 1627. in 4. *Dantisci* 1646. in 12.
De S. Flavia Domitilla, Martyre, Observatiuncula Epistolica, ad locũ Martyrologii Rom. Nonis Maji: *ib.* 1629. in 4.

De Indiciis belli Belgici Dissertat. Polit. 1617. in 4. 1633. in 12.
Olympiades, solâ manu, ut verè annis Mundi respondent, computatæ: *ibid.* 1626. in 4.
Indigitamenta Temporum, sive Fasti perpetui digitorum articulis computati: *Antverp.* 1630. in 4.
Genealogia Puteanæa Bamelrodiorum Venlonensium ab origine urbis sive anno cIↃ.ccc. XLIII. deducta: *ib.* 1630 in f.
Ætarium pietatis novum & militare, sine tributo, vestigali, onere &c. *Bruxellæ* 1630. in fol.
Divæ Virginis Bellifontanæ descriptio: *Antverp.* 1631. in 4.
Circulus Urbanianus, sive linea ἀρχημιμένη compendio descripta, quâ dierum civilium principium Hieraticum constituitur: *Lovan.* 1632. in 4.
Idea Virtutis, Principis unius omnium optimæ, Isabellæ Claræ Eugeniæ vitâ & morte in exemplum delineata: *ibid.* 1634. in 4.
Purpura Austriaca Hiero-basilica Sereniss. Principis Ferdinandi, Hisp. Infantis, S. R. E. Cardin. effigiem colore panegyrico repræsentans: *Antverp.* 1635. in 4.
Belli & Pacis Statera: *Lovan.* 1633. in 4.
De quatuor principiis diei, ab A. V. Joan. Boyvino propositis, Theoresis: *ibid.* 1632.
Circuli Urbani Vindiciæ, adversus Jacobum Michalorum, Urbinatem: *ibid.* 1633. in 4.
Historiæ Belgicæ liber singularis, de obsidione Lovaviensi cIↃ IↃ cxxxv. *Antverp.* 1636. in 16.
Epistolarum Atticarum Apparatus novus: Centuria I. & II. *ibid.* 1637. III. & IV. *ibid.* 1639. in 12. *Amster.* 1646 in 12.
Pompa Prosphonica, sive Præfationum syntagma: *Lovan.* 1639. in 8 & 12.
Auspicia Bibliothecæ publicæ Lovaniensis: *ibid.* 1634. 1639. 1644. in 4.
De Bissexto, nova temporis facula, quâ intercalandi arcana hactenus obscura illustrantur: item Corona radiata, sive dierum apud Indos Diorthosis, Fastis exæquandis necessaria: *ibid.* 1637. in 4.
Dissertatio de belli fulmine Langreano, quo plures ordine & distincto incendio globi ex uno eodemq; tormento explodunturi: *Bruxell.* 1640. in fol.
Theatrum Heroicum, Imperatorum Austriacorum, Ducum Burgundiæ & Regum Hispaniarum: *ibid.* 1642. in fol.
Ad Constantinum Hugenium & Danielem Heinsium Epistolæ, edête M. Z. Boxhornio: *Lugd. Bat.* 1642. 1647. in 12.

Muni-

Munitionum Symmetria: *Lovan.* 1645 in 12.
Vitæ humanæ Bivium, Virtutum & Vitiorum lineæ, notis Ethicis distinctæ, libri tres: *ibid* 1645. in 12.
Methodus litterarum, sive sermonis & rerum lineæ, quæ ad eruditionem faciunt: *ibid.* 1645. in 12.
Civilis doctrinæ lineæ: *ibid.* 1645. *Dantisci* 1646 in 12.
Bruxella, luminibus Historicis, Politicis, Miscellaneis distincta & explicata, cũ figuris æneis: *Bruxell.* 1646. 1656. in f.
De Nundinis Romanis: *Lovan* 1646 in 12.
Epistolarum centuriæ posthumæ: *ibid.* 1662. in 8.
Loffreden der Nederlantsche jonckheit: *ibid.* 1608. in 8.

AD EXEQUIAS
CLARISS. ATQUE EXIMIE DOCTI
D.M. HULDARICO
SCHONBERGERO
WEIDA-PALATINO
VIRO OCULORUM COECITATE AFFLICTO QUIDEM,
AST INTER ACUTISSIMOS PHILOSOPHOS NUMERANDO,
QUI
UTI CUM SINGULARI ACADEMIÆ ORNAMENTO VIXIT,
SIC CUM TRISTI DESIDERIO HANC RELIQUIT,
SOLVENDAS,
CIVES SUOS INVITAT
RECTOR ET SENATUS ACADEMIÆ REGIOMONTANÆ.



IMMERIORUM decantatissimas tenebras prout nemini, nisi Historiæ omnis ignaro & experto, obscuras esse confidimus: ita certissimo omnium consensu, quam simillimos iis populis eos esse, quibus non investigando Dei consilio, vel ipsa nascendi sors, vel sequioris fortunæ casus oculorum negavit usum, omnis asserturos arbitramur. Utrique enim nobilissimo visus privati beneficio, nihil eorum omnium, quæcunque intra vastissimum hujus universi orbem, stupendâ elegantiâ ornata, &

& immortali nominis sui manifestando honori, & oblectationi hominum augendæ, produxit Creatoris omnipotentia, oculis usurpare queunt, sed æterna obruti nocte, inter Orcum versantes atque solem, non tam vitam agunt, quã mortis quodam exercentur præludio. Quamvis verò sat gravis utrobique videatur status, hoc unico tamen posteriores illos superare meritò dicimus, quod cum illi & corporis, & mentis oculo simul corrupto utentes, quem ipsi non vident, aliis quoque nec lucere, nec in mundo omni esse negent Solem; hi plerumque ita mentis acumine, nullum aut obtusum visus sensum rependere soleant, ut, quodcunq, nunquam oculis lustrarunt, in ejus cognitionem non modo ipsi, acutissimâ sagacitate penetrent, sed & aliis exactissimè ea cognoscendi existant Autores, sicq; quod, de se illustrissimus, ex Cœcorũ ordine, Oratoriæ Gallis Regius dicit, cœci aliis conentur lumen accendere, &, quibus dux opus est ambulantibus, videntibus monstrent viam. Novimus alias, immensam Dei Creatoris potentiam, cum ex omnibus, tum ex triplici maximè oculi constitutione, ita illustrissimè elucere, ut jam non admiratio, sed stupor insuper hominum provocetur. Sive enim magnum illum mundi oculum Solem, & innumera, quæ inde promanant, operationum genera cogites, annon inter admirandorum maxima etiam sacra pagina eundem refert? Sive porro, quæ mentis nostræ oculus est, & accuratissimam abstrusissimorum etiam perspicit indolem, rationem cogites, annon ipsius divinitatis particulam eâ ipsâ concessam nobis novimus? Si verò, qui Redemptore ipso teste, corporis lux est, oculi exterioris, qui proprium visionis organon est, & fabricam, & insignes excutias actiones, quis dignè omnium rationem atq; varietatem describat? Neq; enim ignotum, quantas concertationum Disputationumq; occasiones, inter universum literatorum ordinem, singulorum contemplatio suppeditaverit. Verum prout nobilissima oculorum horum indoles est, ita gravissimis mutationum vicissitudinibus subjacent, quibus illustrissimæ singulorum claritati, teterrima inducitur obscuritas, dum vel Ecclipsis Solem, vel delirium rationem, vel cœcitas visum turbat. Atq; hujus in primis (neq; enim de reliquis agere præsens concedit institutum) prout summam paulò ante proposuimus miseriam; ita intolerabilis omninò eadem foret, nisi alter ille mentis oculis ita suppleret ejus defectum, ut cessantibus, per cæcitatem, in exteriori visus sensu omnipotentiæ divinæ miraculis, longè

longè efficacius eadem videnda sese in interiori intellectus contemplatione præberent. Innumera quippe ex annalibus eorum exempla adduci possent, qui æternâ cæcitatis nocte oppressi, ea egerunt, quæ etiam oculatissimis laudis palmâ præripere possent: nisi & instituti diversitas obstaret, & vota pleraq; putaremus. Ecquis enim Apii Claudii cœcitatem, exactissimè in honestam patriæ cum Pyrrho pacem prævidisse, adeoque dissuasisse, ignorat? Ecquis Cn. Aufidium Prætorium, inter cœcitatem, non modò prudentiæ lumen, saluberrimis consiliis publicæ privataèq; saluti; sed & eruditionis, elegantissimâ Græcæ Historiæ conscriptione, orbi omni accendisse non legit? Drusus verò aliorum, ob cœcitatem, in ambulando ductu egens, quoties innumeris id requirentibus, agendorum ducem se præstiterit certissimum, haud obscurus Autor docet. Magna hæc sunt acutissimæ mentis argumenta; ast quid Diodorus Stoicus, qui præter exactissimam sapientiæ possessionem, felicissimamq; professionem, fidibus quoq; inter cœcitatem utens, ac Geometriæ exequens parte, ea cœcus executus est, quæ absque oculorum ministerio vix peragi posse crederes, videtur? Non allegamus plura è remotioribus seculis stupendæ ejus rei exempla, cum nec nostra memoria desint ejus generis plurima, quæ pari, si non majori, admiratione animum percellant. Produxit superiori seculo Hadria Italiæ admirandæ Eloquentiæ, ac celeberrimæ maximæ famæ Oratorem LUDOVICUM GROTTUM, qui inauditâ fere facundia, quâ diversas, easq; Illustrissimas, ad Summos mundi Reges Principesq; Legationes susceptas ornavit, ita patriam suam illustravit, ut clarissimum hæc, ab obscurâ illius cœcitatis nocte, acquisiverit splendorem; ne dicamus, quantum lucis Oratorum scholis intulerint, illustrissimi ejus Panegyrici. Nec defuit eidem terræ alius illustrissimi nominis autor, qui cœcus & ipse, elegantissimas Harmonicis Numeris cantiones, non minori cum laude, quâ suavitate adstrinxit. Gallia verò quanta cum nominis sui celebritate, magnum, cujus antea meminimus, Oratorē PASSERATIUM, eadem visus jacturâ infelicem, & recentius, & notius proinde est, quam ut ejus prolixior à nobis enarratio fiat. Fuit hucusq; & nostra hæc Academia non incelebris eo nomine, quod inter honoratos suos cives numeraverit, cui hoc die exequiæ fiunt, VIRUM CLARISSIMUM ATQUE EXIMIE DOCTUM Dn. M. HULDARICUM SCHOENBERGERUM WEIDA-PALATINUM, qui, cum triennem nondum eum, oculi utriusque

usu

usu variolorum morbus privatet, ita mentis acumine excelluit, ut inter celeberrima maximorum Virorum nomina jure merito sit collocandus. Si namq; profundissimam ejus speciem eruditionem, non modò, præter Gallicam, linguarum Orientalium fere omniū exquisitissima cognitione claruit; sed & omnem universæ Philosophiæ complexum ita feliciter animo comprehendit, ut & publicè super abstrusissimis rebus differentem, non absq; stupore sæpius audiverint præsentes; & privatim, summa cum felicissima facilitate, proponentem, quæq; ipse nunquā, nisi minorennis absq; Judicio viderat, cœli, siderum, alarumq;, quas natura producit, occultarum rerum notitiam alios docentem sint admirati. Quam admirandâ vero dexteritate Mechanica tractaverit, vix dictis fides habenda videretur, nisi præsentes & fidibus canentem, & instrumenta Musica fabricantem, & accuratâ sclopetorum tractatione propositos scopos attingentem, & ea manuum ministerio, quæ oculis deficientibus fieri non posse videbantur, producentem opera vidissemus. Quanquā quid mirum? si fidē apud multos hæc non videantur inventura, cum vivi ejusdem famâ exciti, è dissitis etiam aris, plurimi huc accesserint, experturi, si auditis responderet res, ac intuiti majora etiā relatis, cum stupore à nobis discesserint. Natus is est 1601. 1. Dec. Weidæ Palatinorum PATRE INTEGERRIMO AC HONESTISS. JOH. SCHOENBERGERO, CIVE ET SARTORE ibidem, haud leviter tamen à literatura & veræ fidei principiis instructo Viro: MATRE PUDICISSIMA AC LECTISSIMA CATHARINA Grobendörfferin. Initiatus regenerationis Sacramento, sub primam tenerrimæ infantiæ ætatem, annum agens tertium, gravissimo, ut diximꝰ, variolorum morbo afflictus, oculi utriusque, ita volente cœlesti arbitrio, etiam hac vice, omnipotentem Majestatis suæ gloriam successivis temporibus demonstrare, patitur jacturam. Atque ita in tenebris vitam exacturus, ne earundem caligine oppressam mentem gereret, providerunt Parentes, cum privatâ domi institutione præparatum, post exactum 10. ætatis annum, Scholæ in Patria publicæ, non eâ quidem tantorum interis profectum, quantos Deo mirabiliter benedicente obtinuit tandem, spe, sed ut reliquorum fratrum comes, pietatis atque virtutum principia, magis magisq; confirmata disceret, tradiderunt. Verùm cum mox singularis ingenii elucesceret sublimitas, ita, quæcunque audiendo perceperat, & solertissimè ruminando imprimebat, & promptissimè referendo depromebat, ut revera tum jam admiranda cœlestis providentiæ

vis,

vis, haud obscuro argumento pariter elucesceret. Et jam mutatâ tum mente, nolebant amplius promovendis tam laudatissimis Filii conatibus deesse optimi parentes, sed ut felicius succederent, 1619. in Gymnasium Sultzbacense ablegant, in quo sub ductu CL. Dn. M. KUFFNERI, quamvis, post primum ibidem exactum semestre, gravissimo morbo infestatus, biennium tractandis solertissime studiis feliciter impendit. Ao. 1621. Altorfium petiit, ibidemque publicè CLARISSIMORUM VIRORVM informatione ac conversatione usus, Anagnostæ verò domi operâ adjutus, insignes in eruditione facit progressus. Anno porrò 1623 mense Junio Lipsiam adiit: hic verò, postquam egregiis speciminibus eruditionem suam demonstrasset, 1624. Dominicâ quidem Reminiscere, primis in Philosophiâ Baccalaureatus; anno verò subsequenti, 27. Junij, post defensas publicè, horis matutinis & meridianis, quas proposuerat, theses, supremis honoribus, attestante ejus rei fidem solenni inclytæ Academiæ Lipsiensis testimonio, fuit ornatus. Hinc ergo eo præmio illustris, Hafniensem adit Academiam in qua cum varios invidiæ, etiam honores col atos, atque testimonio publico confirmatos in dubium vocantis, experiretur morsus, discedens inde Holsatiam, comite amico quodam, est ingressus, in qua, præter alios fautores, quorum liberos fidelissimè informabat, NOBILISSMI inprimis ac MAXIME STRENUI Dn. OTTONIS BLUMII, cui eandem operam addixerat, singularem benevolentiam atque liberalitatem expertus, gratissimâ memoriâ prædicare haud semel hanc solebat. Hamburgo quoq; quinquennium destinavit, ac pari fide primariorum ejus Reip. Virorum filios curans, magno incremento horum studia juvit. Tandem 1645. ad nos accedens, cum singulari planè Academiæ ornamento vixit, ac non amori tantum, sed admirationi etiam omnibus fuit. Et qui posset aliter? Tanta namq; eruditio, cum miserrimo adeò naturæ defectu conjuncta, quem non admirandã cœlestis potentiæ bonitatẽ cogitandam excitaret, dum ea cœcus hic noster mente videbat, quæ acutissimi oculi cognitionem fugiunt. Testantur, de insigni in omni ferè scibili eruditione, publicæ Cathedræ non Academicæ modo, quæ Disputantem eundem tenuerunt, sed & Ecclesiasticæ, è quibus ad populum habitis sermonibus magnalia Dei prædicavit. Quanto verò cum applausu docuerit, uti frequentissim⁹ ad eum, dum viveret, Auditorũ concursus; ita, post quã subtractus nobis est, tristissimum illud desiderium, quo reposcunt defunctum, nõ obscurius testatur.

Sed

Sed & quæ de Mechanicis antea diximus, manufacta, quæ ab ipso perfecta partim,partim inchoata, & ultimam,si vixisset,ab ipso manum præstolata supersunt;satis confirmant.Atque ita cum hominibus sese probaret,ne à Deo improbaretur, omni studio,quantum per hominem licuit, curavit. Hinc, quod cœcitatis malum à Divina voluntate contigisse sibi noverat,& æquissimo animo tulit,& difficultatem ejus ; contemplatione rerum divinarum humanarumque lenivit. Non equidem ignota ipsi erant,quæcunque sublevandæ ejusdem causa,de commodis ejusdem profana passim consignavit sapientia: Sed omnium efficacissimum ejus lenimentum, mentis habebat lucem,cœleste verbum,&,quem hoc clarissime monstrat, Justitiæ Solem JESUM. Hujus radius modo sibi affulgeret,in satis claro lumine versari se putabat, cujus splendore illustratus,veram Dei lucem intueretur. Ita dum pedes Solis radius,quâ ambularent,tegere non poterat; animus,ut in luce ambularet,Divino isto ductore nunquam destitutus fuit,quin prout vivum tutissimè duxit, ita moribundum felicissimè fuit comitatus. Cum namque, paucis ab hinc diebus,22. Aprilis,maligna febri correptus,virium defectu, maliq; præsentissimorum remediorum eludentis virtutem,pertinacia,novissima instare videret,cœlesti epulo refectus,hisce fortiter sustinendis se præparavit.Atq; ita ut posset etiam, voluit Dei bonitas , cum Calendis Maij circa VII. matutinam,animam beatissima morte ad cœlestia,intra 48. ætatis annum,hinc evocaret. Et quis jam beatissimam illam cœlestis lucis claritatem,quâ perfusus beatissimus hic noster resplendet,exponat ? Nihil ille vel Solaris,vel stellaris , è miranda illa sphæra promicantis,claritatis vidit,aut, si vidit, inscius vidit : at nunc operto oculo,ipsum Justitiæ Solem,ineffabilem Divinæ Majestatis splendorem,ac mille cœlestium Spirituum,igne illustrius fulgentium,radios usurpat.Ignorabat, dum viveret , quodcunq; blandiri oculis nostris inter mundi vanitatem solet,sed quantillum est, lethalibus illis illecebris caruisse,& earum loco æterna Dei, solidissimæque jucunditatis visione nunc frui ? Quam cito eripitur omnis oculum pascens amœnitas? ast quam sæpe gravissima oculorum tormenta,quæ paulo ante gratissimæ eorum erant deliciæ,evadunt ? Tale vero nihil Beatissimus hic noster experitur aut metuit. Quod unum autem superest,hodie novissimus honor,circa r. tumulando corpori,exhibebitur,quem cũ vestra sponte Cives,per amorem,quo addictos piè defuncto vos novi-

vimus, frequentes sitis aucturi, pluribus non monemus. P. P. 1649. 5. Maij.

Acutissimo huic Philosopho, SCHOENBERGERO, *Monumentum*, ceu vocat, *Biblicum* erexit linguâ Vernaculâ *Ioh. Georgius Stempelius*, ut gratitudinem suam meritissimo Præceptori declararet, additis insuper tot doctissimorum Epicediis, & imagine ad vivum expressâ, cujus hæc est subscriptio:

SCHOENBERGERUS *hic est, qui lumine captus utroq;,*
Argos Philosophus pectore mille tulit.

SIM. DACHIUS.

DE

ULDARICO SCHONBERGERO,

Philosophiæ Magistro,

Inusitati Exempli Viro,

ad

Posteritatem.

SEra patrum magno lectura volumine fastos
Posteritas, lectu vix habitura fidem,
Post belli varios casus, pacisq; labores,
Regis & infidâ colla recisa manu,
Sarmaticos tandem venies si forte Borussos,
Quid stupeas etiam tempora nostra dabunt:
Schönbergerus id est, qui nostris cæcus Athenis
Vixit, & heu! mæsto funere raptus obit.
Hic utriusque tener fit cassus luminis infans,
Accipit & gemino noctis in orbe chaos.
At, quem perpetuis damnat sors atra tenebris,
Hunc beat alterius lucis honore Deus.
Olliter centum fixit sub pectore soles,
Atque oculis animi cernere cuncta dedit.
Quas habet aut cœlum, quas aut mare, terra vel vidit
Natura varias ingeniosa opes.
Quid loquor Ausoniæ, quid Graja munera linguæ?
Diceret hunc Syrus, & tursus Apella suum.
O quoties docto stupefecit acumine Phœbum
Multiscio pandens pectore grande Sophos.
Vix usa est illo meliore juventa Magistro,
Tam quavis mirè dexter in arte fuit.
Atque ea si scimus tantùm, quæ mente tenemus,
Quolibet hic verè judice doctus erat.

Adde quod argutas norat compingere chordas
Et pulsanda manu nablia sæpe dedit.
Non credenda loquor, sclopo retulisse brabeum
Trajecto solers eminus orbe fuit.
Hunc ubi sæva nimis surreptum fama tulerunt,
Et Musæ & scissis flevit Apollo comis.
Illius ut vita sic Prussia morte superbit,
Exuviis tanti nobilitata Viri.
Si dices aliis hæc turpia secula monstris,
Posteritas, isthoc esse beata feres.

SIMON DACHIUS.

B Regelides querulis mecum lugete Camenæ
Lamentis nostri grandia damna soli,
Et lacrymis deflete piis, Heliconis alumni,
Mœstaque insignem plangite voce virum,
Namque decet fasque est vultus nunc condere luctu,
Gloria ubi Pindi conciditatque Decus.
SCHONBERGER, *quo non Regali hoc clarior alter*
Monte fuit, cujus fama perennis erit.
Doctorum in cœtu celeberrimus ille Sophorum,
Attonitis cuncti quem stupuere animis,
Fonte è Pierio liquidis cum perluit undis
Sæpe tuum pascens Inclyte Apollo gregem.
Helladis omnigena excultum nam pectus habebat
Arte, suasque omnes ipsa Minerva dedit
Ingenii, quantas miramur, & ordine dotes
Nemo notare animo nec numerare valet.
Orbus visu equidem (indignum!) sed corpore tantum,
Flammea at excelsæ lumina mentis habens.
Quicquid utroque fuit Parnassi in colle; quod omni
Artis & Ausoniæ tempore Roma tulit.
Quicquid Aristoteles cuncti Sophiæque Magistri,
Ipseque quin Varro mente libris ve tenent.
Omnia complexum est caput hoc, quod Phœbus amabat
Cuique artem dederant ex Helicone Deæ.
Tithoni hinc fuerat dignus superare senectam,
Aut saltem Pylii vivere secla senis. &c.

SIGISMUNDUS PICHLER, P.P.

Q Vid doceant Arabes, Hebræi, quidve Latini,
Atque Syri, Galli, Grajus & ipse gravis:
Hos alios docuit linguas, licet omnibus ulla
Non fuit in linguis, litera visa sibi.


Et


Et jam Pneumaticum Decreverat instrumentum
Condere . cessisset ne modò πνεῦμα sibi
Hac temerè quamvis nemo, nisi viderit ipse,
Credat, sunt (credat) singula vera tamen. &c.

M. ADAMVS KYS.

SCRIPTA.

In publicis Academiæ Lipsiensis & Regismontanæ cathedris aliquoties disputationes ingenti omnium applausu habuit. Nos Solummodo de Meteoris Aqueis, & de cœlo Cæcum aliquando disputasse vidimus.





VITÆ RENATI CARTESII, SVMMI PHILOSOPHI, COMPENDIVM.

Authore,
PETRO BORELLO,
Medico Regio.



Uædam existere ingenia, quæ natura instar conspicuorum equidem luminum ostendat, sed ea statim ab oculis nostris submoveat, invidiaque nescio qua ab altera manu subito eripiat, quæ ab altera liberaliter concesserat, nemo ignorat. Ejusmodi ingenia paucissima uno in seculo profecit, quare cum Maximus CARTESIUS in eorum numero fuerit, crudele ac ingratum mihi visum est, quod tanti Viri Vita, nullibi adhuc typis mandaretur, publicique juris fieret, quare stylus licet meus rudis nimium pro tanta sit materia, tentare tamen in magnus ausus sum compendium saltem ejus ungulamque illius Leonis vobis exhibere, tanquam integræ vitæ prodromum, si vobis non ingratum fuerit, ne amplius lux tanta veluti sub modio delitescat. De illo enim, quæ de Pythagora cecinit olim Ovidius, dicere meritò possumus.

- - isque licet regione remotus
Mente Deos adiit, & qua natura negabat.
Visibus humanis, oculis ea pectoru hausit
Cumque animo, & vigili perspexerat omnia cura.
In medium discenda dabat.

Anno 1596. Magnus ille Vir, vitales auras haurire incepit inter pictonum & armoricorum in Gallia gentem in urbe Castrum Eraldium dicta, ex Patre Nobilissimo, Patriæ Senatore

tore, cujus familia antiquissima Nobilitate fulgebat, exque secunda ejus uxore unicus fuit, non angusta valde fuit ei domi res, cum sex aut septem librarum millia pro reditu annuo habuerit. Ipsemet vitæ suæ primordia descripsit à pueritia, pag. 3. de methodo, ut notavit Claubergius ; Prof. Teutoburg. ad Rhenum , qui ait Cartesium circa omne scibile studium fecisse , in optimo collegio , veritatem reperire autumans inter eruditos , sed spe sua orbatus, per novennium adfuit , antequam quid sibi faciendum esset decerneret. Vir fuit aspectu pusillus , vultu benignus , parum sed optimè loquens sanus, sobrius, doctrinam suam abscondens , contentionum osor , sed admodo vero falsa detegens, jactatorum hostis acerrimus, rationem authoritatibus præferens , licet iis tamen uteretur, mulierum delectatus est colloquio, memoriam aliorum sæpe optavit , ut ipse testatus est, non enim jactabundus erat, modestus tandem adeò fuit , ut etiam, quæ callebat asserere non auderet. In scholis flexiæ educatus fuit & edoctus, & anno ætatis decimo septimo totum cursum suum seu stadium peregerat. Figura vultus ejus ubique circumfertur, & in Hollandia ac Lutetiæ æri incisa reperitur. Et quoniam utraque valebat Minerva ; viros amavit magnanimos simul atque prudentes , & eruditos, sicque feliciter arma litteris conjungens , occupationibus militaribus etiam minoribus incubuit, apud Batavos, ubi optima est harum rerum schola , voluntarieque per triennium belli tulit incommoda omnia absque ullo stipendio , unicum tantum accepit duplionem , quem semper in militiæ suæ monumentum servare voluit , recusavit etiam militum præfecturam , quoniam militum officio fungi cupiebat, ut ei melius ars illa & labores innotescerent, bisque *Bredæ obsidioni adfuit*, & in pugna Praguensi, unde Italiam petiit, visis tamen Tychonis Brahæi machinis, colloquiisq; cum ejus cognatis institutis. In Italia verò Galileum aliosque claros convenit viros , indeque ad Gavensem obsidionem juxta Genuam venit, & tandem in Galliam rediit, & in obsidione Rupellensi aliisque militaribus actionibus etiam voluntariè adfuit in illa obsidione Rupellæ, memorandam præstitit actionem, coram Cardinali Berullio, aliisque claris ac ingeniosis Viris , qui convocati erant, ut Dominum Chandou de novis Philosophiæ Principiis disserentem audirent , cum enim omnium plausus sermone

suo habuisset excepto Cartesii, ab illo quid de hoc sermone sentiret petierunt, ille tunc laudato Oratoris sermone, cœtum non laudavit, quod verisimili tantum contenti fuissent, & promisit, se quamlibet veritatem duodecim argumentis verisimilibus falsam probaturum, & econtra. Quo tentato, mirati sunt remanseruntque stupefacti, quare petentes, num modus quidam virandorum sophismatum extaret, asseruit illis veritatem mathematicè in omnibus rebus juxta sua principia demonstrari posse, exoratus tunc fuit, ut illa publici juris faceret, quod illis concedere coactus, in Hollandiam sese contulit, ut ea melius digesta ederet. Postea in Daniam iter facere voluit, ubi Stephanus Bressieus noster, Medicus Chimicus peritissimus, & in mechanicis ingeniosissimus (qui eum discendi cupiditate adierat) eum comitatus est, sed ab Imperatoris Cohortibus remoratus fuit in Comitatu Hemedensi: hinc Tirolum & Venetiam adire moliebatur, hincque Casali obsidioni adesse instituerat post biennium futura tamen erat, quæ ostendunt illum regni arcana non ignorasse. Sed Amstelodamum iterum petiit, & inde Lutetiam semper cum familiari nostro Bressieo ut Regis reditui adesset. Anno 1648. in Hollandia fuit & Lutetiæ à Rege optimis evocatus conditionibus. Dum Lutetiæ esset, reditus suos annuos ita direxit, ut ubicunque liberet, per amici manus eos acciperet. Bataviam ergo petiit, ubi opera sua in eremo dilecta egit, quorum Elenchum dabimus. Germaniam & Pannoniam etiam olim viderat, dum veritatem inquireret, ubi Imperatoris coronamento adfuit. Cum inter homines veritatem illam Democriticam in profunda delitescentem reperire nequivisset, se ad libri mundi suimetque contemplationem convertens, anatomiæ, chimiæ &c. incubuit, unde admiranda depromsit, paucos enim libros volvit, quoniam non veraces esse sciebat, exceptis Mathematicis solis, quare cum ab amico, Alcmaëris percunctaretur, an haberet Bibliothecam, & oraretur, ut illi eam ostenderet, ablata tela, ostendit illi vitulum apertum, en meam, inquit, Bibliothecam. O præclarum dictum, sic olim Hipocrates Democritum inter animalia operta studentem invenit. Non lucri vel honorum aut dignitatum mundanarum desiderio pellectus, sed virtutis & veritatis indagãdæ amore philosophabatur. Pari in hoc cum veteribus animo, ideoque more eorum Peregrinatio-

tionibus aliquot annos dedit, exercitus, urbes, & aulas Principum invisendo. Ejus occupationes præcipuè erant circa judicii sive bonæ mentis æquabilitatem, & methodi necessitatem, in otiis hybernis contemplationibus Philosophicis incumbebat, cum militiam sequeretur, & cum sperasset clave eadem Mathematica & Philosophica aperiri posse, adeò mirè naturam cum mathesi conjunxit, ut spe sua potitus sit. Omnes artes & linguas tamen didicerat, omnesque libros brevi tempore evolverat, dum veritatem in illis quæreret, etiam superstitiosos & falsos percurrit, ne quid intactum remaneret. In Philosophicis adeò excelluit, ut juxta vota sua, quæ semper in animo habuerat, Philosophiam planè novam restituerit veraque principia, & ratiocinandi methodos clarissimas invenerit, adeò ut opera sua undiquaque impressa fuerint, & à multis præclaris Viris publicè professa & edocta: ut nunc Lutetiæ sit, ubi variæ sunt privatæ academiæ, in quibus de Philosophia ejus tantummodo differitur. Cum nil dignum apud homines scientiæ suæ invenisset, eremum, ut Democritus aliique veri Philosophi, elegit sibi juxta Egmundum in Hollandia, ibique solitarius in villula per 25. annos remansit, admirandaque multa meditatione suâ detexit. In Mathematicis verò tantus fuit, ut captum superantia fecerit, præcipuè circa conspicilla & specula, utque cogitata sua probaret, vel è glacie, vel ex marmore artificiali nigro polito, ad portæ magnitudinem, & juxta desideria & varias figuras excavato, opere D. Bressiæi, viri ingeniosissimi, specula parabat, cumque optata vidisset, ea rumpenda curabat, & ex eadem materia alia nova conficiebat. Coramque eodem Bressiæo Opticæ secreto arcano militum cohortem transeuntem ostendit per cubiculum suum, quod valde miratus est, hæc autem procedebant à parvis militum figuris, quas abscondebat, & speculi ope foras auctas educebat. Cœlum fluidū credidit, ut revera est, aër enim solus cœlum est nec à nostro differt, ideoque in Genesis historia confunditur. Atomos etiam Democriteos agnovit pro rerum principiis, ut optimè comprobavit. Amicos multos imo innumeros habuit, inter quos Cardinalis Barberinus & Bembius, Elisabeth Principissa Boh. D. Chanut, D. de Clercelier, Mersen⁹, D. Desargues, D. Hol. D. de Faber Gubernator Sedanensis, Cass. Balsacius, cui non pænitendum præstitit officium adversus Patrem Goulu ejus osorem, apud Cardinalem Barberinum, D. Bressiæus. Oso-

res tamen & invidos quosdam habuit, quoniam alta petit livor, sed optimè scripta eorum refutavit. Præcipui ejus osores fuere Pater Gibieuf De la Barde Jesuitæ. Cyriacus Lentulus, Profess. Herbornensis, qui malè ei objecit, quod se Deo comparat, cum in Notarum suarum fine dixerit, cum sacris nulla humana comparanda. Ait prætérea, eum de omnibus dubitasse; quod falsum est, sed de omnibus, quidem vulgarium Philosophorum instar eorum olim dubitaverat, antequam Philosophiam reformasset. Eum etiam homuncionem appellat, sed eruditus Clauberg. ei optimè reponit, Homuncionem vocas, quem naturæ filium cordati vocant, quemq; Pithagoras verè vocaret Philosophum. Revius eum magum & atheum vocare ausus est: sed sic olim magni omnes Viri Magiæ accusati fuerunt, quod res captum sciolorum superantes facerent, ut optime Gabriel Naudæus in Apologia virorum, qui de Magia accusati sunt, comprobat. Tantæ tamen fuerunt osorum Peripateticorum, facem illam magnam ferre nequeuntium, technæ, quod lumina sua parva instar solis obscuraret, ut discipulos seditiosè totamq; urbem commovente ad tintinabuli sonitum ab urbe Utrecht explodere ausi sint illum, quem reges & reginæ è longinquo revocarunt sinuq; suo foverunt. Morum innocentiâ illum ab omnibus purgavit calumniis: ille enim è contra nullius detrectator, nulliq; gravis fuit. Injurias enim memoriæ nunquam, sed oblivioni commisit, ad Dei admirandam cognitionem per creatorum contemplationem pervenit. Discipulos ejus enumerare non minùs difficile esset, quàm ejusdem admiratores, astra vel arenam numerare. Scripserat etiam nonnulla in eum Doctissimus Gassendus, & Roberval ejus successor dignissimus, vel hæc potius veritatis inquirendæ gratia, quàm odio, Marino Merseno curiosissimo promovente & ciente, ut tantos viros ad rata innumera dicenda, ut propriæ curiositati satisfaceret, obstringere posset. Tandem vir ille doctrina clarus famaq; conspicuus à Christina, olim Suecorum Regina, ab eremo vocatus fuit, & ab illa valde Dilectus, adeò ut illum semper ferè disserentem audire vellet, quæ non parum ejus sanitati nocuerunt, capite enim aperto semper remanens, & per totam fere noctem ea recumbente de optatis ab illa sermonem faciens, raro ideo dormiens, in morbum incidit, quem tamen morbum incidit, quem tamen morbum solitum, quo facilè liberabatur, esse existimans, neglexit, at cum brevi percepisset alium esse, inflammationemq; pulmonis agnoscens, sibi venam tundendam curavit, sed sine fructu & die septima morbi ad superos anima ejus, corpore

relicto, discessit, quod comprobat vulgata hæc carmina vera esse.

Serò medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.

Doluere Musæ, totaq; literaria respublica, doluit valde erudita regina eiq; inter regios suos parentes tumulum præscripserat, sed Dominus Chanut, Legatus pro Regis Galliæ Gallorumq; honore sumptus sepulturæ faciens, illi superbum construxit tumulum quatuor faciebus conspicuum Stockholmi, neque inter variæ religionis jaceret viros, illum puerorum cæmiterio collocavit cum inscriptionibus sequentibus.

Anterior facies.

D. O. M.
Regnante Christinâ,
Gustavi primi pronepote,
Magni Filiâ,
Avorum incæpta, patriosq; terminos
victoriis novis promovente,
Pacem demum armis quæsitam
artibus ornante,
Accitis undiq; terrarum sapientiæ magistris,
Ipsa in exemplum futura;
Renatus Descartes,
Ex eremo Philosophica,
In lucem & ornamentum aulæ vocatus,
Post IV. Mensem morbo interiit,
Et sub hoc lapide mortalitatem reliquit.
Anno Christi CIↃ IↃCL. Vitæ suæ LIV.

Secunda, seu posterior facies.

Christianissimi Regis Ludovici XIV.
Ludovici justi Filii,
Henrici Magni Nepotis,
Annâ Austriacâ,
Optimâ, prudentiss. fortiss. Reginâ,
Annos & Regnum Filii Regente,
Legatus ordinarius Petrus Chanut,
Hoc Monumentum,
Ad gloriam Dei, bonorum omnium Datoris,
Gallici Nominis honorem,
Perpetuam amici Chariss. memoriam
Renati Descartes
Poni curavit
Anno VII. ab excessu Ludovici justi.

Tertia facies.

RENATUS DESCARTES
Perronii Dominus &c.
Ex antiqua & nobili inter Pictones &
Armoricos gente in Gallia natus,
Acceptâ quantacunq; quæ in scholis tradebatur,
eruditione, expectatione sua votisq; minore,
Ad militiam per Germaniam & Pannoniam
adolescens profectus,
Et in otiis hybernis naturæ mysteria
componens cum legibus Matheseos,
Utriusq; arcana eâdem clave reserari
posse ausus est sperare,
Et omissis fortuitorum studiis,
In Villula solitarius, prope Egmundum in Hollandia,
Assiduâ XXX. annorum meditatione,
auso potitus est.
Hinc orbe toto celeberrimus,
A Rege suo conditionibus honorificis evocatus
Redierat ad contemplationis delitias;
Unde avulsus, admiratione Virtutum maximæ
Reginæ,
Quæ, quicquid ubique excelluit, suum fecit,
Gratissimus advenit, serio est auditus,
& defletus obiit.

Quarta facies.

Noverint posteri, qualis vixerit
Renatus Descartes,
Ut cujus Doctrinam olim suspicient mores imitentur,
post instauratam à fundamentis Philosophiam,
apertam ad penetralia naturæ mortalibus
Viam, novam, certam, solidam,
Hoc unum reliquit incertum,
Major in eo modestia esset, an scientia,
Quæ vera scivit, verecundè affirmavit;
Falsa, non Contentionibus, sed vero admoto refutavit.
Nullius antiquorum obtrectator,
Nemini viventium gravis,
Invidorum criminationes purgavit innocentiâ morum,
Injuriarum negligens, amicitiæ tenax,
Quod summum tandem est,
Ita per creaturarum gradus ad creatorem

est

est conatus,
Ut opportunus Christo, gratiæ authori,
In avita religione quiesceret.
I nunc Viator & cogita:
Quantus fuerit, Christinæq; qualis aula,
cui mores isti placuerunt.

Monumentum quadratum sed oblongum est, octo pedes cum semisse altum, quatuor latum, septem cum semisse longum, ejus altitudo seu moles trifariam divisa est, Basis latior paulò tres pedes habet, tabulæ inscriptionum, 4. & Coronamentum ex unico lapide totum tegens monumentum pedem unum cum semisse.

Sic vixit & fato functus est Magnus CARTESIUS, postquam 4. Menses in Suecia commoratus esset, ubi per breve illud spatium Reginæ sibi tantam conciliaverat amicitiam, ut lachrymis suis mortem ejus decorare dignata sit, authore Daniele Lipstorpio Lubecensi, Philosoph. Profess. qui de eo mira nobis reliquit elogia, probatq; eum inter eos, qui cæteros antecelluerunt mortales, primatum obtinuisse, subq; hoc Renato, renatam esse Philosophiam, multaq; de ejus vita narrat, utpote patrem ejus nobilem fuisse Pictonem, & Limoni privatim diu vixisse, tandem verò Præsidem fuisse in Redonum suprema curia, qui fato functus est, dum Cartesius in Belgia esset. Ait præterea Musicæ compendium anno ætatis vigesimo fecisse, Vietam & Becmannum Dordracensis Collegii moderatorem, ac Philosophum & Mathematicum celeberrimum, inter amicos & admiratores habuisse, postquam statim, methodo sua, propositiones, quæ ubiq; terrarum pro impossibilibus habitæ fuerant, solvisset. Sed antequam ad eremum suam se reciperet, viderat militias Galliæ, Belgii, Daniæ, Germaniæ & Italiæ. Ulmæ Joh. Fulhabertum celebrem mathematicum salutavit, eique cum difficilia multa enodasset in Mathematicis, ut & Petro Roten, Noribergensi Mathematico, amorem omnium Doctorum illic sibi brevi comparavit. Ad Plagas Boreales ergo Germaniæ se contulit, viditq; Pomeraniam, Marchionatum Brandenburg. Megapolim, Holsatiam, Daniam, & inde Bataviam, postea, per Belgium & Germaniam, Italiam petiit, & hinc rursus Galliam, & Lutetiæ per triennium remansit. Ibi novit D. Claudium Mydorgium Senatorem Paris. & Quæstorem Franciæ, Florimundum de Beaune in curia Blæsensi Senatorem, Joh. Bapt. Morinum, Prof. Math. &c. Deinde relictis Parisiis, ut & fra-

fratribus & sororibus &c. eremum Philosophicam Egmundæ, ubi aliquamdiu fuit, mox Endegestæ, mox Amstelodami, mox Levvardæ in Frisia occid. mox Daventriæ, rursus prope Harlemum in villula, iterum Hardevvici, mox Ultrajecti, rursus Lugduni Batavorum fuit, sed præcipuè in villulis vixit, ubi fecit libros suos hoc ordine, dissertatio de Methodo, Dioptrica & Meteorologica. Deinde Geometriam, in quam fecerunt notas Florimondus de Beaune & Franciscus Schoten. Postea meditationes & principia Philos. fecit & tractatus de homine, de gener. animalium, & analysin Geometricam, quæ brevi prodibunt. Ut & de Mechanica tractatulum, quem Bibliopolæ, cum duabus epistolis Serenissimæ Principissæ Elisabethæ, dedi, ut publici fiant juris. Inter ejus amicos & admiratores reponendi sunt C. Salmasius, S. Maresius, Abr. Heidanus, Professores Theol. Adrianus Heerebordius, Jac. Golius, Joh. de Raey Med. Gothofredus ab Hastrecht nobilis Leodicensis, Cornel. Hoogland, Nobilis Batavus, D. Picot, Nobilis Gallus, D. Chilot Mathemat. & alii innumeri.

IN CARTESII EFFIGIEM.

Talis erat vultu natura Filius unus,
Qui mente in Matris viscera pandit iter,
Assignansq; suis quævis miracula causis
Miraclum in reliquum solus in orbe fuit.

Vel

Primus in accessum qui per tot sæcula verum
Eruit è tetris longa caliginis umbris,
Mysta Sagax, natura, tuus sic cernitur orbi
CARTESIUS. *Voluit sacros imagine vultus*
Iungere victura artificis pia dextera famæ,
Omnia ut aspicerent, quem sæcula nulla tacebunt.

CHRISTIANUS HUGENIUS.

EPITAPHIUM.

Qui sibi demeruit totum CARTESIUS *orbem,*
Extremum fati transigit ille diem.
Avia cui veterum visa est Sapientia, veram
Prætulit antiquæ, præposuitq; novam.
Sunt imitatores servum pecus; hunc venerare;
Naturam agnosces hoc præeunte ducem.

Siste

Siste gradum,
VIATOR,
Hic enim in parvulo isto Sarcophago Vir latet,
quem totus vix olim orbis continere poterat,
Ingenio enim suo omnes antiquos superavit Philosophos,
Is fuit, qui natura velum,
quo se ab hominum conspectu retrahebat, solus amovit,
Quiq; rebus antiquis Novitatem, obscuris lucem,
& novis authoritatem dedit.
Sed cum immodicis brevis sit ætas & rara senectus,
nobis subitò ereptus est;
Senex enim ante ætatem solitam
profundâ suâ & universali eruditione
cum esset,
Mors illum pro vero sene in ætatis suæ flere sustulit:
lachrymis tuis dignus fuit profectò,
quisquis es, præsertim si literariæ Reipublicæ membrum
existas;
Erat enim Doctorum ornamentum,
Philosophorum gemma,
Mathematicorum Corona,
Hominumq; omnium decus
Virtutes omnes in illo, tanquam gratiæ
conjunctæ manibus erat adeò,
ut dubitasses,
Quænam earum in eo magis emineret;
Vt sol inter astra minuta, vel Luna inter ignes minores
per totum orbem effulsit,
Cumq; non sibi sed aliis natus esset,
Vnicuiq; ferè nationi per aliquod tempus se se ostendit,
ut eas grata sua præsentia erudiret,
Lugeant ergo omnes immaturum ejus obitum,
ejusq; exemplo cæteri Philosophi
filio Cartesiano,

quod

quod in suis nobis reliquit scriptis,
è rerum natura labyrinthis sese extricare tentent,
ut tanquam pigmæi, gigantis illius humeris insistentes,
aliquid, si possibile sit, ulterius conspicere valeant,
ad hominum omnium, præcipuè literatorum
utilitatem, propriamq; suam laudem,
nostri semper authoris laudes decantantes,
quod viam ad abstrusiora penetranda iis monstraverit,
quodqs veritatis in profundo delitescentis amore
eremos longissimo tempore coluerit,
ut tandem scientia satiati,
quantum apud homines licet,
Cum illo ad beatorum sedes conscendere valeant.

P. BORELLUS.

Si cui insuper placeat, uberiùs cognoscere CARTESIUM, ejusdemque principia Philosophica, Scripta, Adversarios, nec non quædam de eo judicia, is evolvat *Danielem Lipstorpium in speciem: Philosophiæ Cartesianæ,* parte II. p. 69. & *Iohannem Tepelium in Historia Philosophiæ Cartesianæ* non ita pridem Noribergæ edita.

SCRI-

SCRIPTA.

Meditationes Metaphysicæ de prima Philosophia, in quibus Dei existentia & animæ humanę à corpore distinctio demonstratur: *Paris.* 1641. in 8. Editio secunda septem objectionibus antehac non visis aucta: *Amsterod.* 1642. in 12. 1644. 1658. 1668. 1670. in 4.

Gallicè: *Parisiis* 1647. 1661. in 4.

Principia Philosophiæ: *Amster.* 1644. 1656. 1663. 1670. in 4.

Gallicè: *Paris.* 1647. 1660. 1667. in 4.

Geometria, cum Notis Florimondi de Beaune & Francisci à Schoten: *Lugd. Bat.* 1649. *Amsterod.* 1659. in 4.

Gallicè: *Par.* 1664. in 4.

Specimina Philosophiæ, seu dissertatio de Methodo rectè regendæ rationis & veritatis in scientiis investigandæ: *Amsterod.* 1644. 1670. in 4. *Vltrajecti* 1643. in 12.

Gallicè: *Lugd. Bat.* 1637. *Paris.* 1658. 1668. in 4.

Compendium Musicæ: *Vltrajecti* 1650. 1656. in 4.

Anglicè: *Lond.* 1653. in 4.

Passiones Animæ: *Amsterod.* 1650. in 12. 1656. in 4.

Gallicè: *ibid.* 1650. in 8.

Tra-

Tractatus de Homine, Latinitate donatus à Florentio Schuyl: *Lugd. Bat.* 1662. 1664. in 4.

Gallicè: *Parif.* 1664. in 4. *Amsterd.* 1672. in 12.

De Formatione Fœtus: *Lugd. Bat.* 1672. in 4.

Gallicè: *Parif.* 1664. in 4.

Querela Apologetica: *Vriſtadi* 1656. in 4.

De Finito & Infinito: in 12.

Epiſtolarum partes duę, in quibus omnis generis quæſtiones Philoſophicę tractantur & explicantur: *Amſterod.* 1668. in 4.

Gallicè: *Parif.* 1657. 1667. in 4.


Traitté de la Mechanique: *Parif.* 1668. in 4.

Notæ in Programma quoddam: *Amſterod.* 1648. in 12.

De Mundo Gallicè: *Parif.* 1664. in 8.

Opera Philoſophica: *Amſterod.* 1650. 1656. 1672. in 4.

Belgicè: *ibid.* 1657. in 4.



ORA-

ORATIUNCULA PANEGYRICA.

QUA

BEATISSIMÆ ANIMÆ

VIRI

NOBILISS. AMPLISS. EX-CELLENTISS.

DN. CHRISTO-PHORI ADAMI RUPERTI

Historiarum in alma Altdorphina P. P. Meritissimi, Philologi Præclarissimi Patroni Maximi, Præceptoris Fidelissimi, Desideratissimi,

P*ublice & Memoriter IV. Iduum Septembris.*

Parentavit

JOANNES MARTINUS BRENDEL.

AUDITORES HONORATISSIMI.



Riennium est, & quod excurrit, unde Illustris animæ hospitium, corpus VIRI Nobilis, Amplissimi Clarissimi, Excellentissimi DN. CHRISTOPHORI ADAMI RUPERTI, Historiarum P. P. celeberrimi, Patroni desideratissimi, nunc Beatissimi, tumulo compositum, nec dum pientissimis manibus

justa funebria persoluta sunt. Omnium eheu! vultus adeò degeneres fecit inusitata calamitas, & ut olim M. Tullii interitu

Conticuit Latiæ tristis facundia linguæ.

Sic tota nostra Academia obmutuisse visa est. Video literaria castra solito adhuc magis mutua & viduata, pulpita lugubri syrmate investita, parietes atratos, lamentantium ululatu personantes, animos lacrymis, singultibus, querelis consternatos. Recens hoc & immedicabile vulnus pectora in dolore, oculos in suspirio detinet, atque perinde, ut in mari, post vehementiorem ventum commotio, &, ut sic dicam, crispatio quædam remanet. Luge & meritò lamentare ALTDORPHINA ACADEMIA, amisisti Professorem Præclarissimum, Senatorem prudentissimum. Luge cathedra: lugete pulpita, & subsellia: amisistis Philologorum perspicacissimum, oratorem gravissimum, cujus aciem in inventione, rerum ordinem in dispositione, Splendorem in Elocutione, venustatem in gestibus, hilaritatem in jocis Auditores admirabantur. Lugete Musæ: amisistis Poëtam tersissimum, qui Divino spiritu afflatus, & entheo vigore inflammatus auribus, animisq; oblectamenta quærebat. Quod in repentino interdum animi motu fieri videmus, ut omnes ejus vires subitò perculsæ obstupescant, idem & mihi accidit, quem tanti Viri obitus ita percussit, ut omne studium infregerit dolor, qui adhuc me coquit, & versat sub pectore fixus. Verba lacrymis intercluduntur, genua horrore succidunt, nec se animus, miserandâ anxietate laceratus, explicare valet. Doleo, & iterum doleo, tam inexhaustę eruditionis, tam solidæ sapientiæ templum, ad quod, tanquam ad sidus salutare, confugiebam, responsa petituro posthac negatum, & destructum esse; cum mihi ereptum, qui paterno me amore prosequebatur, & fidelibus adminiculis sublevabat. Obversatur adhuc oculis meis frons illa larga & aperta animi janua, oculi acres acutissimi judicii indices, totus vultus, insigni gravitate & comitate temperatus. Utinam eâ dicendi dexteritate, eâ facundia, quâ ille sui Præceptoris elogia ad astra subvehebat, tanta benefacta recolere mearum esset facultatum, non gemitu, quo se honorari vetat, sed eâ, quæ meritis debetur, oratione communi literarum parenti parentarem! Verùm hoc votum meam mediocritatem excedit. Nullus mihi cothur-

thurnus, quem Sophocles amavit, nulla festivitas, quam disertissimus Romuli nepotum exosculatus, nulla oris ornamenta, quæ DIVINO RUPERTO Rhetorum prosapia quondam concesserat. Magnum Alexandrum, cùm ad Achillis tumulum in Sigœo constitisset, fortunatum illum adolescentem prædicâsse perhibent, qui Virtutis suæ buccinatorem Homerum invenerit. Similem nondum nactus es Beatissime RUPERTE. Quicquid ego sanè dixero, minus erit meritis, & laudibus tuis. Verumenimvero filialis amor, & insita penitus ac infixa observantia admotis quasi quibusdam stimulis incitant, ut animę sanctissimę justa exequialia denegare piaculum ducam. Vos Audit: rogo & obtestor, ut benignitatis vestræ aurâ cursum meum provehatis, &, quantum vitium dolor mihi detrahet, tantū benevolenta attentio subministret &c.

Solenne est iis, qui aliquem commendandum suscipiunt, ut ab ipso patrio & natali Solo, quod communi gentium consensu antiquissimi parentis nomine celebratur, initium sumant. Nam si ad Nobiliores fructus interest, ex quo loco, & arbore sit surculus: quanto plus interest, quâ quis patriâ, & parentibus sit oriundus. Illa Beatissimo RUPERTO non fuit oppidum aliquod ædificiis vacuum, non urbs abjectæ conditionis, non locus Cimmeriâ caligine involutus, sed Inclyta hæc ALTDORPHINA, naturâ & situ clara, copiosa artium Divinarum & humanarum sedes, quæ Eruditionis templum, disciplinarum Emporium, virtutum delubrum, & commune quasi quoddam sapientiæ oraculum Illustri famâ nuncupatur. Ex hoc seminario tot juvenum ingenia, tot præclara pectora prodierunt, quæ publicis, privatisq; muneribus obeundis seculum ornant. Alia periclitanti innocentiæ adminiculantur: alia ambigua causarum fata dirimunt: alia corporis sanitatem curant: alia humaniores scientias sectantur. Hâc luce potitus Noster ANNO cIↃ IↃcxIII. d. xxix. Decembris, parentes, & Majores habuit genere, & meritis cō̄mendabiles, Patrem Virum Nobilem, & Consultiss. DN. GUOLFGANGUM HENRICUM RUPERTUM, Perillustr. & Generosiss. DNN. à Leonstein & Wertheim Consiliarium dexterrimum: Avum GEORGIUM RUPERTUM, U. J. D. & Reipubl. Suinfurtensis Advocatum: matrem suprà sexum generosæ indolis fæminam SUSANNAM, patre Viro Nobilissimo, Consultissimo, & Excellentissimo

DN. JOANNE BUSENREUT. U. J. D. hujus Universitatis olim Professore, & Reipubl. Norib. Consiliario gravissimo, matre vero VIRI Magnifici, Nobiliss. Ampliss. & Prudentissimi DN. CHRISTOPHORI FURERI AB HAIMENDORF filiâ prognatum. Optimi parentes filii optimi, digna vero talibus parentibus progenies, nec degener à patre partus. Neque enim magnanimus Jovis armiger, aut avium Rex imbellem columbam producit. Natura è melioribus meliores procreat, & ab heroicis parentibus in natos virtutum semina propagat. Per hos religiosos parentes non corpus tantum, sed & animum similem adeptus est, qui de recens nati curâ maxime soliciti, eum salvatori suo oblatum, sacrosancti baptismatis undis ablui curarunt, susceptore Illustri DN. CHRISTOPHORO ADAMO WENZELICH A SARAWITZ, Libero Barone in TRISCH, studiorum gratiâ hic locorum commorante. Nulla iis cura potior, quàm quæ hanc sanguinis sui particulam concerneret, ut optime, quod ajunt, à serperastris educaretur. Norant apprime, quantum momentum, quanta utilitas in disciplinâ, & educatione collocata, quâ naturalis inclinatio, quæ à deteriore consortio in diversum facilè abripi potest, excitatur, promovetur, extimulatur, quaq; posthabitâ ingenia instar agri fertilissimi, sed negligenter culti, sentes, spinas, lappas, & inutilia quæque gignunt. Quapropter infantem Werthemium Francorum, sedem suam, adducentes, ut novis functionibus præessent, cum ipso materno lacte honesta præcepta instillarunt, & in schola ibidem diu reliquerunt ubi annis XI. solida literarum fundamenta posuit, & progressus in studiis fecit non contemnendos, manuductorem nactus ADAMUM DRACONEM, Scholæ Werthemiensis Moderatorem. Præmaturâ interim mortæ extincto parente, Musæ ipsius, interitui proximæ, ad tumultum suum, pleno gradu festinare videbantur, quasi jam conclamatum esset. Nihilominus tamen provida mater ALTDORPHIUM die 25. Aug. anno 1624. repetiit, ut filiis suis de necessariis impensis prospiceret. Annuit benignior Fortuna, & PHILIPPUS GUOLFGANGUS HENRICUS quidem Clariss.

riss. & Excellentiss. D. D. ÆGIDII AGRICOLÆ, CHRISTOPHORUS ADAMUS autem Clariss. & Excellent. D. D. CASPARIS HOFMANNI, quos ambos

Secreti pars orbis habet, mundusque piorum,

Victu & amictu excepti. In paterna sede præter studia Philosophica, quibus indefessos labores noster impendebat fideli usus opera Virorum Excellentiss. DN. M. JACOBI BRUNONIS, Ethices & Græcæ Linguæ, & M. JACOBI TYDEI Oratoriæ ac Poeseos PP. merititissimorum, curæ & cordi unice erat studium Historicum, ad quod eum incitavit JOANNES GACKSTADIUS Præceptor privatus fidelissimus, cujus postmodum honorificam mentionem non semel fecit. Anno cIↄ Iↄcxxviii. Societati Alumnorum, qui hodieque ineffabili Incluti Senatus Noriberg. munificentia aluntur, adscriptus inceptum studium ferventissime persecutus est, ad majora consilio atque opera Clariss. & Excellentiss. DN. MICHAELIS VIRDUNGI, Politices, & Historiarum PP. meritissimi grassatus. Hic plane singulari amore Discipulum amplexus, & ab hæsitante sæpius per literas consultus lubens respondebat, errantem in viam reducebat & currentem magis magisque inflammabat, quod grata mente vivus & morti propinquus agnovit. Neque deerant sumptibus benevoli Musarum Patroni. Primus omnium Laudatus Excellentiss. D. D. HOFMANNUS, necessitudinis vinculo junctus, & paterno erga ipsum affectus animo. Hinc nota vox cedro & æternitate digna: Clariss. HOFMANNUM Patrem expertus sum. Hic enim victum & amictum dedit, bonasque Præceptores præfecit. Hujus favorem ut semel dignum promeruit, ita illibatum semper conservavit. Ita HOFMANNUS RUPERTUM amavit, ita in oculis, in pectore gestavit, ut mortuo ipso, quem laudum præconem desideraverat, ceu Darii mater, defuncto Alexandro, mori, quam vivere, maluerit.

Rupertus voluit miseram describere vitam.

Hofmanni Senis, ah! vita abit ipse prior.

Loquor verbis ipsius HOFMANNI, Smaragdum suum ita deplorantis. Pariter eum fovit, & insignibus benefactis cumulavit Magnificus, Consultiss. D. D. GEORGIUS RICHTERUS, hujus Universit. Procancellarius gravissimus, literarum, & literatorum hujus seculi Patronus Opt.

Max. de quibus tamen silere præstat, quàm pauca frigidè dicere, quum ipse RUPERTUS, etsi disertissimus, ea satis celebrare non sustinuerit. Sed ut ad ea, quæ NOSTRUM commendant, redeam, quæ non in ipso ætatis flore egregia studiorum documenta reddidit? Quæ non luculenta industriæ specimina edidit? Omnes facilè superavit, & longo post se intervallo reliquit. Generosioris siquidem arboris planta statim cum fructu est,

Ingenium cœleste suis velocius annis
Surgit, & ingratæ fert malè damna moræ.

Mnemosynes templo dicanda sunt, quæ ad Laudatum D.D. RICHTERUM literis exaraverat VIRDUNGUS, inscio RUPERTO: Si optio mihi detur, neminem alium successorem nomino, nisi RUPERTUM. Dextrè hariolatus Præceptor Optimus, neque spes hæc decollavit.

Nam cum anno XXXVII. humanis VIRDUNGUS valedixisset, & ipse præsente, & jubente Magnific. Dnn. Scholarcharum Ordine, Præceptori suo elegantissimâ Oratione parentasset, non solùm dives redhostimentum pro Dedicatione contigit, sed & Professoria Dignitas ad ipsum devoluta, ut ilicet legitimus Successor designaretur. Divinâ hoc providentiâ factum nemo inficiabitur: neque aliter Magnificus Dnn. Scholarcharum Ordo eligere, neque aliter RUPERTUS eligi poterat. Adspirante igitur DEO post novos honores Academicos solenniter collatos impositum onus suscepit, & Spartam suam cœlebs sine vitæ sociâ aggressus est. Onus meherclè Ætnâ gravius! Magnum profectò, & nescio, an dicam maximum, veterum temporum memoriam ab interitu vindicare, omnibus bellis sine periculo interesse, populorum mores, sanctiones, instituta scriptis persequi quæ ab Assyriis, quæ ab Ægyptiis, quæ à Græcis, quæ à Persis gesta sunt. Excellentissimus Historicus, & sagacissimus Politices indagator labores non subterfugiebat, sed obviis ulnis amplexabatur. Hoc opus, hic labor, ut Majorum virtutibus virtutes novas adderet, easque propriâ famâ vinceret. Nobilis victoria, qua virtus de virtute Triumphum agit. Hoc studium, hoc delicium unicum, ut eruditione suâ studiosam Juventutem adjuvare posset. Vix enim ac ne vix quidem in Præceptoris sui cathedra lectiones tam publicas, quàm privatas exorsus, studiosorum oculos, animosque in se convertit, ut omnes tanquam alterum parentem, & incorruptum Antiquitatis vindicem suspicerent. Historiæ ardor soli-

tu-

tudines,& morbos exterminabat,quod de Alphonso, Arrag. Rege, refert Antonius Panormitanus, qui cum gravissimo morbo detineretur,nec à Medicis liberaretur. Curtii Historiam de Alex.M.pellegit, qua tantoperedelectatus,ut valetudine recuperatâ dixerit: *Vivat Curtius sospitator meus*. Nemo ferè principum Historicorum, cui non lucem aliquam noster sit fœneratus. Placuit ante omnia Historia Universalis, quâ ad finem cum magno Auditorum emolumento perductâ, Historicos particulares eximiis notis illustravit, & unus omnium, qui vixerunt, accuratissimè exposuit Justinũ, Florum, Vellejum, Valerium Maximum. Dimicare dixisses cum Themistocle in mari, cum Leonidâ in terrâ, trajicere cũ Agesilao, cunctari cum Quinctio, triumphare cum Julio, & Augusto, edomare Carthaginenses cum Scipione, Asdrubalem cum Nerone. Tuæ vigiliæ, Beatissime *Ruperte*, Tuæ nocturnæ, & immodicæ lucubrationes Nobilitatis Romanæ ruinam detexerunt, Tacitum & Pomponium de Orig. Juris præclarè explicaverunt. Tua sedula cura Besoldianam synopsin perspicuè enucleavit, & obscuris locis Criticam manum studiosè admovit. A Te Crispi Sallustii Catilinarium accepimus, sed Bellum Jugurthinum, & varia antiquorum Numismatum Monumenta in mediis operis ferocis Parcæ invidia surrepta esse hodie proh dolor! incessanter conquerimur. In his scriptis nihil humile, nihil plebejum, nihil triviale occurrit, sed quæ ad augendam eruditionem, ad amplificandam prudentiam, & ad honesti[9] conformandos mores faciunt. *Rupertum* Nobiliss. virtutum exemplar, excelsum, admirabilem, ad palmaria quæq; genitũ cuncti suspexerunt. Illius genium nulla secula æquabunt, nulla gens de laudibus ipsius conticescet. Sed ne in hoc solũ versetur Oratio mea, tempus me ad virtutes ejus revocat, inter quas quæ prima, quæ ultima sit, pene ignoro. Vultis, quæ familiã ducit, Virtutum Reginam *Pietatem*? Certè similem, adeò acriter in probitatis stadio decurrentem, è millibus multis vix unum reperies, qui ad Divinorum intelligentiã omnes cogitationes, studia omnia contulit, devotione nulli Theolog. secundus. Hanc factorum, dictorum, & consiliorũ moderatricẽ ante oculos posuit, tanta assiduitate & vigilantia coluit, ut diurna, nocturnaq; manu libros & scripta Theolog. versarit, armisq; religionis indutus atrocissimos hostes oppugnarit. Vultis Liberalitatẽ, & Beneficentiã? Impar sum illis deprædicandis. Loquantur alii, quibus auxiliarem dextrã porrexit. Sine ulla cunctione anguillas

aliorum res sublevavit, inopiam liberaliter sustentavit. Non ignorabat Vir Ingenuus, hominibus in homines à Deo concessam esse potestatem, ut iis prosint, quibus præsunt. Silentii sipario non involvendus est candor, res ævo hoc pene intermortua & ineffabilis humanitas, quæ in ipso vultu emicabat. Omnis ambitio, omnis suspicio, omnis vestium luxuria aberat. Non inflabat animum potentia, non efferebat honor, non æstuosus fastus absorbebat. Quo altiùs Sol honorum ipsius stabat, eò minorem umbram projiciebat. Eo nomine omnibus suis collegis perdilectus, quos parili honore & amore est prosecutus, in quo superarant

- - - - - - - veteris vestigia recti,

Et ducti morte è nobiliore metallo.

Germana fides, germana verba, quibus, ut est in Germanico diverbio, vel turris potuisset inædificari. Virtutum præsidio, & historiarum comitatu circumseptus flagitia masculè extirpavit, floccipendens calumnias, & arbitrium popularis auræ. Impenetrabiles quippe sunt heroum filii morsibus calumniatum, neque ambitiosum, scrupulosum, malè curiosum, uno verbo, infame hoc bubonum genus officit luminibus Phæbi. Hic si Orationis vela pandere, & aperto mari vellem invehi, ingens mihi ad dicendum campus proponeretur. Quid multis, Audit: reconditam in omni doctrinarum genere elegantiam commemorem? Quis ita ad Ciceronis, & Demosthenis opulentiam accessit? RUPERTUS Orator disertissimus, eloquentis sapientiæ, & sapientis eloquentiæ ocellus, qui vel adamantem poterat movere, & fascinatas quorundam mentes, si opus esset, tranquillare. Quis in amœnissimo Studio Critico, & Philologico lumina & columina Reipubl. literariæ, Scaligeros, Heinsium, Lipsium, Baudium, Muretum, Freherum: in Græcis, & Atticis leporibus Homerum, Sophoclem, Isocratem æmulatus est? RUPERTUS, cui qua publicè, qua privatim profitenti homines summâ cum admiratione adstiterunt, & à dicentis ore, quasi à quodam Hercule Gallico, pependerunt. Criticam exercere non est cujusvis, nec ingenium aut doctrinam, sed judicium i. e. animam sapientiæ illa requirit, monente Lipsio. RUPERTUS omnium rectè æstimantium judicio

cio ſine Controverſiâ Coryphæus, ſine rivali princeps in hac arte dominabatur. Nemo, quod liquidò, &, ſi fas, cum Sacramento dicere auſim, cum acceſſit, qui non doctior, & aliquâ eruditionis parte auctior receſſerit. Patuit inſtructiſſima Bibliotheca, patuit promtitudo, & docilitas Studioſis, quibus non Patronus modò conſiliis, ſub manu natis, ſubvenit, ſed & amiciſſimus extitit. O quàm delenifici diſcurſus Politici, quàm ſalutares Hiſtorici, perſpicui Philoſophici, amabiles in Græcâ Lingua, quàm ingenuarum artium nutricem, & Philologiæ fulcrum appellabat, ὀνοκενταύρεις illos, ut ajebat Cyrillus, averſant! Quis denique Nobiliorum Poëtarum, atque cothurnati grande Maronis opus ſtylo & filo feliciter expreſſit? RUPERTUS, quem, ſive numerorum concinnitatem, ſive carminis puritatem, ſive affectuum varietatem intuearis, Camænalis familiæ princeps ipſe Phœbus coronavit. Inter ambulandum nunquam otioſus, ſed poëſi & carminibus intentus, quibus me indignum beavit, cum aliquoties viam, quam vocant, Philoſophicam, mecum decurrerer,

- - - - ubi umbrarum velamina rami
Fundunt, & recreant ſylvarum grata vireta.

Carmina, quæ quotidianis diſcurſibus immiſcebat, tantam venuſtatem, tantam ſententiarum gravitatem, & dicendi Majeſtatem ſpirabant, ut tonare & fulminare viderentur. Gratulandum eſt ALTDORPHINÆ NOSTRÆ, quod illi tantum Poëtam Fortuna indulſerit, & utinam diutius indulſiſſet! Hac admirandâ ingenii dexteritate tantam Eruditiſſimorum Virorum familiaritatem ſibi conciliavit, ut fama è Germanis limitibus in Italiam, Galliam, Belgium avolarit. Summi ſcientiarum Dictatores, & Philologorum Anteſignani, Clariſſ. & Excell. DN. THOMAS REINESIUS, Philoſ. & Med. D. Altenburg. MARCUS AURELIUS SEVERINUS, Anatomicus Neapolitanus, Illuſtris CLAUDIUS SALMASIUS, JOANNES RHODIUS, Philologus Patavinus, PETRUS SERVIUS, JOH. BAPTISTA DONIUS, CASPAR FACIUS, JOAN. FREINSHEMIUS, & alii eum non ſolùm amiciſſimum, ſed & ſecretorum capaciſſimũ poſſederunt. Nihil ita celabant, cujus non conſcius eſſet RUPERTUS, nihil RUPERTUS celabat, quod tãtos Viros lateret. O potens Amicitiæ vinculum, quod Virtute

ac Doctrinâ nectitur! Poterat tentare Medicos, explorare Philosophos, solicitare Politicos, detinere Historicos, acuere Poëtas. Ubi hæc omnia jam offendas? Jacet heu! jacet RUPERT. eruditi orbis splendor, fama literarum ac anima. Silent tonitrua Sermonum, silet Orationis gravitas, & elegantia: silent carmina Musis & Apolline digna, metra urbanitatis sale aspersa: Summâ silet ipse Parnassus, olim vocalis, nunc amyclis taciturnior. Lacrymas effundo, &c, ut cum Martiale loquar, à me ferme exeo, dum hæc saltem cogito. Quid sunt spes hominum? vigilantum somnia certè, ceu lamentatur HOFMANNUS in Epicedio. Breve est, quod vivimus, &c, dum vivimus, vita infinitorum morborum spectaculum, & nihil præterea. Hæc nostra ad tumulum via, quam rite Noster calcavit. Ah quàm exquisitos capitis dolores, quàm acerba tormenta tolerabat! Tantum aberat, ut lenimentum persentisceret, ut potius febris maligna petechialis cum lienteriâ, incredibili ἀνορεξίᾳ, comate, insuetâ infirmitate, & infestantibus plusquam sexcentis symptomatibus, indies vires sumeret. Equidem omnem lapidem movit Asclepiadorum familia, sed in cassum laboravit, morbi magnitudine morborum adminicula respuente, & mortem accelerante. Non licuit Viro Piissimo, & sanctissimo Parcarum immanitatem exorare. Ipsa pietas, religio, eruditio morti obnoxia. Lectulo itaq; affixus non de hâc exiguâ, sed de illâ perpetuâ vitâ cogitavit, in ipsâ morte de morte disposuit, præsentior, & fidentior ipse sibi, quam quotquot aderant. Cumq; omnes flerent, solus siccis oculis mortem suam non expectavit, sed venienti occurrit, ne adversari videretur Divinæ voluntati, cui beneficio piaculorum confessionis, & Sacramentorum usus reconciliatus, nihil eorum, quæ ad solidam pietatem pertinent, intermisit, sacras cãtiones Ecclesiasticas recitando, vocesq; solatii plenas effundendo: Benignissime Dn. JESU suscipe animam meam: Conserva me in fide & veritate. Domine salvum me fac. Nullos labores, nullos dolores respuo, nullos excipio. Tua voluntas in me integrè fiat, dic tantùm, quid agere, quid pati me vis. Singula, quæ tu vis, volo, volo, volo. Portabo, quod imposuisti, jugum: desidero pro te algere, æstuare, fatigari, cruciari pro te, molestias quasq; pro te perferre desidero. Nihil spirabant preces aliud, præter fastidium hujus infelicis, & fiduciam æternæ vitæ. O magna vis pietatis! O incredibilis species virtutis! quos amoris ignes in iis inflammas, quorum pectora semel occupâsti? Quid est de morte Triumphum agere, si hoc non est?

est? Illa animam inter phalarica morborum tormenta eripere potuit, vocem doloris non potuit; extorquere impatientiæ signum voluit, neq; hoc potuit. In eodem pietatis zelo ad extremum halitum usque perseveravit, donec vox magis magisq; debilitata, sensus imminuti, & anima sanctissima vitam caducam immortali, miseram beatâ, uno verbo, mortem vitâ commutavit, completo anno XXXV. Climacterico, mensibus duobus, in Professione IX. in Senatu Academico VIII. Dies ipsi ultimus XXVII. Februarii, Anni cIↃ IↃcXLVII. hora II. Talis itaque exitus, & catastrophe Nostri τοῦ μακαρίτου, quæ summorum pariter ac infimorum sensus miserè perculit. Fecit ille, quod faciendum ei fuit, & faciendum est, (an patiendum?) quotquot exulceratissimum hujus vitæ spinetum ingrediuntur. Terrestrium Contemptor animus non in cineribus hospitatur, sed instar Jovialis Aquilæ ad sedem immortalitatis splendidissimam migravit, quam non fuscat hyemis, quæ nullo tingitur imbri: ad illam vitam, quæ nec temporum metis, nec felicitatis modo circumscribitur, ubi hujus universi Moderatorem de facie ad faciem, seu, ut cum Philosophis loquar, pro mensurâ contemplantur. A semimortuo sæpius petitum, ut Christianum hoc Epitaphium sepulcro inscriberetur: HIC. IACET. C. A. RUPERTUS. MULTIS. MORBIS. EXAGITATUS. SED. ANIMA. SANCTISSIMA. IN. OMNIUM. SANCTISSIMARUM. ANIMARUM. RECEPTACULUM. COELUM. RECEPTA. EST. Hic jacet ille RUPERTUS, cujus eruditionem, cum pari candore conjunctam, venerabitur posteritas, Hic ille RUPERTUS, qui tot præclara sui pignora reliquit, in quibus Divini, Immortalis, & Incomparabilis Viri imaginem, melius expressam, quam si cœlo Lysippi sculpta, aut penicillo Apellis picta esset, contemplari licet. O inauspicatum diem, quo Magnus Magni illius RUPERTI animus corporis vinculis evolavit, & hæc nobis verba reliquit: Vos universi superstites SALVETE, meque ordine suo quisque secuturi VALETE. Quid igitur singultibus pectora quatimus? quid crebrum in lacrymas, & muliebria lamenta solvimus? Agedum ter & amplius Beate RUPERTE Tua Tibi verba reponimus: Salve O excelsa anima!

Salve, Salve iterum DIVINE RUPERTE, *polorum*
Incola, Sanctorum consors suavissime Salve!
Salve mens animata, Vale miserabile corpus!
Hora suprema venit, posterus terminus avi,

Quo

Quo ſpretis terris ad cœli ſidera migras,
Æternâ radias Paradiſi luce beati,
Vivis cum Chriſto mundumq; orcumq; triumphas.
O Te felicem, qui quæ tua vota volebant,
Mundum extra poſitus, ſecuro lumine cernis!
Nos terram colimus, lachrymarum valle relicti,
Afflicti, miſeri, mœſto ſqualore ſepulti.
Te lugent omnes, veræ Pietatis amantes.
MAGNIFICI PATRES PATRIÆ, *Sacer Ordo Senatus,*
Quem victrix Pietas commendat, funera plangit.
Plangit MAGNIFICUS RECTOR, *ſine lege querelas*
Turba PROFESSORUM *miſcet, lamenta profundit*
Magnus RICHTERUS, *decus immortale Bonorum*
Excellens Medica plorat REINESIUS *arte,*
Atq; SEVERINUS, *fama ſuper æthera notus,*
FREINSHEMIUSq; *ſagax quo Suecica terra ſuperbit.*
Voce frequente VALE *celebris quadriga Virorum*
Ingeminat, lugens veræ probitatis amicum.
Oppletur crebris lacrymis STUDIOSA JUVENTUS,
ALTDORPHINA *dolet ſublatum* ACADEMIA *membrũ.*
Et quis non doleat? planctu certare laborant
Cum Magnis minimi, & triſtiſſima ſpargere verba:
MAGNE RUPERTE VALE, CÆSARIS AT INCOLA
SALVE!

SCRI-

SCRIPTA.

Obſervationes ad Hiſtoriæ Univerſalis ſynopſin Beſoldinam Minorem, cum ſupplemento Chriſtophori Arnoldi: *Norib.* 1659. in 8.

Obſervationes Politicæ ad Ann. Florum: *ibid.* 1659. in 8.

Methodus ſuſcipiendi ac tractandi ſtudii Philologico-Hiſtorico-Politici, aliarumque meliorum literarum, unà cum Politico Græco Georgii Andreæ Im Hoffii: *ibid.* 1658. in 12.

Mercurius Epiſtolaris, ſive Inſtitutio epiſtolica. Præmittitur de ſtyli epiſtolici virtutibus ac vitiis dialogiſmus: *ibid.* 1659. in 12. Emendatior 1661. in 12.

Obſervationes in Enchiridion Pomponii de origine juris: *Ienæ* 1661. in 12.

Diſſertationes Obſervationesque ad Valerium Maximum & C. Vellejum Paterculum: *Norib.* 1663. in 8.

Ora-

OratorHiſtoricus,XXIV. Orationibus maximè Politicis expreſſus : *ibid.* 1663. in 12.

C. Criſpi Salluſtii opera cum Notis: *ibid.* 1671. in 8.

FINIS.





